MICHAELIS ETMULLERI
Philosophiæ & Medicinæ Doctoris,
& P. P. Lipsiensis

COLLEGIUM PHARMACEUTICUM,
In

DANIELIS LUDOVICI PHARMACIAM
MODERNO SECULO APPLICANDAM.

PROLEGOMENA.

IN *Praxi communi seu ordinaria* laboramus partim generaliorum remediorum luxuria, partim specificorum penuriâ : Hinc illa specialibus in casibus non sufficiunt, sicut è contra specifica nobis incognita Medicos ferè deserunt; Unde etiam ratione generalium quam plurimi conatus sunt varii & frustranei. Cæterùm sub specificorum nomine prodeunt arcana nominetenus talia, in recessu verò minimè arcana; unde utrumque defectum *AUTOR* resarcire satagit, quoad generaliora selectum concinniorem, & quoad specialia horum applicationem ad casus speciales monstratutus : Vid. *pag.* 25. Rem exemplo declarabimus : vocatur Medicus ad ægrum epilepticum extra morbum malignum epilepsia affectum : sane pro hujus cura ex universalibus occurrunt aromatica nervina & cephalica, sicut ex specialibus ♃ nativa & ♂ii, ♃ea, ♂lia, remedia ex ☽, R. lunæ, radix pœoniæ maris, viscus corylinus, castoreum & castorina, ☾li volatilis, recrementa pavonum, &c. ex quibus omnibus selectum instituere, hinc ægrum curare, hoc opus, hic labor. Sub remediorum igitur tanta farragine fluctuat Medicus, & dubitat, quid eligere debeat ? Interim hanc fluctuationem renovemus selectu & genuino examine remediorum compositorum : Similiter vocatur Medicus ad hystericam, pro qua curanda partim generalia, partim specialia, ut castoreum, asa fœtida, ♃, fuligo cum aceto assumpta, theriaca, Tinctura granorum actes, gentiana, elixyr uterinum Crollii, succinum, sal & oleum succini, laudanum opiatum, &c. prostant : At vero ex his selectum instituere, & quod nam horum huic ægræ conveniat, turbat multos, Praxin difficilem reddit, & Medicum fluctuare facit.

TITULUS I.
DE
SELECTU REMEDIORUM IN GENERE.

TRia vero in *nostro AUTORE pag.* 32. sunt extollenda :

1. *Ejusdem ingenuitas & candor* ; dum nullum Autorem nominat, ex eo, ne ex alicujus encomio sibi benevolentiam captare, è contra alterius vituperio laureolum in mustaceo quærere videatur.
2. *Ejusdem in judicando libertas* : dum liberè suam sententiam rationibus munitam proponit.
3. *In selectu medicamentorum prudentia* : dum ex pluribus symbolizantibus selectum prudenter instituit.

Hoc adeoque Autoris instituto consulitur & Medico & ægro : Illi quidem, dum occasione succinctioris suppellectilis, Materiæ Medicæ minus fluctuat in seligendis remediis, sicque ad solidiorem experientiam pertingit : Ad hæc longè pacatiore conscientia hoc modo suam Praxin exercere potest : Ægro verò consulitur, dum sumptibus ponitur modus, & crumenæ non adeò emulgentur; quinimò tutius & jucundius, utut non semper citius, sic curatur. Etenim putamus verissimum esse illud *ARNOLDI VILLANOVANI* : *dolum esse* (inquientis) *uti compositis, ubi simplicia sufficiunt* : Cui assentitur *HELMONTIUS.* Et sanè certum est signum vel ignorantis vel animi fluctuantis in Medico, quando crebriùs in eodem morbo atque in eodem statu mutat remedia, eaque plura sub contraria & contradictoria in qualitate ordinat : in quo casu ordinariò sumus dubii in natura morborum, aut quoque remediorum efficacia. Etenim verum est : modò cognoscatur morbus, ejusque agendi modus; & perspectus sit remediorum vigor, facilè judicabitis : An omnia sint recte ordinata ?

Exoticorum luxum perstringit *AUTOR*, & quorundam in his tenacitatem *pag.* 33. Et quidem *exoticorum usus suspectus est* :

1. Quia *plurima* eorum nobis *sunt penitus*, quoad originem, ignota; unde nec efficacia potest esse perspecta, nec usus tutus. Sic naturæ Ambræ adhuc dùm latet, quicquid & sentiat de hoc *KLOBIUS* : Pariter succini natales sunt obscuri, utut id probabiliùs ad vegetabilia pertineat : Similiter sperma ceti ignotum est quodammodo, quamvis curiositas quorundam eruat id ex capite balænarum elaborari : Sic lignum aloës alexipharmacis annumeratum quid sit ? nescitur; nescitur non secus contrajerva.
2. *Cautius usurpanda sunt exotica* ; quia adulterata ferè omnia prostant. Ita namque scammonium genuinum rarum est, quod non succo vel tithymalino, vel esulino, adulteratum sit; ut dubium enascatur : An Mesues verum scammonium prostet alicubi ? Par judicium esto de sangvine Draconis, sangvine hircino infecto; item de Meconio, quod loco

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1127-4
DFG

Opii nobis protruditur : Similiter lapides Bezoar apud nos reperiuntur in majore copia, quàm apud ipsos Indos : unde eorum æstimationem rectè perstringit *ZWELFFERUS*. Præterea caryophylli aromatici nunquam genuini nobis afferuntur, sed ex ipsis, in India prius ebulliendo in ▽ simplici, elicitur oleum, quo sic nobis spes propagandi hic locorum præscindatur ; vel ætate consumpti imbibitione vini decoctionis recentium caryophyllorum renovantur : inter centum pondo Choccolatæ vix unum genuinum continetur, sed quæ in scatulis & placentis affertur, est adulterata a Batavis, *piper anisum* & *saccharum* eidem addentibus ; cum è contrà vera ex Anglia aut Lusitania petenda sit.

(2.) Subinde *exotica* sunt *corrupta* : Etenim cogitemus spatia locorum dissitorum, & tempestates, quibus illa sunt exposita, antequam ad nos transportantur ; hinc etiam est, quod radix rhabarbari ferè cariosa, & radix chinæ instar ligni putridi omni spoliata virtute deprehendantur ; Item lignum Sassafras, catarrhorum remedium, suavi suo odore fæniculato se vix probat, sed ex succum sæpè prostat.

(4.) *Exotica* sunt *suspecta*, *quia nostratia subinde apparent* vel *æquè valida*, ti non validiora, ad minimum nobis convenientiora ; unde loco balsami cujuscunque, sive Peruviani sive Tolutani, sufficere potest pro interno usu terebinthinæ nostras : sicut pro externo usu oo hyperici, imprimis ex ejus semine expressum, quosvis balsamos : sic loco Ligni nephritici ex India Occidentali petendi prostat nostra betula, ejusque liquor seu aqua, præservativa & curativa calculi : Item loco Sassafras Juniperus nostras, quæ melior. Pari ratione loco aromatum in usu culinario, quorum acrimonia caustica non omnibus internè æquè confert, tutiora sunt cumini, carvi & fœniculi semina : item plantæ aromaticæ, mentha fœniculum : quod si acriora exoptantur loco zingiberis esse potest noster acorus verus ; sicut loco radicis chinæ nostra tormentilla, vi sudorifera & alexipharmacâ æquè insignita, cum extractum tormentillæ ex succo inspissato cum ▽ in resinam siccam redactum potens sit sudoriferum : sic loco ligni Gvajaci præstat nobis lignum fraxini, quod in Decocto vel alio modo non cedit ligno Gvajaco, cujus efficaciam vidi in *AGRICOLÆ Chirurgia parva* : Imò lignum buxi ex Italia transferendum, præstat longe exoticis lignis : dotatum est vi sudoriferâ, & specialiter anodynâ ; unde & oleum ejus odontalgiam sistere solet : Non secus egregii usus est Lignum corylinum, & præstat omnibus his exoticis. Porrò laudatur tantopere herba Thee ob vim stomachicam, nephriticam & cephalicam ; loco tamen ejus nobis convenientior est & sufficere potest rosmarinus, folia nempe hujus, vel quod Chinenses, *testantibus Ephemeridi. Gallorum* facere solent, folia salviæ similiter præparata.

(5.) *Suspecta sunt exotica*, *quia nostratia sunt nobis Convenientiora* : siquidem notum est, quod pro ratione soli & climatum varient plantæ, quod apparet exinde, quia nobis Septentrionalibus scorbuto affectis copiose procrescit cochlearia, quæ tamen in Italia aliisque locis nullo culturæ artificio progerminare solet : Videantur plura apud *AMMELUNGIUM in Apologia pro Chymia cap. 2.*

Non tamen penitus *AUTOR pag. 34.* reficit exotica, sed sugillare quadantenus videtur D. *SIMONEM* Pauli, hostem exoticorum infensissimum, hujusque *Commentarium de abusu Thee* ; unde laudat inter Purgantia v. g. Jalappium, rhabarbarum, alöen, ceu quibus Esulina, & Tithymalina minus respondent, cùm minus temperata hæc sint : Sic eligit quoque ex aromatis cinamomum pro vi cordiali seu analeptica, & corticem febrifugum Peruvianum pro quartanis fugandis.

Vernaculorum ibid.) In Vernaculis varia consideranda & rectè : in Praxi enim selectiore observatur, quod inter vernacula tot symbolizantia inveniantur, cum tamen ex omnibus his pauca quædam sufficere queant : Sic inter mille carminantia vel sola chamomilla, vel cortices aurantiorum, vel semen anisi, vel castoreum usurpari potest : Atque inter Emollientia vel solum lac, vel ficus in ▽ cocti, & loco cataplasmatis imposiu ; non secus ac inter vulneraria externè hypericum, interne vero hedera terrestris excellit.

Exoletum, *ibidem*) viribus tamen non destitutum dat radix ari cruda, quæ sale volatili acriore prædita est, & inter stomachica non ultimum locum obtinet : Sic & semen sinapi ob sal suum volatile egregium est : & acorus adulterinus quoque est inusitatus, cujus succus tamen cum saccharo in Syrupum redactus liquorem dat adstrictorium & polychrestum.

Inefficacia p. 35.) Talia sunt in usu, v. g. stinci marini in Venere stimulanda, quorum vis nulla ; non secus radix eryngii pro eodem usu, & chichorii conditura pro intemperatura viscerum, ut & ungula alcis ad epilepsiam ; sed frustra : lepores Juniores mense Martio capti pro lithontriptico à *SCHROEDERO* commendantur, sed vanè : hirundines ad epilepsiam, sed frustrà : talus leporis ad colicam sistendam, & partum promovendum ; sed frustrà & sine efficacia laudantur ; imo nidus hirundinum ad anginam, cùm tamen stercus nitrosum saltem vires speratas obtineat.

Abominabilia) Talia sunt Syrupi veterum compositi, ad quorum aspectum labium tremit.

Specifica) Sic perlæ laudantur pro confortativo ex nulla ratione, cum lapilli cancrorum idem præstent : mater perlarum ad abortum pro roborando fœtu esse dicitur, ideò, quod perlas generet : Verùm frustrà, & illi substitui possunt lapilli cancrorum, & similia testacea, sed non ejusdem naturæ : Pari ratione cranium humanum, ceu specificum ad epilepsiam & affectus arthriticos extollitur, cùm tamen aliorum quoque animalium ossa, vi absorbendi acidum pariter arthritidi medeantur : Sic prostant in Officinis tot ⊖ia fixa, cardabenedicti, absynthii, &c. quæ tamen omnia sunt ejusdem naturæ : idem esto judicium de ⊖ibus volatilibus animalium.

Mi-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1128-0 DFG

Minutia) Talia sunt, quando v. g. plura usurpantur simplicia ejusdem naturæ, puta omnes piperum species, quarum tamen una sufficere potest, item omnes petroselini species, ex quibus tamen vulgaris excellit: Sic sufficit abrotanum unum, & gallina mediocris pro gallo decrepito, nec non ex gummatibus gummi ammoniacum.

Lota) quomodo lotio, nutritio, &c. in genere fiat, vid. *Dispensat HORSTII.* Cæterùm si lotio fit sordium superficialium ablatio, laudanda venit; contrà si concretum sæpius lavetur, lotio est nociva & frustranea. Sic Saturnus ustus, æs ustum, ossa calcinata, cerussa, &c. frustrà lavantur, quippe hâc ratione nihil auffertur de iis, sed ignis alterationem introductam non potest ▽ eluere: Porro nociva est lotio, quando aloë lavatur; quippe ita demitur vis ejus laxativa in ▽ solubilis, nec terram sigillatam lavandam jubem, cum ea sale quodam concentrato seu nitroso imbuta sit, & sic castretur, & ⊽ mortua remaneat; cùm dictum sal & vires cum liquore solvantur & decantentur.

Nutrita) sunt frustranea: exindè enim nihil habetur, quàm quòd mucilaginosa quadam agglutinatione superficietenus incrustentur. Ita quidem nutritur aloë rosata & violata, qualis tamen nullam prærogativam præ aloë simplici habet: Sic *Sarcocollæ nutritio* cum lacte est *frustranea*, cùm cruda vi glutinandi & incrassandi satisfaciat expectationi. Pariter *unguentum nutritum* Chirurgis dictum fit, quando lithargyrium teritur cum triplo aceti, & quintuplo olei successivè affundendo; cùm tamen compendiosius procedatur, si solutioni Saturni usti in aceto factæ addatur oleum rapæ, & terrantur invicem in mortario paulatim.

Usta) animalium partes ustæ, ut cornua & ungula, sunt cadavera mortua omni sale & oleo destituta; adeoque sufficit unicum horum, nempe CC. ustum, pro mille talibus,

Macerata) Maceratio etiam subinde frustranea est, & liquor abjiciendus melior remanentia; unde radices 5. aperientes, coriandrum & cuminum præparata pro speciebus diacumini nullius usus sunt.

Ostracoderma p. 36.) denotant Latinè testacea, qualia sunt conchylia, omnia testacea marina, ut cochleæ, ostreæ, cancri fluviatiles, horum lapilli, item Entali, dentali &c. Sic spectant huc lapilli percarum, carpionum, item testæ, putamina ovorum, tàm gallinarum quàm struthionum: quibus annumerantur corallia. Hæc omnia denotantur ab *AUTORE nostro* voce Ostracodermatis, eaque *AUTOR* præfert omnibus Magisteriis vulgaribus, & rectè quidem. Cæterùm inter allegata omnia sufficere possunt lapilli cancrorum, & corallia rubra, quæ & usitatissima sunt pro absorbendo acido primarum viarum, idque per vias urinarias abducendo. Equidem omnes animalium duræ partes absorbent acidum; interim marina præter hoc saporem urinosum acquirunt, atque ita evadunt insigniter diuretica, & sic simul & acidorum correctiva, & per diuresin evacuantia. Jamverò notum est, quod morbi hypochondriaci & chronici, ut plurimum qui obstructionibus dedicantur, oriantur ab acido vitioso cruditatis enato; unde pro eodem auferendo ostracodermata prostant, quæ acidum destruunt, & vi diureticâ per urinam evacuant. Contrà cornua animalium absorbent quoque id, sed tardius & non evadunt diuretica, idque ideò, quia in se continent copiosam gelatinam, quemadmodum in C. C. videre est, impedientem, quò minus id rodere quead acidum peccans. Aliàs Marina, ut lapilli cancrorum, vino Rhenano seu aceto infusi, sub sui solutione ebullitionem concitant, & postmodum quoque saporem urinosum contrahunt, hincque in sanguine congrumato prosunt: Sic aliquando experimentum feci cum concha majore in Plissa reperta (ex quibus potest fieri febrifugum) quam infundebam in ∽⊖is acidissimum, qui tamen magna copiâ parum illius potuit arrodere, utut saporem instar urinæ acquireret; atque dicto modo fiunt *liquores* illi *nephritici* dicti ex lapide lyncis, calculo humano, lapide percarum, & quæ solvuntur in ∽⊖is, vel simplici vel composito, hinc solutio abstrahitur, & ⊖ liquatur in loco frigido: interim ex dicto liquore sufficere potest solutio concharum vel ostrearum in ∽⊖is facta. Cæterùm ratio, quod ostracoderma invertendo acidum, mutent saporem, & fiant diuretica, est, quia illorum crustæ, dum calcinantur, relinquunt ⊽ instar calcis vivæ (cum contrà animales partes instar cretæ post calcinationem se habeant) cui, si affunditur ▽, ebullit; acria nempe sunt in his marinis ⊖ia acida, & præprimis urinosa. Vocantur autem illa ab *AUTORE præcipitantia*, quia effervescentias in primis viis sua miscela sistunt, absorbendo acidum, unde cessat effervescentia: pari ratione, atque cerevisiæ acescenti, si additur creta, testæ ovorum, &c. Ita ab hujus ⊽ationis similitudine denominatur illa; utut rectius ab *AUTORE* nostro vocentur *Invertentia*: Nam invertunt acidum vel in insipidum, vel in ⊡osum. Aliàs & dicuntur *febrifuga*, ob vim absorbendi acida & ad vias urinarias deducendi. Hæc ergo marina vel pulverisata saltem sufficiunt, vel lævigata super porphyrite, quâ ratione quidem aliquantulum de lapide iisdem accedit: Interim verò à mollioribus corporibus parum deteritur.

Lævigationes pag. 37.) Hæ cum aquis destillatis factæ sunt prodigæ, quia pòst exsiccari solent, adeoque ▽æ illius oleosum avolat: vel affusa aquâ agitatur liquor & lacteus redditur, per filtrum transcolatur, hinc demùm crassior pars remanens teri & elutriari potest: à quibusdam ejusmodi marina quoque calcinari solent, ad quem modum conficiunt quoque *specificum Antifebrile Strobelbergeri* & *Crollii*: verum istæ calcinationes sunt superficiariæ, nec necessariæ. Præterea ⊽æ quoque lævigantur sæpè & abluuntur: verum labor is nocivus est, sicut & insuccatio earum cum Decocto C. C., vel irroratio cum succo appropriato frustranea est in Mixturis; quia in Praxi commode succi addi possunt: hac enim ratione invisceantur, & in efficacia sua impediuntur: Nam cum Terræ illæ in corpore texturam aluminis acquirere debeant, hinc ex dicta insuccatione invertuntur: ideo ergo crudæ & puræ saltem in usum vocentur terræ.

Gemmæ pag. 38.) Rectè hæ ab *AUTORE* rejiciuntur, & quidem in illis duo consideranda veniunt:

1. Cor-

1. *Corpus earum,*
2. Corpori superveniens ℞.

Quoad *corpus* : sunt eæ Crystallus, quæ prout variat ratione duritiei, & multiplicitate fluoris metallici imbuta est, eatenus acquirit diversa gemmarum nomina. Jam ergo cum crystallus sit omnium Gemmarum mollissima, sola ea inter omnes gemmas sufficiet pro usu Practico : & usus quidem ejusdem est temperare quodvis acidum acrius, ratione cujus & *corrigens* audit *bilis aruginosa* : adeoque in atrocibus infantum torminibus proficua est, non secus ac in pavoribus eorum nocturnis per consensum abdominis enatis. Reliquæ vero gemmæ, cum longè sint duriores, quam ut alterationem in corpore nostro pati queant, hinc eadem ferè, quâ ingeruntur, egrediuntur formâ : quinimò nisi exactè pulverisentur, metus est, ne ad instar pulveris adamantis, teste *ZACUTO LUSITANO*, vel pulverisati vitri intestina rodendo & excoriando, ad cruenta & dolorosa pathemata abdominis disponant. Et utut juxta *BORRICHII* mentem *p. 322. Hermet. Ægypt. Sapient.* minutissima gemmarum tritura aliquid commodi promittat, ea tamen non sola sufficit.

Quoad colorem vero & Ram gemmarum : originaliter is est à quodam metallo, seu, ut *VELSCHIUS* dicit, à fluore quodam metallico, qui ad corpus crystalli adhuc fluidum impingens gemmam coloratam dat, adque hæc Rgemmarum de ♃e metallorum participans tàm pauca est, ut vix mereatur nomen, & ℔j gemmarum vix ℥ß Ræ solaris contineat. Insuper fluor hic metallicus tam arctè combinatus est gemmis, ut non, nisi sublimiore Mechanica separari queat; Ut itaque species, pulveres & Ræ gemmarum ex Praxi selectiore præscribi debeant : Conferatur interim *de Ris gemmarum BORRICHIUS l. c. p 322.* qui eandem per *Helmontii Acahest*, ✝ neque *radicatum*, paratam ex *PARACELSO* allegat. Interim ad hanc pertingere Phyllida paucis datur; hinc ejus defectu exulant omnia remedia ex gemmis. Cæterùm de externo gemmarum usu : *an amuletis instar se habeant?* nihil de eo experti judicium suspendimus. Ad eoque *AUTOR* rejicit Ram gemmarum respiciendo Ram Smaragdi, paratam ex Smaragdo, in mortario ferreo vel æneo contundendo, & per ∽ ⊖)(ci extrahendo viridiusculam, quia color viridis, quem deducunt à Smaragdo, est ab æneo vel mortario ferreo. Deinde & rejicit eas gemmas non tantum ob sui in ventriculo insolubilitatem, quia, nisi calcinata prius fuerint, vix à fortissimo Menstruo solvi queunt, & quia parabiliora longè prostant : quæ videb. in *AUTORE*, v. g. simplicia, corallia, conchæ, terra sigillata, cervina, martialia, opiata &c.

Fæculæ p. 44.) Harum præparationem videb. in *ZWELFFERI Animadversion p. 446.* & in *Appendice p. 64.* item *apud ANGELUM SALAM de Essentiis vegetabilium.* Scilicet dantur radices quædam, quarum succus farinam quandam absconditam gerant; quales sunt radix ari, serpentariæ, bryoniæ, iridis nostratis, pæoniæ &c. Harum succus exprimitur, qui evaporatione facta relinquit pulverem candidum, fæculam dictum, quæ sane est fæculentum remedium, cùm, quicquid virium habuerit succus, ea omnes in fæculis evaporatione evanuerint : ac quidem radix ari sale volatili acerrimo prædita, hinc stomachica & scorbutica, integra filo in loco umbroso suspensa & ex siccata parum retinebit virium; Unde colligi potest, si hoc facit integra radix, quid sperandum sit de ejus fæcula. Rectè ergo à *ZWELFFERO* fæculæ rejiciuntur, & miramur *AUTOREM nostrum* docere, non in universum omnes esse effœtas & abjiciendas; cùm ex integra ℔j fæculæ non tantùm, quantum efficaciæ ex ℥j radicis cujusdam crudæ sperari queat; adeoque vel alia, vel pulveres radicis, vel succi eorundem, commodius longè fæculis substituuntur.

Magisteria) quid sint? videb. in *ROLFINCII Chym. ubi de Magisteriis.* Hodiè denotant formam remedii siccioris, nempe pulverem, factum per concreti solutionem, & soluti præcipitationem; atquæ talia Magisteria ex simplicibus omnium regnorum parari solent. Cæterùm Vegetabilium Magisteria jam consideranda. Quoad præparandi modum, sunt in duplici differentia : vel enim ea ex resinosis, vel ex non resinosis fiunt. *Ex resinosis* quidem, v. g. ex radice jalappæ, turpethi, scammonio, item ex aromatibus, cum V̄; qui affusus tingitur à resina imbibita, hincque Tinctura illa affusa ▽ simplici lacteescit, & dimittit pulverem colligibilem in vasis fundo, *Magisterium Vegetabilium* dicendum. Hac ratione *ex ligno Gvajaci, ex caryophyllis, cinamomo seu canella*, per V̄ Tinctura elicitur, & cum ▽ simplici resinæ inde ⊽ari solent : Conf. *ROLFINCII Chymia p. 329. & 330.* Ratio fiendi hæc est : Nempe V̄ imbibit dictas resinas (quæ sunt olea destillata concentrata, quod probatur : dum enim qvajacum, Sassafras, juniperus, &c. destillantur, suggerunt ∽ um acidum & oleum empyreumaticum : quod si ramenta horum lignorum ante destillationem extrahantur, tunc destillata dant quidem Spiritum acidum, non verò oleum, ratio est quia materia olei jam a Spiritu vini est extracta) quæ confusæ cum aqua non sunt sociabiles, sed dimittuntur ad fundum vasis sub *Magisterii nomine. Altera classis Magisteriorum* venit è *Vegetabilibus non resinosis*, ut petroselino, nasturtio, granis chermes, senna, rhabarbaro : Nempe infunduntur hæc in lixivio ⊖is ♋i, vel lixivio cinerum clavellatorum : hinc lixivium filtratur, & ⊽atur beneficio solutionis aluminis in ▽ simplici factæ, sicque cadit magisterium dictum Modum talia præparandi Magisteria invenit *MYNSYCHTHIUS*; sicut posteà eundem descripsit quoque *ROLFINCCIUS p. 319. 320. in Chymia*; & ex simili ratione *ZWELFFERUS Magisterium ex granis chermes* ita parat, testante ejusdem *Pharmacopœa Reg. p. 119.* Cæterùm ex his omnibus, resinarum purgantium vegetabilium Magisteria, quale est Jalapa, laudem merentur; reliqua autem ex Vegetabilibus non resinosis nil valent; parum enim virtutis concreti retinetur : cui accedit, quod ea terræ aluminosæ non sint expertia : Nam aluminis concretum constat ex Spiritu ♃is acido, rodente terram mineralem quasi cretaceam. Quando ergò solutioni vegetabilium pro lixivium, instillatur solutio aluminis, alcali lixivii agit in acidum aluminis, hoc demittit ex se terram, quæ hic una in Magisteriis præcipitatur, adeoque ejusmodi Ma-

Magisteria semper de terra aluminis participant, & ita adulterata sunt.

Pag. 45.) Porro circa præparationem Magisteriorum ex vegetabilibus resinosis, cautelam monet *AVTOR*; nempe Vegetabilia cum ☿ simpliciter rectificato, non verò ♁e l. oleo ♀i acuato, esse extrahenda; ubi quæritur quare? quia solus ☿ nihil assumit de ♁♀i, quippe hoc aqueum quid poscit; hinc quicquid imbibit de ☿, est præprimis phlegma: Unde quando ☿ ♁♀i acuatur, non adeò benè resinæ (phlegma enim seu aqua non extrahit resinas) extrahuntur. Quoad modum usurpandi resinosorum Magisteriorum vegetabilium, is est duplex: nempe in sicca vel in humida forma. In sicca quidem, quando junguntur aliis ♁ibus. Etenim cùm sint viscosa, adhærescendo intestinis, facilè hypercatharses excitant, unde optime eadem sociantur cremori tartari, aut ♀o ⊕lato v. g.

℞. ♀i ⊕*lati* gr. vj. ad xij.
Resinæ Jalappæ aut *Mag. scammon.* gr. vj. l. xij.
M. Dent. pro dosi:

Vel concinnius exhibentur in forma Boli.

℞. *Conserv. rosar.* ℈j.
Resin. scammon. aut *jalappæ*, aut *turpethi* ℈ß.
♀i ⊕*lati* gr. vj.
M. pro *bolo* unius doseos.

Quod si vero in forma liquida usurpari debeant Magisteria hæc, tunc juxta *AVTORIS* monitum ea dilatanda sunt, hoc est diluenda, & fluxibilia vel resolubilia & penetrantiora reddenda. Modus hic est: Propinantur nempe cum *vitello ovi*, vel cum alio subjecto oleoso, semine melonum, vel cum ☿ dissoluta ad ℈ß; uti si cum vitello ovi exhibeantur, adjectâ pauxiliâ aquâ rosarum duplo plus, quam aliàs resinæ solæ in antiqua sua forma facilius operantur; unde si cum semine melonum oleoso, quod oleum dissolvit, combinare quis gestiat:

℞ *Sem. melon.* ʒj.
resin. Jalappæ vel *scammon.* ℈ß.
c. s. q. ▽ menthæ fiat *Emulsio* leniter purgans;
Vel
℞. *Resin scammon.* vel *Jalapp.* ℈ß.
vitell. ovi q. s.
cum ▽ *rosarum* vel *cinnam.* fiat *Emulsio.*

Est gratissima & purgat valdè: Sic in ardente Spiritu ferè duplo plus operantur. Præterea huc spectant omnes Essentiæ purgantes, quibus tamen omnibus præstat *Essentia Jalappæ*, extracta beneficio ☿, additis Corticibus aurantiorum vel citri: ita prodit Essentia Jalappæ suavissima & egregii usus, sine ulla molestia operans; cùm præsertim adjunctorum corticum vis aromatica intestinorum pathemata arcere soleat; confer. *BARTHOLINUS Cent.* 3. *Ep.* 36.

Quoad tamen aromatum Magisteria: iis carere possumus, ex eo, quod olea eorum destillata vel spiritus quoque meliora sint; sic enim gutta una vel iij ♁ destillati caryophyllorum præstat ʒj Magisterii eorum cum ☿ extractorum, & per ▽m simplicem ▽atorum. Adeo ergo nulla Vegetabilium Magisteria, nisi purgantium quorundam, in Praxi selectiore locum inveniunt.

Ad animatorum marinorumque Magisteria *AVTOR* pergit *pag.* 46. quæ triplici modo præparari solent: nempe solvuntur v. g. lapilli canorum, corallia, CC., vel similia animalium ossa in aceto vel alio spiritu acido, ⊕li, ♁is, aluminis, &c. hæc solutio ▽atur cum ♁♀i. Etenim universale axioma Chymicum est: *Omnis solutio facta per acida ▽atur per alcalia, ut* ♁♀, ☉ *fixatum,* ♁ *Ciner. clavellatorum,* & contrâ. Factâ ergo tali modo præcipitatione, pulvis cadens edulcoratus dicitur Magisterium.

Secundus modus est, quando Magisteria animalium butyracea fiunt: de quibus conferatur *ROLFINCCIVS pag.* 348. *Chym.* e. g. hæ dictæ animalium partes solvuntur in ∽ ⊕ Philosophico, remanente per abstractionem à ▽atione butyri ♂ij vel & in ∽ ♁is communis, hincque ♎antur cum ∽u ⊕li probè rectificato, ita cadit pulvis, qui edulcoratus cum ▽ dat Magisterium candidum, facile resolubile in ▽ simplici.

Tertius modus est *ZWELFFERI*, & optimus in Magisteriis marinorum, parantis Magisteria perlarum & Corallorum per ♎ *eruginis*, ex crystallis æruginis cum aceto factis, pro euntem: nempe solvit is subjecta animalia in dicto ∽u, & postmodum abstrahit acorem proprium, ita quippe parum hujus solutis adhæret: tunc ulteriùs ▽ edulcoranda sunt: vid. *ZWELFFERVS pag.* 449. *Animadvers. & Append. p.* 66.

Cæterùm *Magisteria primi modi* cum ♁♀ ▽ata nil valent; calces enim sunt inertes, corrosæ ab acido, & concentratæ per alcali: sic namque emergit terra mortua insolubilis, & quæ assumpta eadem facie excernitur. Hoc probamus exinde: Nam Magisteria hæc suis simplicibus sunt ponderosiora, adeoque ita insolubilia, ut neque ☿, neque ☾, denuò ea solvere possit; unde assumpta dealbunt saltem stomachi parietes. Equidem dicit *AVTOR noster*: Magisteria hæc per oleum ♀i ▽ata, licet non quidem ab acidis, in ⊡osis tamen ∽ibus quadantenus esse solubilia: interim, dum dicit quadantenus: dubitat adhuc de facto; nos contra putamus, eadem nullo modo esse solubilia, sed potius calces inertes vocandas esse. *Secundæ verò classis Magisteria* per solutionem cum acido, ▽ionem cum ∽u ⊕li, utut non adeo sint intractabilia, v. g. quale est Magisterium perlarum, epilepticum, cordiale, nephriticum, & longè tamen ea à viribus simplicium suorum recedunt, & dum saturantur ab acidis extra corpus, non alterantur intra corpus assumpta. Equidem dicis: elici posse ex his Magisteriis per acida præcipitatis ♁lia volatilia, commiscendo ea cum ana alcali fixi; ita namque sal volatile emergit, dum alcali absorbet acidum, quo absorpto sal volatile fit sui juris: interim hoc non procedit in corpore humano, in quo nullum alcali adeò fixum reperibile est. Porrò cum leviora sint ejusmodi Magisteria quoad pondus, adeoque in majori copia pro dosi una propinari debebant: perinde & hujus intuitu alia succedanea iisdem poterunt præferri. Cæterùm sunt, qui varia menstrua pro hisce Magisteriis conficiendis ex ♁e marino adjecto bolo & alumine destillant: sed & hæc minus quadrant, cùm talia magisteria vim suam invertendi amittant, per quæcunque salia acida solvantur pariter in Magisteriis plumosis ⊕latis, emergit sapor ingratè stypticus, licet edulcorentur; non secus ac Magisteriis cum spiritu æruginis, vel simplici vel ♎ato, h. e. ex ærugine & ♎e parato confectis, remanet post abstractio-

 nem

nem mènstrui sapor semivenereus : etenim dum solvuntur concreta ab acido, destruitur eorum sal volatile, ac quoque omni vi medicamentosa spoliantur penitus. Ut itaque Magisteria hæc animalium planè exulare debeant ex officinis, & potiùs, si volumus habere luxum, magisteria perlarum & coralliorum cum succo cirri parata eligi, quippe succus rodit, non verò corrodit, simplicia, neque vim invertendi saturat : vel parentur misturæ ex ▽ appropriata & aceto, quibus addantur vel corallia, vel mater perlarum, vel lapilli cancrorum ; sane hæ misturæ plus præstant, quàm cara illa magisteria.

Mineralium & Metallorum Magisteria p. 48.) sunt multiplicia pro multiplicitate ipsorum Concretorum, & solutione, itemque ▽atione sua. Talia sunt quælibet Bezoardica mineralia ☉ fulminans, lac ♃is, Magisterium ♄i, cosmeticum ex bismutho, ☿ cum ♀ ▽atus, croci & similia. In his *AUTOR noster* perstringit tantam & inutilem variationem, cum pauca eorum sufficiant, & omne punctum fetiant ; superflua verò eorundem est multitudo : scilicet variationes occurrunt in mille modis illa præparandi : Sic *auri fulminantis* conficiendi modum docet *SCHROEDERUS*, solvendo ☉ in ♈, & cum ⊖e ☾i ▽ando, ita cadit ☉ fulminans. Ejusdem ☉i fulminantis centum aliæ prostant præparationes, quæ tamen unicè in croco auri producendo conspirant. Hæ verò variationes rectè ab *AUTORE* taxantur, & optimus est ☉ fulminantis præparandi modus, quando ☉ in ♈ solutum ▽atur cum ⊖ci (hic namque exacte ferit sulphur ☉i, illudque etiam magis extravertit ; sicut & in ♃a metallica potentius agit) pulvis hic non adeo, præsertim rigorose, sit edulcoratus, & non in egregius est in morbis infantum. Aliàs & solvitur ☉ per ⊖ia in ▽ simplici soluta : de quo vid. *ZWELFFERUS in Mantissa spagyrica*, hincque solutio hæc per ⊖ gemmæ vel ⊖ commune parata ▽atur per ⊖ ☾i ; item rediguntur ⊖ia in ∽um, hincque solutum per alcali ▽atur : Omnes præparationes in unum recedunt. Par ratio est cum ⊖e mirabili *GLAUBERI*, in quo solvitur ☉, & solutum ▽atur cum ☿ vivo. Ex omnibus hisce præparationibus unicæ sufficit. Sic & in præparatione magisterii & ♃is ♂ii occurrunt mille modi ; ita ex ♀io ▽ato & ♂io crudo conficitur butyrum, quod ▽atum cum ▽ dat *Magisterium*, ♀ *vitæ* dictum, *album* ; vel loco ▽æ communis ▽atum cum ⊡ humana dat *Magisterium flavum*, interdum *rubrum* ; alii recipiunt regulum ♂ii ♂ialem, cum ♀♎ato destillant butyrum, quod ▽ant cum ▽ simplici ; alii ♂ crudum solvunt in ∽u ⊖is hinc destillant butyrum, cui infusa ▽ communis prodit Magisterium, quod est Mercurius vitæ : Sic alium adhuc modum *SCHROEDERUS no. x.* item *no. xij.* ex floribus ♂ij habet : verùm emergit semper idem ♀ vitæ, adeoque ergò ex his mille præparationibus sufficiunt decem. Pari ratione multi dantur modi ♃*a epileptica* ex ♂io præparandi : verùm, sive scoriæ reguli ♂ii ▽entur per acetum, sive solutio earundem fiat in lixivio ☾i, & ▽etur cum aceto, sive ♂ solvatur in lixivio, & ▽etur per acetum seu alio modo procedatur, sane idem ♃ ♂ij catharcticum prodit : Sic & huc facit ♂ illud *purgans per inferiora* pro arcano mihi ab amico communicatum : v. g.

℞. ♂ij,
☾i,
☉i à part. æqual.

Detona in crucibulo, factâ detonatione separa regulum : scorias has solve in ▽ *communi* & ▽a cum ▽ *calida, in qua cremor* ☾ *solutus est.* Solutio hæc ▽at ♃ ♂ii, quod est ♂ purgans per inferiora. Dosis esto granum j. pro infante.

Verùm & hoc est ♃ ☉atum ♂ij, sive cum ✝o, sive cum cremore ☾i ▽atum fit.

Origo autem harum variationum est, quod superiores processuum Scriptores non habuerint cognitam naturam simplicium, & modum eorum agendi unius in alterum ; quem si scivissent, aliter sensissent : Unde rectè *AUTOR* exclamat : *pauca sufficere.*

⊖*ia fixa Vegetabilium.)* Salia Vegetabilium sunt in triplici differentia : Nempe vel fixa, vel volatilia, vel mediæ naturæ : Nempe concreta ⊖iformia vel salia essentialia dicta. Respectu fixorum *AUTOR* eorum luxum perstringit, loco 30. duo sufficere docens. Horum productionis modus est artificialis per △em ; unde non præexistunt ea in concreto, sed fiunt demum sub calcinatione, in qua ab △e ♃ Vegetabilium, in occulto semper acido existens, colliquescit, hinc eidem liquefacto occurrit ⊖ volatile in omnibus vegetabilibus copiosum ; itemque sub hac colliquescentia simul aliquid ▽eæ substantiæ arripitur : adeòque ex his tribus novum concretum, nempe sal fixum, emergit, quod ipsum corpus instar calcis vivæ est, cum in hac præsto sit major substantiæ ▽eæ abundantia.

Donec natura ▽ clariùs detegatur) Sane △ non est amplius ignota, cum sit motus concitatissimus & velocissimus particularum ♃earum, ita etiam, ut materia △ sit ♃, vel substantia pingvis in recessu acida : forma verò est motus velocissimus substantiæ pingvis : efficiens est ⊖ ♎is ☉sum solvens pingvia : quæ solutio si fit, concitatior △ adest : sicut flamma est △, cui multum ♎is est interspersum. Conferatur *MAYOW de* ∽ ☾i ♎reo, & *HOOCKIUS in Micrographia*, qui habet egregia de scintillis ex silice pro lectis per microscopium observata. His præsuppositis quæritur : *An* ⊖*ia fixa Vegetabilium differant inter se, ita, ut coincidant cum suorum simplicium inter se differentibus viribus*, & v. g. absinthii habeat vim stomachicam, cardabenedictus sudoriferam, & sal fraxini habeat vim diureticam, fumariæ antiscorbuticam, plantaginis adstrictoriam ? &c. in salibus his communiter præparatis per intentiorem calcinationem nullam esse essentialem differentiam, sed quoad vires coincidere, utut in accidentalibus proprietatibus differant, demonstrante hoc *TACCHENIO* ⊕ & ♀♎atum in ▽ simplici soluta diversimodè per diversa alcalia ▽ari ; non secus ac *WELSCHIUS in Hecatost.* annotat, ⊖ fixum centaurii minoris igni injectum crepitare instar nitri ; item se habere ⊖ia fixa vegetabilium instar pulveris pyrii strepitum excitare ; ac *BOYLE* ⊖ fixum nicotianæ ☾iforme esse scribit ; cum tamen aliàs alcalia figuram cubicam habeant. Sub ista autem communi præparatione, ubi vis seminalis destruitur, omnia ⊖ia fixa conveniunt cum suis virtutibus medicamentosis : Unde tria illorum, nempe

nempe absynthii, cardubenedicti & fumariæ Pharmaciæ selectiori satisfacient, reliquis spretis.

Ac quidem usus horum universalis est, quo

1. Potentissimè absorbeant quæcunque acida.
2. Vi saponariâ instar lixivii viscidas mucagines & sordes in ventriculo primisque viis coacervatas resolvant,
3. Evadant in corpore salsa; quia acidum absorbent; & sic nunc diuretica, nunc sudorifera pro ambientis ratione, si corpus contegatur sudorem concitant; sin minus, urinam.
4. Omnia alcalia fixa in curâ intermittentium febrium & morborum chronicorum polychresta sunt.

Equidem virtutem horum specificorum *OLAUS BORRICHIUS Hermet. pag. 349.* indicare vult: sed hoc non sperandum de salibus vulgo præparatis, sed paulò accuratiùs præparentur ad modum *TACCHENII in Clave*, quæ & spem palingenisias vegetabilium promittunt. Salia hoc modo præparata virtutem medicamentosam non inertem relinquunt, & virtutibus specialibus differunt: Nam ubi pingve acidum non penitus destruitur aliquid de virtute seminali retinet, & sic ex iis Vegetabilia resuscitari possunt. Cæterùm loco horum ⊖ium fixorum communi modo præparatorum, sufficere etiam potest ☉ per pulverem carbonum in alcali fixatum: nam & hoc ejusdem cum illis naturæ est: aut in promptu etiam esse potest ⊖ aliquod fixum catholicum, ex aliquot simplicibus calcinatis prolectum.

Fusiones pag. 50.) ⊖ia fixa hæc Vegetabilium à Pharmacopœis purificari solent dupliciter: nempe vel solvendo eâ in ▽ simplici sæpiùs, & denuò evaporando, usque fiat candidum; vel repetitis fusionibus in crucibulo, & hinc solutionibus itidem in ▽. Verùm iteratæ fusiones nil valent; quia, quò sæpius funduntur, toties vis seminalis (si quæ residua adhuc est) prorsus perit.

Liquabilitatem) Dicta salia facile liquescunt in ⚗e; unde pro hac liquatione impedienda quidam sunt Autores, qui sub calcinatione inspergunt pulverem △is; sic acquirunt ⊖ minus liquabile: Verùm hoc △ insperſum sub deflagratione Spiritum suum acidum eructat; adeoque hinc emergit tertium ⊖sum, non alcali, particulas ⚗is aqueas non amplius imbibens: Alii ⊖ia vegetabilia cum pulvere △is miscendo denuò fundunt, de quo vid. *Basilica Chymica CROLLII Edit. Hartmanniana*: Verum & hâc ratione salia alcalia destruuntur; & sal salsum emergit: Unde quoque ejusmodi ⊖ia nec diuretica nec diaphoretica amplius sunt; imò si solutioni salis ✱ci adduntur, omnis reactio evanescit; adeoque etiam ⊖ volatile urinosum non dimittitur.

Per sensibiliora additamenta) Hæc salia fixa quibusdam videntur nimis generalia, unde illa acidorum additione, ut ∽u ☉i, ▽, quæ tutò adhiberi possunt, specificare solent; sicque in corpora saliformia seu ⊖ia tertia transmutare, adeò, ut & *TACCHENIUS* dicat: perfectum ☉ hinc resuscitari posse, ex ∽u ☉i nempe & ☉o fixo. Interim aliqualis adhuc intercedit differentia inter verum nitrum & regeneratum ejusmodi: cum ☉ verum in ▽ solutum in vasis stanneis post evaporationem nullam iisdem affricat maculam; secus atque à nitro regenerato conspicitur, ubi macula solet remanere, & quidem nigra: Ratio diversi hujus phænomeni est, quod in regenerato ☉o adhuc aliquid terræ lateat, alcali adhærescens, hincque maculam nigram relinquens; in ☉o autem vulgari nullum est ⊖ fixum, vel ⊽ cum eodem coagulabilis.

Oxysalis pag. 51.) *ANGELUS SALA in præparatione Essentiarum OXYSAL diaphoreticum* ex ⊖ carduibened. & aceto destillato habet: verum hujus loco ⊽ foliata ♀i, vel ejus liquor in frigido, loco ex illa resolutus, sufficit.

Saturatio) Saturari & à quibusdam alcalia fixa solent cum ∽u ⊖is; sed ita simpliciter ⊖ commune, aut idem ac ⊖ antihypochondriacum accipitur; quod in destillatione ∽ ⊖✱ci & ⊖♀, ubi ♀ agit in acidum ⊖✱ci, relinquitur.

Alcalia cum spiritu vitrioli) Alcalia fixa cum ∽u ☉i in ⊖sum tertium, quale est ♀ ⊕latus, abeunt; loco cujus & ☉ *vitriolatum* sufficere potest juxta *LUDOVICI Tr. de volatilitate* ⊖ ♀i *pag. 72.* ex solutione ⊕li in ▽ *communi* facta, & cum ☉ *verè* fixo ⊽ata, factum, coagulando hinc liquorem filtratum in crystallos, quæ dant *arcanum duplicatum*; ejusdem usus atque ♀ ⊕*latus juxta Tacchenium* ex solo ⊕lo ☉is cum ⊖ ♀i paratus & ⊽atus. Tandem loco hujus ☉i ⊕lati commendat *AUTOR & pag. 52.* mixturam extemporaneam alterantem ex ⊖ absinthii; ∽ ⊕i; & ▽ destillata, quæ ipsa est *Mixtura febrifuga Crollii & Hartmanni*; ubi agit *de Febre tertiana* reperienda: sicut ejus quoque usus prostat in *RIVERII Observ.* Nempe;

℞. ▽ *Cichor.* ℥j ad ℥iij.
⊖ *absynth.* ℈i ad ʒß.
∽ ⊕i gtt. vj ad x.

Hæc mixta duas horas ante paroxysmum propinant; & sanè non contemnenda est hæc Mixtura.

Essentialia ⊖ia pag. 52.) Hæc non sunt proprie dicta ⊖ia, sed saltem concreta ⊖iniformia, & parantur ex Decoctis & succis Vegetabilium depuratis & nonnihil inspissatis; sic enim in loco frigido concrescunt hæc in ⊖: conf. *ZWELFERUS* Horum *parandi modum* proposuit primus *ANGELUS SALA in Tartalogia*; sicut post eum *ROLFINCCIUS in Chymia.* Cæterum hæc ⊖ia *essentialia vegetabilium*, quæ nonnullis Aia; ad differentiam sc. alcalisatorum, dicuntur, sunt vel *proprie* vel *improprie sic dicta*: *Proprie dicta* sunt iterum vel *nitrosa* vel ♀ea: *Improprie dicta* sunt saltem sedimenta impura & bolaria: parantur talia ex lupulo, carduo benedicto, salvia, &c. Unde his missis *proprie dicta salia essentialia* considerabimus, quæ ipsa, ut dixi, sunt *vel* ♀ea, saporem acidum habentia, ex Vegetabilibus sapore acido præditis, uti est ♀ vini, succus acetosæ, & acetosellæ; item tamarindorum Decoctum: quæ omnia post blandam inspissationem coëunt in corpora ejusmodi ⊖iniformia; *vel essentialia* ☉sa, qualia præparantur ex succis & Decoctis Vegetabilium amarorum; & amarore penetrante præditorum, ut absynthio, centaurio minore, &c. Hæc ⊖ia, si ex amaris ritè parata sint, & cum proprio alcali

combinentur, fit inde ☉ *perfectum inflammabile*, instar ☉i mineralis, quod mirandum sanè. Porrò inter hæc *media* quasi *natura sunt* ⊖*ia Essentialia* dulci sapore prædita, uti est saccharum, itemque ex musto nonnihil in spissato concrescens, non secus ac ex passularum succo expresso proveniens. Jam ergò ⊖ia essentialia nitriformia & ☾formia non sunt adeò in Praxi selectiore necessaria, quippe loco nitrosorum vi detersivâ & sudorifera insignium alia longè probabiliora prostant; ☾ea verò nullam prærogativam habent pro ☾o communi; hinc & loco horum cremor ☾i sufficere potest. *Improprie* autem *acta* ⊖*ia Essentialia* nil valent, sed, quia fæces sunt, aut parum aut nihil de vi medicata obtinent, nec aliquid bezoardicum inde sperandum.

Volatilia Vegetabilium salia pag. 53.) Notum est: quod ⊖ia volatilia ex animalibus promptissimè & simplici destillatione parentur: jam verò, cum & vegetabilia turgeant salibus volatilibus, mirum est, quod illa non tam promptè, quàm quidem animalia, suggerant hæc. Cæterùm ratio difficultatis hujus, quod nempe difficiliùs Vegetabilium salia acquirantur, consistit in eo: quod in animalibus adsit parum vel nullum acidum ligans sal volatile, sed hæc vel moderatò adhibito △e spontè evolant; contrà omnia Vegetabilia habent acidum plus minus manifestum seu occultatum, quod, dum incipiunt fermentari, se prodit sociatum semper △i seu pingvedini plus minus abundanti: hoc ergò acidum pingue in vegetabilibus quasi ligat & figit eorum sal volatile.

Quæritur autem: qua ratione ⊖ia vegetabilium volatilia fiat parabilia? ℞. Fundamentum præparationis consistit in eo, ut destruatur acidum illud plus minus pingue, sicque liberatum ⊖ volatile sui juris fiat, & blando igne comparabile est. Hoc fit triplici modo:

1. *Per putrefactionem*: nam dum putrescunt Vegetabilia, sub ipso actu ⊖ volat. abit in △ seu pingue concreti in recessu semper acidum, quod ipsum destruit, hoc destructo fit illud sui juris, sicque emergit ⊖ volatile perfectè urinosum. Et hic modus est Wedelii.
2. *Per Combustionem* seu calcinationem: quia ipsa destruitur (nempe mediante △e) sulphuris textura, hincque ⊖ia volatilia libera fiunt, & cum parte △is, ab igne intacti, avolant in fuliginem concrescentia; quæ fuligo destillata dat copiosum sal Volatile simile animalium sali volatili, quæ est saltem ex vegetabili sub combustione fumi formâ elevatum.
3. *Tertius modus* procedit *ex oleis Vegetabilium destillatis*, quæ nihil aliud sunt, quàm ⊖ia volatilia concentrata à pinguedine in occulto acido: nam inesse oleis omnibus acidum, probatur ex eô, quod ea cum alcalibus fixis combinata, invicem coagulentur in corpus saponiforme; quia alcali assumpsit acidum, unde ex oleis destillatis fiunt ⊖ia volatilia, quando illis additur sal fixum, quod, intercedente blandâ digestione imbibit eorum acidum, adeoque dissolvitur oleum seu pingve: quô dissoluto sal volatile in oleo contentum fit sui juris, potestque inde destillari. Atque hac ratione *HELMONTIUS* ex ℞ destillato cinnamomi sal volatile destillat; sicut itidem *WEDELIUS* ex ℞ destillato terebinthinæ acquisivit; & ex ℞ destillato ☾i *HOFFMANNUS in Clave Pharmac.*, qui processus est verus.

Jam quæritur: An ⊖ia vegetabilium sint distincta? An vero ejusdem naturæ & efficaciæ, ita, ut juxta *HELMONTIUM* ⊖ volatile sangvinis humani epilepsiæ, ⊖ volat. cochleariæ scorbuto & sal volat. absynthii stomacho conveniat? ℞. Quæ componuntur per putrefactionem, vel etiam calcinationem, omnia sunt ejusdem naturæ, neque pro usu Medico differunt; cùm per putrefactionem, pariter ac ignis vim, destructa sit textura vegetabilium seminalis, & △ concreti dissolutum, adeoque salia omnia uniformia emergunt: econtrà quæ ex oleis destillatis prodeunt ⊖ia volatilia, adhuc inter se differentiam aliqualem habent, & aliquantulum de △e conceti participant; interim & horum loco ℞ea eorum destillata simplicium commodiùs usurpari poterunt, ceu in quibus crasis seminalis est concentrata. Hinc observavi, sal volatile ex putrefacta mentha à sale volatili absynthii & chelidonii majoris per putrefactionem parato, non fuisse distinctum.

Liquidos ∽) ∽ vel melius ⊖ia volatilia vegetabilium in forma salini ∽us asservantur, cum ita non adeò facilè evanescant & promptiùs dispensari queant: ut taceam eadem in forma sicca asservata facilè liquescere pro natura alcalium omnium. Dicis: atque ea possunt coërceri fixatione, nempe per ∽ salis vel ☾i? ast quid inde aliud emergit, quam sal commune ✻cum? adeoque ejusdem cum hoc homogeneæ, detergentis puta & deobstruentis efficaciæ; Unde in ▽ liquida ∽uosa possunt asservari. Cæterum monemus: per putrefactionem & calcinationem facta ⊖ia volatilia vegetabilium esse ejusdem naturæ: ut verò crasin aliquam seminalem adhuc obtineant, alio modo præparanda sunt: nempe non penitus putrescant vegetabilia, sed sub medio putredinis fine motu, △e forti, destillentur; sic enim ∽ & ⊖ △e de ℞ participans, & crasin adhuc quandam obtinens, prodit, utut minus ∽ hac ratione acquiratur: v. g.

℞. *Absynthium*:

quod leviter exsiccatum reponatur ad putredinem inchoantem; qua præsente exsiccetur iterum, & hinc in retorta ⚲ forti △e destilletur; sic sal volat. & ∽ ⊡osum prodit, odorem absynthii, vim & crasin referens simplicis.

Ad hunc modum præparat *DOMINUS ZITTMANNUS*. Conferatur etiam *GLAUBERI* Prefoffen.

Præterea in semine sinapi singulare quid latere videtur, quandoquidem mistum illud cum calce viva, & destillatum, exhibet ∽um ⊡osum, saporem & odorem adeoq; & crasin sinapi referentem. Huc spectat, quod tentavi, ∽ piperitidis hortensis, saporis acerrimi; quæ viridis, vel solitariè vel cum ▽, per arenam destillata dat ∽um adeò acrem, ut tota vis simplicis in eo latere videatur: atque hoc unicum ferè simplex novi, quod sal volatile tam prompte dimittat. Interim liquor hic, utut sit acerrimus, nullam solutionem per acida factam, neq; ipsam solutionem ☿i cum aceto factam, quæ aliàs facilè à quocunque alio ⊖e volatili alteratur, præcipitat, quod mirum.

Volatilia regni animalis salia) Hæc facilè parantur; & rectè notat *AUTOR*, quod specificas virtutes Vulcanus præcidat vel alterot. Nam quæcunque ⊖ia volatilia, sive sangvinis humani, sive cranii ejusdem, sive sangvinis bubuli, revera sunt ejusdem naturæ

turæ & coincidunt, cum ab igne crasis specifica alteretur & pervertatur; unde unum, nempe ~ aut sal volat. CC. vel ⊡ æ sufficiat pro contractiore Pharmacopœa & selectiore Praxi. Et hæc quidem ⊖ia volatilia asserventur potiùs in liquida, quàm solida forma: sublimata nempe ea & rectificata solvuntur in proprio spiritu, filtratione ab omni oleo separato, ita ad ʒß vel ʒj optimè poterunt propinari. Cæterùm additio ♈, quam habet *AUTOR* est frustranea, & sufficit proprius ~ ab ♁ separatus. ⊖ia hæc volatilia animalium polychresta sunt, & non sæpius sublimentur ea; nam quò magis ♎antur, cò magis separata vi specifica (si quæ superest adhuc) castrantur. Equidem fœtent ⊖ia hæc, dum de ♁o adhuc participant; interim fœtor hic non est contemnendus, quippe qui sudoriferarum alexipharmacarum & detersivarum virium est. Fixationes autem horum volatilium ex animalibus nihil valent; cum ea non sint figenda neq; per ~ salis, ut fecit ZWELFFERVS, neque ☽li; secus enim inde emergit concretum instar ⊖ ✱ci, & præ hoc nullam præ rogativam obtinens. Equidem possunt salia volatilia per acidos ~ fixata, additione salis ♄i, absorbentis acidum figentis, resuscitari, dum hac ratione sal volatile iterum prodit, qualem modum *le FEBVRE* suppeditat: ast labor hic inanis est, cùm taliter non differant planè à ~ ⊖is ✱ci: loco igitur talis salis resuscitati sal vol. ⊖i ✱ci in usum vocetur. Alii tandem figunt dicta ⊖ia animalium per acetum minerale, aut etiam acetum commune: verùm sic æquè castrantur: Alii ~ æruginis figere ea tentant, sed par ratio subest; adeò ergo potius in forma nativa asservari debent. *Optimus* autem *rectificandi modus* est, ut salia volat. post primam destillationem cum ♈ probè rectificato per aliquot ☌ digerantur; sic ♁ fœtidum adhærens a ♈ dissolvitur & extrahitur, postmodum cum novo ♈ ex phiola altiore blando calore ♎etur, & ascendit ⊖ volatile candidissimum, remanente in fundo ♈ paruculis ♁is impregnato.

Fixa animatorum ⊖ia) Hic occurrunt parci proventus: hinc quidam negant, ea elici inde posse: ast malè; interim commodius ex liquidis animalium partibus, v. g. sangvine bubulo, quam ex durioribus istis, ut CC., elicuntur, ex quibus paucissimum, & tantillum ⊖is fixi acquirere licet: ratio est, quia in animalibus parum acidi invenitur, à quo tamen intercedente pingvi alias emergit sal fixum. Cæterùm cum hæc salia fixa non observata sint singularis fuisse effectus, propterea ex Praxi selectiori eadem exclusa volumus.

Marinorum ac Mineralium quorundam cremores calciformes p. 55.) Monuimus supra: quod Ostracodermata post calcinationem abeunt in perfectum calcem, ex qua per decoctionem cremor calciformis colligi potest: par ratio est cum crystallo, ex qua calcinatione cremor elicitur: verùm hic cremor præ calcis vivæ cremore nullam prærogativam obtinet; unde in hoc cum *AUTORE nostro* quiescamus. Usus ejus est magis externus, utut & internè pro ulcerationibus partium internarum, phthisi &c. ordinari à nonnullis soleat. Porrò & aliæ dantur solutiones, Salium nomine venientes, quando nempe corallia, perlæ, lapilli cancerorum, &c. solvuntur in aceto, & post aliqualem menstrui abstractionem crystallisantur; quæ crystalli salia dicuntur: sed & hæ nullius sunt pretii, quin potius laudem meretur extemporaneæ istæ mistura ex *STLVIO* cognitæ ex his subjectis cum aceto & ♈ appropriata; quarum intuitu illis carere possumus in Praxi selectiore. Tandem habet *AUTOR nostER* hæc verba: *Solutiones marinorum & Ostracodermorum cum aceto destillato factus*; quibus ipsis insultare videtur *ZWELFFERO*, eas *in append. animadv.*, contemnenti, ideò quod essent noxiæ & corrosivæ; verum benè simul respondent: quod dictus *ZWELFFERVS*, & solutiones cum ~ ⊕ factas & a se commendatas, noxias pronunciare debuisset.

Elæosacchara p. 56.) Elæosacchara sunt olea destillata cum ſ. q. sacchari mista, ut in forma solida ita dispensari queant, & proportio amborum est hæc:

℞. *sacchari pulv.* ℈j.
♁ destillati aromat. gtt. ij. vel iij.
M. exactè.

Hic quidem obstat, quo minus olea destillata horum simplicium adhibere queamus, cum præsertim Elæosaccharum pondus & molem augeant reliquis remediis addenda; sicut contra in forma liquida, si propinanda sint, dissoluto à liquore saccharo, ♁ iterum supernatat.

Specierum & pulverum officinalium) Horum ingens numerus (*composit. vid. in ZWELFFERO*) & commista sunt pretiosa vilissimis, adstrictoria & durabiliora fatiscentibus: sed cui bono? cum omnes ferè coincidant, constantes ex seminibus carminativis, additis aromatibus, e. g. Zinzibere, caryophyllis, mace, cinnamomo, galango, & similibus, nisi quod in una alterave horum pulverum specie aliqualis sit differentia, unde potius consultum foret, ut specierum harum 8. vel 10, sine saccharo tamen & pingvium additione, asserventur, pro praxi concinniore: vel misceantur, quo melius est, aromata legitima compositione, cum ⊖ ✱co, vel arcano duplicato Mynsichthii; ita enim mille usibus sufficere possunt, e. g.

℞. *rad. ari in umbra siccata & pulveris.* ℥jv.
arcani duplicati Mynſ. ℥ij.
⊖is absynthii ʒj.
rad. calamus aromat. ʒiij.
cinnam.
caryophyll. aa. ʒij.
mac.
piper. longi
Zingib.
cubeb.
cardam.
zedoar. aa. ʒiß.

M. f. *pulvis*, qui 20., imo 30. vel 40. speciebus vulgaribus æquipollet, & sufficit, ubi loco salis absynthii, aut arcani dupl., ⊖ ✱c. recipi poterit.

Rotularum ac Tabularum pag. 58.) Hæc ut plurimum palato saltem inservunt; Unde ex omnibus illis *AUTOR* quasdam saltem, nempe arteriacas, pro faucium & pectoris affectu à lympha acri, ut tussi sicca, quò varietur formula, eligit, reliquas removendo, ideò, quia saccharum, quò copiosè ea condiri solent, ut plurimum nocivum est, & corrumpitur in stomacho: Adeò ergò nobis sufficere possunt species diatragacanthæ frigidæ, vel diaireos, quibus iij vel jv. partes flor. ♃is addantur, & cum saccharo in rotulas successivè deglutiendas cogantur. Vel ℞. simpliciter species diaireos usitat: quibus cum saccharo in rotulas redactis aspergantur aliquot guttæ ♁ destillat. anisi aut citri.

Purgantibus) Quibusdam in locis rotulæ & morsuli purgantes, delicatis ex speciebus cum resina scammonii mistis paratæ, in usu esse solent: Verum hæc rejicere videtur drasticorum inæqua-

lis mistio, quâ uni rotulæ plus, quàm alii, de purgante accedit.

Anthelminticas) Morsuli anthelmintici parantur ex semine cinæ contra lumbricos: Sic prostant & rotulæ ex ☿ dulci & saccharo; pro eodem scopo exturbandi vermes; interim in talibus cautelâ opus est: Nam (1.) ☿ialia sunt nocentissima gingivis, (2.) facilè eadem salivationem excitant, cum & per cosmetica ex ☿ dentes fuerint nigri redditi. Inde, qui ad salivationem sunt dispositi, vel excoriationes in lingua habent, vitent Morsulorum usum cum ☿ dulci paratorum; secus enim salivatio dolorosa eos vexabit: quin potius exhibeatur pro scopo ejiciendi vermes ☿ dulcis cum pauco saccharo mistus in cochleari ligneo (in metallico enim ☿ facile adhæret) vel etiam in forma boli aut Conservæ pro infante, ita:

℞. *Conserv. flor. persic.* ℥ß.
☿ *dulcif.* gr. iij. vel iv. ad ℥ß. pro ætatis ratione (nam infantes ablactati non melius cum euphoria purgans inveniunt) m. f. *bolus* pro una dosi deglutiendus.

Vel loco tabellarum

℞. ☿*ium vivum*:

qui terendo in mortario vitreo subigatur cum saccharo, donec pulvis gryseus emergat: de quo ℥j. ad ʒß propinari poterit.

Atque hâc ratione omnibus morsulis anthelminthicis carere possumus.

Aromatica) Loco harum saccharum liquefactum & in justam consistentiam redactum, addendo aliquot guttas olei destillati aromatum, quodcunque lubet, esse potest; redacta hinc invicem in morsulos vel rotulas: ita hæc tantum præstant, quantum aromata in substantia exhibita.

Confectiones communes pag. 59.) Omnes hæ prostant quidem pro bellaris, non autem pro medicamentis. Cæterum epiphonema *AUTORIS nostri* est notatu dignum.

Hecticis) scil. veteres hecticis amygdalata & pineata porrigebant, quando fauces siti affligebantur: interim dicta remedia hoc incommodi habent ut muco viscido stomachum per se debilem onerent, appetitumque prosternant, rancorem contrahendo: quod & præstant emulsiones, quæ hecticis porriguntur. Ideoque rectius ad culinas relegentur.

Trageæ grossæ p. 69.) *Trageæ grossæ*, Germ. Pfaffenfutter / sunt species grossô modô contusæ & ex aromaticis paratæ; dosi cochlearis; ab omni pastu usurpandæ. Fiunt ex seminibus carminativis & aromatibus. Usus harum dicitur esse promovere digestionem primam in ægris stomacho frigido, h. e. eruditate ejus acida; & hinc natis flatulentiis laborantibus. Verùm variæ sunt istæ trageæ, & parum vel nihil commodi habent: quandoquidem necesse est, ut vigor stomachi vim eorundem medicamentorum eliciat. Unde rectius *SYLVIUS* loco talium ⊖ia volatilia ℞a propinat in potu, quale & ipsæ in omni pastu solitus fuit assumere, e. g. ℞. gutt. 30. vel 40. ⌒ ⊖ ✱e. anisati vel caryophyllati vel cinnamomisati; qualis in fine pastus assumptus tantum præstabit, quantum integra scatula trageæ grossæ.

Moschardina) Moschardina sunt trochisci cum ambra aut moscho parati, pro refocillatione capitis & ⌒uum animalium ac fœtore halitus inservientes, quorum compositionem videb. in *SCHROEDERO pag. 703.* Cæterùm loco horum res longè succinctius absolvi potest, si fortè topicum oris malum, adeoque halitus fœtidus palliendus sit: nempe formari potest globulus ex tragacantha, inungendus cum oleo aliquo destillato suaveolenti, aut cum vel sine moscho subacto.

Saponis) hujus loco longè elegantior est Essentia Benzoës cum V̄ parata, de qua infundatur nonnihil in parum ▽æ rosarum vel cinnamomi; ita lacteescit, hinc, abluatur eadem facies vel manus, præter nitorem egregium odorem relatura.

Poma ambræ) His ipsis longè præstantiora sunt & efficaciora ex ℞is destillatis aromaticis parata balsama.

Trochiscorum p. 61.) in his nihil habetur, quàm nova textura: Nempe pulveres cum mucilagine tragacanthæ in novam trochiscorum consistentiam incrustantur, qui labor vanus est. Interim *AUTOR* excipit trochiscos sublinguales in peste iis proficuos, qui cum ægris talibus conversari necesse habent. Sublinguales hi trochisci aut ceti ex anima, ex camphora, aut quibus hæc ingratior videtur, ex myrrha, tanquam ex primario ingrediente, componuntur, v. g. soluta in aceto myrrha incrustatur cum s. q. sacchari & mucilagine tragacanthi, hincque ex hac mixtura formentur trochisci sublinguales pro usu præservandi in conversatione cum ægris, peste afflictis: vel imprægnetur saccharum cum succo citri acido; vel denique teratur saccharum cum corticibus citri vel aurant. tenuissimè incisis, sic illud sub tritura horum ℞ imbibit: dehinc

℞. *sacch. hujus* ℔jj.
adde
Myrrhæ ℥j.
camph. ℥j.

cum *mucilag. tragacanth.* formentur *pastilli*; qui irrorentur cum

℞ *destillat succ.* gutt. xl
citri gutt. vij.
angel.
zedoar. à gutt. vj.

Pilularum massæ) Harum mirabiles compositiones, prostant, numerum centesimum excedentes; ex crudis purgantibus paratæ, ac quoque in modernorum, puta *ZWELFFERI Ph. Reg.* inveniendæ: Ex omnibus autem his 2. vel 3. sufficiant pro mille hominibus purgandis: Origo autem hujus multiplicationis in compositionibus fuit, quod veteres supposuerint tot varios succos in corpore varia remedia purgantia requirentes; quibus addiderunt sua corrigentia: imò, quia humores nunc peccarent in capite, ut in apoplexia; nunc in pedibus, ut in podagra; nunc in pectore, ut asthmate & tussi; hinc addenda autumarunt specifica corrigentia, quorum beneficio veheretur purgans ad noxium humorem in parte. Ast in genere & sine selectu operantur purgantia, promiscuè colliquefaciendo & noxium & utilem humorem evacuando; unde paucæ massæ sufficiant. Quod autem attinet *correctionem veneni purgantis*: ea non fit per addita aromatica; quin potius ita præparanda sunt purgantia, ut per se mitiora sint: quod optimè fit per ⊖ ☐i & fermentationem cum succo quodam vegetabili, ad instar opii instituendam *modo LANGELLOTTI.* *Directio* tandem *purgantium* est planè frustranea; potius si ea fuerint debilia, non penetrabunt ultra primas vias; sin vero fortia, & totam M. Sam irritent, etiam in

remotis corporis locis colliquationem humorum inducent, sine ullis dirigentibus additis. Adeò ergo duæ pilularum compositiones sufficere poterunt: nempe ex antiquis massa pilularum de hiera c. agarico, ex modernis verò Extractum Panchymagogum Crollii. Hæ duæ generales compositiones specificari & acui possunt diversis cum stimulis, v. g. cum stimulo scammoneo, ut & ejus resina, aut pro viscido humore expurgando cum Extracto trochisc. alhandal; aut denique pro seroso cum resina Jalappæ. Quinimo certis in casibus ☿ dulcis addi potest, & in quibus acidum viscidum peccat, gummi ammoniacum, ut in hypochondriacis & scorbuticis: Sic e. g.

℞. *M. P. de hiera. c. agar.* vel Extr. panchym. Croll. gr. xv.
Gummi ✱ci in aceto soluti ℈ß.
Extr. trochisc. alhand. gr. j. vel ij.
c. s. q. *Ess.* ♂ F. *pilula.*

Sic ponamus lue Venereâ correptum, ubi

℞. *Extr. panchym. Crollii*
☿ *dulc.* aa. gr. xv.
Resinæ Jalappæ gr. ij.
c. s. q. ♁ *destillat terebinth. pro dilatanda resina*, f. *pilula.*

Laxativis p. 62.) Veteres pilulas laxativas usurparunt sine stimulorum additione, adeoque no. 50. vel 60. ad pisorum magnitudinem accedentes, & ʒß. pendentes. verum moderni consultius stimulos illis addunt. Cæterum loco laxativarum pilularum paucæ sufficiunt: Scilicet aloëticæ, Classianæ; de quibus *HOFFMANNUS in Clave Pharmaceut.* harum unam vel alteram ante cœnam assumendo: vel etiam pilulæ de gummi ✱co Quercetani, vid. *SCHROEDERUS*, quæ à gr. xij. ad xv. vel ℈j. Vesperti no tempore deglutitæ, suaviter laxabunt: Vel, cui volupe est singularem compositionem obtinere, is imitetur *TILEMANNUM*, qui *pilulas aperientes sibi dictas* loco usualium præscripsit, v. g.

℞. *Aloës succotr. lucid.* ʒj.
gummi ammon. in aceto scyll. soluti ʒß.
Syr. ♁ tali ʒiij.
c. q. s. ℞. ♂ fiant *pilulæ minores*;

quarum num. ix. vel x., xij ad xxij. hora unâ ante cœnam in cursu morborum chronicorum sumendæ, & fomitem successivè extrahunt.

Alterantes) *Pilulæ Alterantes* interdum etiam requiruntur: quando nempe patientes sunt delicatuli, & remedia ingratioris saporis respuunt. Cæterum hæ ex tempore possunt præparari, nec opus est, eas mox habere in procinctu: Sic si desiderentur pilulæ sudoriferæ, tunc

℞. *Extracti Cardoben.* ℈j.
theriacal. gr. v.
c. s. q. ♁ *succini* fiant pilulæ.

Quarum effectus egregius, una cum suavi somno.

Si ♂iales exoptentur pilulæ:

℞. *Extract. helleb. nigr.*
Bol ♂ *rubi ppt.* aa. ℈ß.
extract. trochisc. alh. gr. j.
c. s. q. *syr. de pomis* fiant pilulæ.

Sin tandem hystericæ sint ordinandæ:

℞. *Extract. Castor.* ℈ß.
assæ fœtid. gr. iv.
⊖ *volat. succin* gr. v.
laudan. opiat. gr. j.
c. s. q. ♁ *destillat. chamomill.* f. *pilula hysterica.*

Electuaria) Horum seriem vid. *in Dispensat. Veterum.* Cæteroquin Electuaria purganda sub forma bolorum ab ʒß ad ʒj porrigebant, quæ tamen apud nos exulare jubemus, & vix, nisi in clysteribus, eadem usurpamus. Contra alexipharmaca Electuaria pro Praxi contractiori commendo solam theriacam & electuarium diascordii Fracastorii, à *SILVIO lib. 1. Prax. c. ult.* correctum, imo & theriacam diatessaron: cui tamen opium addendum suadeo. Tria hæc instar omnium pro alterantibus & alexipharmacis sufficiunt. Electuaria vero stomachica, pectoralia, &c. ex tempore melius fiunt, nempe ex conservis, tanquam corpore: quibus addantur pulveres & extracta pro lubitu: v. g. sit *Electuarium stomachale*:

℞. *Conserv. rosar. rubr.* ʒij.
menth. ʒj.
Rad. zingib. in Ind. condit. ʒvj.
acori veri condit. ʒiij.
Spec. diatr. piper. vel *diamosch.* ʒiij. ad ʒß.
c. s. q. *Syrupi fl. tunicæ*, fiat *Electuarium stomachicum.*

Interim loco horum Ræ. & Essentiæ stomach. & alexipharm. sufficere possunt, & commodiores sunt.

Looch p. 63.) *Loh* Arabibus, Græcis *Ecclegma*, Latinis *Linctus* audit, & ad affectus faucium & pectoris vulgò commendatur: Verùm faucibus eadem; pectori vero & asperæ arteriæ parum medentur, quippe ad quæ loca illorum per rimulam laryngis nullus est sine tussis & doloris exasperatione, accessus; adeoque saltem pro faucium affectibus duplici scopo præscribi solent: Scilicet *primò* ut fauces lubricitent, & in iisdem aut phlogosin & inflammationem incipientem, vel conceptam excoriationem a lympha acri in affectibus catarrhalibus oriundam, aut denique dolorem harum partium, temperent & blandè corrigant: pro quo tamen scopo pauca looch sufficiunt; nempe ea, quæ fiunt ex papavere, & quæ Incrassare vulgò dicuntur, quibus si addantur passulæ vel liqueritia, res etiam proficua videbitur. Hinc sumendus erit Syrupus diacodion Montani, qui gratissimus, & loch passularum a *SCHROEDERO p. 178. lib. 2.* descriptum, vel misceatur Syrupus scabiosæ cum syrupo diacodion: hique duo cum baculo liquiritiæ lambendo successivè deglutiantur. *Secundus scopus* verò loh præscriptorum est, ut interdum lympha mucilaginosa & viscidior in isthmo faucium hærens detergatur & abstergatur, hincque ejus rejectio per sputum promoveatur; pro quo tamen scopo unum alterumve iterum sufficit, nempe loch de squilla, vel ex gummi ✱co ad imitat. *RIVERII Centur. 3. Observ. 21.* ita præscripsit:

℞. *Gummi ✱ci in vino vel* ♈ *soluti* ℈iv.
Oxymel. squillit ʒj.
Syrup. de marrub. vel *helen.* q. s. pro reductione in *loch consistentiam.*

M. D. S.

Saffe auff etliche mahl.

Adeò

Addi pro lubitu potest ▽ hyssopi ℥ij. l. iv. ad imitationem Brunnemanni mixta item sperm. ceti ℥ß, vel ultra :

℞. *pulv. rad. ari exsicc.* ℥iij.
extract. helen. ℥i.
Syrup. de marrub. q. s. pro reduct. in consist. Loch.

Adeò ergò rectè dicit *AVTOR*, nos neque in sano, neque in ægro indigere loch, cùm ex tempore luctus tales parari possint.

Conserva p. 64.) Parantur hæ mulierculis ex simplicium & horum florum foliis incisis, & cum saccharo contusis. Cæterùm cum hujusmodi conservæ nulli alii usui inserviant, quàm ut sint vehicula aliorum remediorum, propterea tantus eorundem cumulus non erit necessarius, sed pauca & pro usu aliquæ sufficient : sic v. g. ex omnium simplicium conservis rosarum rubrarum, florum tunicæ, borraginis, buglossæ, anthos, & hederæ terrestris asserventur, quæ reliquis omnibus abundè æquipollent.

Condita) *Condita*, ut radices cichorii conditæ, lactucæ, eryngii radix condita, &c. effœta sunt ; quia eorundem vis medicamentosa sub sui ebullitione maximam partem evanuerit, adeoque revera effœta sunt : quod si autem propriam muriam iis velimus superaddere, ingratum hinc emerget remedium amaricans ; adeò, ut Condita omnia ex Praxi penitus relegari queant. *Par ratio est de Confectis* : In ▽ radices ebullitæ & emollitæ saccharo obducuntur & asservantur.

Syruporum, Rob, Mivarum, mellium medicatorum p. 65.) De his moneo : Formulas eorum saccharò infectas originem duxisse è *Schola GALLENI*, nec in *Scriptis HIPPOCRATIS* contenti Decoctis & pulverisatis, tales reperibiles esse ; dehinc ex *Schola GALENI* ad Arabes & Mauritanos derivasse, à quibus in immensum auctæ omnes veterum Compositiones saccharatæ prodierunt. Sicut ab his ad Europæos pervenerunt eædem, ita a *Renodæo*, *QUERCETANO* & *RONDELITIO* iterum ingens earum copia accessit, adeò, ut hinc tandem eò usque excreverit moles Compositionum Galenicarum, ut ferè nesciamus, quam eligamus. Cæterum in specie huc *Syrupi* pertinent, eam in gratiam inventi, ut partim Decocta & succi Vegetabilium melius conservari, partim speciosò sacchari titulo consuli queat. Interim, quot hominum sunt hodie, qui ferre nequeunt dulcia saccharata ? ut hypochondriaci, scorbutici & cachectici, & qui morbis ex cruditate acidâ laborant, horrent mellita seu flatulenta ; non secus ac mulieribus saccharata nocent, ut plurimum passionem hystericam hinc incurrentibus. Similiter in febribus ardentibus, tàm acutis & malignis, quàm intermittentibus, ceu fermentescibilia nociva sunt. Et innuit *HENRICVS ab HEER* ex hac causa febricitantes divites pro pauperibus citiùs interire : Imò rejicit Panarollus Syrupos succharatos in morbis acutis consuetos, ceu peregrinum saporem contrahentes, & in febricitantibus ad putrilaginem tendentes. Insuper cùm ex Chymia hodie longè concinniora habeamus, proin Syrupi pro scopo aliqualis saltem misturarum edulcorationis, & præterea non, usurpantur, adeoque pauci eorum sufficiunt, e. g. Syrupus de succo acetosæ, de corticibus aurantiorum, rubo Idæo, de citro toto Sennerti, cydoniorum flor. tunicæ, nicotianæ & violarum : Hi satisfaciunt abunde. Cæterùm quia Decocta & succi longè melius in Pharmacia correcta asservari possunt, si nempe ♃is Gas impregnentur, & hinc pro usu competenti cum saccharo misceantur. Aliàs & pro scopo laxandi infantes esse potest Syrupus de spina cervina, seu domesticus, & syrupus rosarum solutivus. Similiter ex mellibus & oxymellibus loco omnium prostare potest Oxymel simplex & squilliticum. Quod si autem propter saporis gratiam indigeamus Syrupis, tunc facilè erit Extractô & Rô impregnare ex tempore saccharum. Interim paucos excipit succos *AVTOR noster*, qui propter sui coloris facilè deperditionem in syruporum consistentiam redigi debent : ejus generis sunt succus violarum & florum tunicæ, qui sub sui inspissationem colorem perdunt, & turpes redduntur ; sicut & ipse succus fragorum & rubi idæi sub redactione in Extractum fermentari incipiunt ; Unde hi cum saccharo condiantur in Syrupos, contrà reliqui succi non debent syrupisari.

Extracta p. 66.) In Extractis consideratur crasis medicamentosa & concreti simplex, seu separata à reliqua substantia corporis concreti, quâ antea, tanquam nucleus à reliquo corpore ceu cortice, involuta erat ; sic e. g. si *cinnamomum* destillatur, *Oleum* ejus in se continet crasin totius concreti, adeò, ut separatô hoc ☌, Cortex omni medicamentosa virtute sit exhaustus : similiter, quando ex eodem cinnamomo cum ☿ elicitur ista Resina, quæ aliàs sub destillatione sub forma olei prodit, tunc ☿ hinc rubicundus factus ℞. vocatur : quod si per ☿ aliqualem abstractionem ad consistentiam melliformem inspissetur, vocatur *Extractum* : imò, si ejusmodi Ræ & Essentiæ ex concretis plurimis simul eliciantur, nominari solent *Elixier*.

Jam verò in Extractis his ritè parandis duo consideranda :

1. *Substantia extrahenda.*
2. *Medium extractionis.*

Substantia extrahenda est vis concreti medicamentosa, seu crasis tota pariter & nativa, h. e. quæ nullam à Menstruo vel etiam ab igne alterationem passa sit. *Medium* autem extractionis seu separationis, cujus beneficio crasis subjecti elicitur, aliàs vocatur *Menstruum*, cujus etymon natura est ex Philosophia sublimiore : scilicet Veteres sub elaboratione Elixyris Magni seu alkahest duo subjecta & operationes habuerunt, inter quæ *agens fuit* ♃ quoddam *solare*, & *patiens liquor* ☾*ialis*, qui solvit ♃ istud ; ita, ut liquor hinc fixatus in Elixyr transeat. Jam verò ♃ istud solare nomine maris, liquorem vero solventem ☾ialem nomine fœminæ denominarunt, cujus hæc fuit ratio : Nempe dixerunt, quod quemadmodum in generatione animali requireretur congressus maris & fœminæ, ita quoque hoc in negotio ♃ masculinum cum femine fœminino esse conjungendum ; & sicut mas suum semen conferret, ita fœmina suum menstruum, quod hic esset liquor ille ☾ialis, adeoque ex hac analogia liquorem illum ☾ialem vocarunt menstruum, cujus usus est, ut solvat, & color inde nascatur, *caput corvi* dictus, atque sic factum, ut vox illa menstrui ad omnia solventia fuerit adaptata per abusum : Conf. *BECHERVS in Oedypo Chym.* p. 132. Cæterum in menstruo maximum latet negotium extractionis, cum illud esse debeat appropriatam

priatum crasi extrahendæ, secus enim fallit negotium, h. e. particulis suis minimis subintrare debet menstruum particulas concreti, easdem penetrando; hinc crasin medicamentorum separare, ac in poros suos recipere; adeò ergo requiritur, ut menstruum sit simile rei extrahendæ: sic enim, quia vis Jalappæ consistit in substantia oleosa seu resinosa, propterea pro hac extrahenda requiritur ♀, qui similiter est ☌ resolutum: contra cum ▽ res non procedit, cum hæc non sit inepta, nec possit penetrare corpora oleosa, atque par est ratio in omnibus solutionibus Jam porro similitudo illa mutua consistit proximè in particularum menstrui & solvendi convenientia, ita, ut se invicem potuerint liquefacere: sicut remotè in densitate texturæ materialis, quæ intercedit menstruum, & rem extrahendam; etenim & similes particulas & particularum similem actionem probat hoc, quod ☌ per ♀, ♃ optime per ☌ ea, contrà mucilagines per aquosa, solvantur. Insuper contingit, ut unum subjectum pro diversitate particularum diversa requirat menstrua; sic enim lignum sassafras & Qvajacum duplicia menstrua poscit pro duplicitate suæ substantiæ, resinosa nempe ♀, gummosa vero Decoctum cum ▽ simplici; cùm ambæ hæ substantiæ sint distinctæ naturæ: Similem locum etiam invenit in colocynthide, de qua conf. *ZWELFFERUS Ph. Reg. p. 75.*) Præterea in menstruis consideranda est debita quantitas, quæ sufficiat extractione, & qualitas, quæ debeat extrahere: quibus adde, ut menstruum debito modo ab Extracto separetur. Vegetabilium Extracta sunt mucilaginosa, sive gummea sive resinosa, quorum illa ▽eo, hæc ~uoso eliciuntur menstruo; Animalium verò non dantur propriè dictæ essentiæ, sed saltem gelatinæ cum ▽ extrahendæ, suntque hæ instar essentiarum ex animalibus. Decoquuntur nempe in ▽, & reponuntur ad congelascendum. Tandem in mineralibus, cum se ut plurimum gratiâ coloris commendent, propterea ℞æ nomine hæc venire solent. Vegetabilium Extracta pauca sufficiunt: nempe ex omnibus Extractum absynthii, centaurii minoris, carduibened., lignorum, &c. Vel instar omnium Extractum ex quibusdam compositum; quibus annumerandum & Extractum opii, vel laudanum opiatum, ac tandem extractum quoddam compositum purgans. Cæterum considerandum probè est; ne extracta sub menstrui abstractione substantiâ subtiliore nimis priventur; ideoque non bene volatilia extrahi possunt, quæ potius sub ℞æ seu Essentiæ titulo retineri debent, præsertim si in liquida forma ea dispensare animus sit; hinc pro Extractis sint subjecta fixiora. Porro Extractis his addendum est saccharum, si ea scopo arteriaco inservire debeant; sine tamen saccharo etiam reponi possunt, si loco ♀ simplicis ♀ ♃atus vel ℞ ♃i sumatur, quâ ipsa Essentiæ resinosæ elici debent: sic nempe commode in forma liquida dispensari & omnibus admisceri poterunt, quod sine ☉is ♃i commercio aliàs fieri nequit. Porrò contingit interdum, ut compositis Extractis commisceantur quædam, quæ tamen Extractis nihil communicant: Tale est *Extractum chalybis Schroederi*, ubi limatura ♂is cum ♀ extrahitur; cum tamen, si vel tonna integra ♀ per annum chalybi insusa permittatur, nihil hæc illi communicatura sit. Par ratio valet, quando perlarum, coralliorum, &c. Magisteria pro extractione adduntur Elixyriis. Sic in Extractis purgantibus miscentur etiam Purgantia simplicium, quæ diversa requirunt menstrua. Pertinet huc Extractum theriacale, in quo ~vini propter ingredientium nimiam copiam, ne dimidiam quidem partem extrahit.

Repetitis pag. 67.) Vanus labor est, quando Essentiæ multoties cohobantur: Hinc Autor consultum putat, unâ vice q. s. menstrui rei extrahendæ affundere, unde erratum hac in parte videb. *ZWELFFERI in Pharm. Reg.*, ubi pro Essentia Castorei paranda toties hic affundendum jubet menstruum, cum tamen negotium in instanti possit peragi.

Ex ▽ extremè destillata pag. 68.) Sic vanus est labor, quando quidam ▽as ex aromatibus compositas, aliquoties eas cohobando, cum vino destillant, ac ita ▽as vitæ acquirunt; dehinc remanentiæ affundere jubent Spiritum vini; Ineptiæ! hæc enim remanentia maximam partem viribus suis exhausta est, quia ♃ concretorum volatile unà per alembicum ascendit.

Tartaro pag. 69.) Faciunt quidam Extractiones cum vino, sed malè; subinde namque Extractum sub sui inspissatione ab acido vini ☾eo coagulato alteratur, adeoque novas vires acquirit.

Aceti) Nonnulli extractiones instituunt cum aceto; sed iterum male: quòd non quælibet simplicia, ut flores, sed duriores saltim, id ferre possint; unde si menstruum abstrahitur, ☾us acetiremanens immutat vires extracti.

Singularissimis) Hic intelligit *AUTOR* liquorem alkahest, qui est singularissimus & universale menstruum, quælibet trium regnorum concreta solvens & extrahens; servatâ tamen vi eorum seminali & crasi integrâ, liquoreque sine ulla sua alteratione iterum separabili. Cæterùm hoc alcahest non introduxit *PARACELSUS*, sed hoc menstruum universale exprimit per *acetum radicatum*, item per circulatum majus; contrà *HELMONTIUS* vocabulo *alcahest* primùm usus fuit.

Ænigmata pag. 70.) Tangit hic *AUTOR noster HELMONTIUM*, qui totam suam Praxin unico liquori alcahest superstruxit, nec tamen ejus præparationem manifestavit, ut possit intelligi.

Universalia alcahestina, ☾ius Philosophicus, ☉ia mirabilia) His verbis *GLAUBERI* perfidiam rectè insimulat *AUTOR noster.*

Circa roris.) Fatetur hic *AUTOR*, se frustrà alcahest in rore quæsivisse: Scilicet varia prætendunt *AUTORES* subjecta pro menstruo universali conficiendo: Sic enim sunt, qui in ☉e aëris universali seu avicula Hermetis, & filio ☉is; alii in rore majali; alii in nive; alii in pluviis Martiatis; alii in ☾o, ut *GLAUBERUS* & *BALDUINUS* id quærunt; non secus atque alii hujus gratiâ bismuthi, Saturni & ♂ii mineras vexarunt, ubi tamen ex horum radice eruendum id foret.

Parallela pag. 71.) Hæc Epitheta alcahest desumpta sunt ex Helmontio; Occasione autem mentionis alcahest tria occurrunt investiganda: Nempe

1. *Ex quo subjecto ille præparari debeat?*
2. *Quomodo præparandus.*
3. *Quo pactus asservandus sit? Cùm enim omnia solvat, dubitatur: in qua materia asservari possit?*

Quoad subjectum: *AUTOR noster* dicit, *HELMONTIUM* præcipere, ut deficiente liquore alcahest saltem discamus ☾ ♃i volatilisare, illi substitu-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1139-4 DFG

stituend m ; quod tamen scopum non ferit : quin potius ipsæ proprietates injungunt suspicionem ex ☿io vivo alcahest præparari debere, quantumvis *AUTOR noster* adhuc dubitet : an *HELMONTIUS* eum ex ☿io præparaverit ? denique de superstite generoso filio, quem *AUTOR noster* ita nominat, hoc est, de *HELMONTIO juniore*, nihil sperare hac in parte nobis licet, qui in Anglia degens Enthusiastam agit, nec est eruditi Patris filius.

Sa ☿iali p. 72.) Innuit hic tectè *BECCHERUM AUTOR noster*, haac sententiam foventem : vid. ejus *Phys. subterran. ubi est* ∽ *ex* ☿ *iali.*

☿ vivi liquorem) Modus insinuatur ab *AGRICOLA in Chirurgia parva pag. 146.* & *ZWELFFERUS in Mantissa Spag. ubi de* ☿ *agit* : sed & hunc esse frustraneum *AUTOR* conqueritur ; unde dubitat : *an ex* ☿ *alcahest procedat* ? contrà tamen ego dico si ex ullo subjecto parandus est alcahest, ex ☿iali id fieri debere : vid. *TACCHENIVS in scripto* : *Echo ad vindicias* ; similiter ☿ pro subjecto alcahest agnoscens.

Cum Jovis amalgamate collectus pag. 73.) Hac ratione acquiritur simpliciter ∽ ☉i.

Multo minus arcani) His ipsis *ZWELFFERUM* intelligit.

Nec ab altera parte) *GLAUBERUS* alcali quoddam compositum commendat ex ☽i ☉ique dictione, quod utut sit ⊖ alcali non contemnendum, non tamen alcahest titulum id sustinet. Paritatione allegatus *GLAUBERUS* ex ♃a quadam pingui calcinata elicit ⊖ ☉iformis, quod in liquorem p. d solvitur : sed non sufficit.

Sal mirabile) *Sal mirabile Glauberi* fit, quando ♁ vel ∽ ☉ affusus ⊖i communi destillatur ; sic prodit ∽ ⊖is, ac in fundo manet ⊖ *duplicatum*, facilè solubile & aurum solvens ; pariter, si eidem ∽ ☉i affundatur prodit ∽ ⊖is, remanentiæ verò conducunt pro resolvenda ☽.

⊖ *volatile* ♈ *a* p. 74) *Sal ammoniacum secretum* ex ⊖*e volatili* ♈ *a* & ♁ *o* ☉*li GLAUBERUS* parat, quod in ♎ibus metallicis eliciendis multum præstare gloriose dicit, utut saltem in metalla calcinata efficaciam id habeat.

∽ *fuliginis*) Hic *GLAUBERUS* intelligitur *lib. 2. Furnor. Philosophicor. c. 202.*, recipiens fuliginem furni : hunc coquit in ▽ simplici tamdiu, donec ▽ rubescat : deinde ▽am hanc filtratam frigori rigorosissimo exponit, ita concentratur in medio ejus liquor ⊖inus ♁sus per coagulationem, & hoc elicit ∽m & ⊖ volatile fuliginis, quem putat singularem ; qui tamen talis non est.

Succos pag. 75.) Hic *AUTOR* considerat succos : in officinis *triplices* sunt *succi* inservientes usui Medico :

1. *Ex fructibus*, v. g. cydoniis expressis.
2. *Ex arboribus* : horum nempe ramulis incisis, vel radicibus perforatis exsudans ; ut succus betulæ, radicis juglandis, tiliæ ; de cujus efficacia contra Epilepsiam notanda habet *TILEMANNUS de Materia Medica.*
3. *Ex floribus liquefactis seu semiputrefactis*, extraverso sc. eorum alcali confectis.

Succi ex floribus præter vim specificam simplicis, etiam alcali extraverso pollere solent, propter putrefactionem : succi vinosi vel saccharô vel passulis possunt meliùs ad fermentationem disponi.

Ad pristinum statum pag. 79.) In ℞is & Essentiis tria consideranda :

1. Ut ℞æ & Essentiæ *sint genuinæ* ?
2. *An sint genuinæ Extractiones*, & non saltem superficiales corrosiones & solutiones ?
3. *An crases & vires medicamentosas sui simplicis referant* ? & *an non potiùs ratione Præparationis & Menstrui novas acquirant* ?

Scilicet genuina metallorum naturalium docimasia est, ut hæc, vel relictum caput mortuum, nulla arte possint amplius in pristinum corpus reduci. Quando enim in pristinum corpus possunt reduci, vel ex ℞, vel ex ☉no, est saltem fucus, non v. ℞. Unde quando ∽ ⊖is extrahit ☉ in ℞am aurei coloris, tunc quidem in fundo remanet corpus album omni colore spoliatum, neque per alcalia reducibile ; interim fraudem latentem tetegit ♂, cum quo illud tractatum reddit aurum in eodem pondere & consistentia, ut adeoque ∽ ⊖is saltem incrustaverit, & intactum reliquerit aurum : quod si verò ∽ui illi ⊖is addatur ∽ ☉i, mox cum strepitu totum corpus ☉i solvitur, & à menstruo illo imbibitur.

Essentias Quintas pag. 81.) ℞. v. g. ∽ absynthii rectificatiss. quem supra sal proprium digerunt, & cohobant, postmodum associant ♁ destillatum proprium : Sed hæc Q. E. in liquore ▽eo est ♈abilis. Potiùs ergo genuinarum conficiendi modus hic est : ℞. alcali vegetabilium volatile per putrefactionem inchoatam paratum, hocque jungatur ∽ui proprio inflammabili per fermentationem elicito ; dein ambo cohobatione finita jungantur ♁ destillato, sic emergit genuina. Q.E. nullo liquore ♈abilis, & hujus gtt. ij vel iij integram mensuram cerevisiæ vel vini largiter impregnant. Hæ Q. E. sunt genuinæ, & integram crasin simplicis retinent.

♁ *vini*, *pag. 82.*) Quidam operosè ♁ vini volunt parare ex ∽ vini, mediantibus ∽ibus acidis, v. g. ∽u ☉li rectificato, &c. Sed hoc ♁ tam singulare non est : vid. *WILLISII Pharm. Rat. p. 162.*

Infusorum pag. 84.) loco horum nobis in usu sunt Noduli extemporanei.

Decoctor.) Si excipiamus unum vel alterum Decoctum vulnerarium, pectorale, lignorum, reliquis omnibus possumus carere, adhæc, quia varia ex tempore possunt parari.

Aquarum destillatarum pag. 85.) Vegetabilia vel constant substantia volatili ♎ eâ facilè exhalabili, vel fixiori : Priora sunt aromata, Mentha, Salvia, Rosmarinus, Absynthium]: Posteriora Vulneraria, adstringentia, &c. Istæ ergo ▽æ, quæ ex volatilioribus eliciuntur, habebunt aliqualem efficaciam, ex posterioribus vero elicitæ nuda sunt phlegmata. Et v. g. ▽ menthæ, salviæ, fumariæ, plantaginis, florum sambuci, &c. loco omnium sufficiunt. Inesse autem quibusdam ▽is pauxillum virtutis, constat ex ipsa nubecula, quam tandem contrahunt, quæ est quædam substantia ♀ea volatilis, seu oleum a ⊖e vol. resolutum, & in hac nubecula constat virtus, quæ tamen admodum est exigua.

Ardentes Vegetabilium ∽ *pag. 91.*) *Spiritus Vegetabilium inflammabiles* sunt olea Vegetabilium resoluta ; olea vero hæc nunc intimiùs sunt concentrata in concreto, nunc verò non. Quando intimiùs sunt concentrata, fermentationis beneficio dissolvitur concretum : v. g. in absynthio, rore-

marino,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1140-5 DFG

marino, &c. hujus enim medio dissolvitur ☍, & maritatur cum phlegmate, sicque abit in ∽: in quibus verò ☍ magis sin superficie quasi hæret, v. g. in mentha, spica lil. convallium, &c. non opus est fermentatione; sed sufficit simplex abstractio ∽ ejusdem vinosi, qui ☍ea hæc extrahit, imbibit, & secum per alembicum rapit. Vis ∽uum essentialis eadem est, in accidentali vero virtute differunt: Omnes sunt ☍ea resoluta, hinc ☍ea sunt alterata in crasi nativa, & hinc ∽ non tam potentes sunt, quam ☍a: pauci ergo sufficiunt ∽ autem summè rectificati parum valent, quia sic infringitur crasis specifica propter nimiam dissolutionem & rarefactionem olei, & sic magis ad generalem proprietatem ∽uum redeunt. Ad hæc ita rectificati non possunt usurpari; sed necesse est, ut diluantur, hinc potius relinquitur aliquid phlegmatis pro eorum vehiculo. Omnia ligna & radices, tàm nostratia quàm exotica, dant ∽um acidum, nonnihil empyrevmaticum plus minus, pro regimine ignis, & non differunt hi ∽: si quid specifici hauriri potest ex ejusmodi lignis per destillationem, hoc est ex oleo. Dicis: nihilominus ∽ ligni Sassafras, fœniculi, &c. sapore differt à ∽u ligni Quajaci. Respondeo: his subindè tantillum adhæret de Oleo, cujus ratione aliqualis specialis inest differentia; quæ tamen non diu durat; brevi enim post oleum supernatat, ∽ vero iners, & cum omnibus aliis communis, se manifestat.

Volatilium Spirituum mineralium pag. 94.) *Spiritus minerales* sunt vel *simplices*, vel *compositi*: *Simplices*, v. g. Spiritus ⊕li volatilis; *Compositi*, clyssi; qui sunt vel ♃es, vel ♀es, vel ♀eo ⊡osi. Quod attinet famosum illum ∽ ⊕li: reverà cohobatio ∽ ⊕li non deplilegmati à proprio capite mortuo ritè tractato, loco hujus ∽ sufficit. Quoad *clyssos*, ex his unicus; ∽ ♀eo urinosus, sufficiat.

Olea destillata pag. 101.) Nostra subjecta in morbis chronicis non ferunt ejusmodi ☍a destillata; præter n. tædia, ructus, & interdum anxietates præcordiales, ex ructibus retentis enatas, quandoque phlogoses excitant: loco horum ergò conveniunt *Essentiæ Vegetabilium* cum ∽ vini paratæ, quæ *sunt resinæ liquidæ* à V resolutæ. Resinæ autem sunt ☍a condensata, quemadmodum ☍a resinæ resolutæ. Pauca ergo ☍a abundè sufficiant. *GLAUBERUS* recipit ∽m ⊖is, affundit aromatibus, post digestionem destillat, & dicit copiosiora acquiri ☍a: dicit ☍a esse nimis concentrata in subjectis his, ∽m ⊖is verò dissolvere ☍a, & discontinuare; ☍a autem ∽ui acido æquè non sunt commiscibilia, sed sic disperditur ∽ penitus; & rejicit *AVTOR* hunc modum *pag.* 101. Idem *GLAUBERUS* rectificat hæc ☍a, & adhæc ∽ ⊖is jacturam patitur. Item *GLAUBERUS* rectificat ☍a super ∽um ⊖is propter empyrevma, sed æquè sunt empyrevmatica ☍a, & adhæc ∽ ⊖is jacturam patitur; rectificentur potiùs cum arena, cineribus, C. C. usto, &c. copiosis.

Discutientia pag. 108.) Ungventa discutientia conveniunt in tumoribus, item in doloribus ex sententia vulgi: sed cùm plerique sint scorbutici apud nos, hinc non conveniunt.

Ungventa pro oculis pag. 109.) His possumus carere, & potius liquida topica pro oculis conveniunt.

TITULUS II.

DE UNIVERSALIBUS MEDICINIS.

AD universalium pag. 111.) Concedit Autor tale totius naturæ Corroborativum & Mundificativum; quæ duo tamen distinguit.

Panaceis pag. 112.) Scilicet *panaceæ* seu *remedii universalis*, eorumque morborum speciosum *nomen* passim ob vulgi ignorantiam, & ineptam applicationem sui, adeò malè audire solet, ut ad ejus mentionem nunc pluribus risus moveatur: & quidem illorum plebejorum ignorantia in panaceis extollendis exinde nata fuit, quod ipsi remediorum vires non adeò satis æstimantes, nec eorum naturam à priori perscrutantes, hinc effectibus eorum singularibus in admirationem raptis mox ejusmodi remedium mox in universalium apicem, seu panacæarum laudem elevarint. Sicut pariter inepta panacearum applicatio inde nata fuit, quod vulgus, saltem audito panaceæ nomine, illam mox indistinctim quocunque tempore, sine ulla circumstantiarum consideratione & circumspectione, ad quosvis morbos adhibuerit; ideò non rarò plus noxæ quàm emolumenti concitarit. Unde potiùs vox panaceæ sobriè interpretanda est, ita quidem, ut non dicamus, quasi eadem omnes morbosos corporis defectus valeat tollere, cum vitia, quæ manuali indigent operatione, v. g. luxata, fracta, & vulnerata, membra, male per panaceam curari præsumantur; quin potius remedium ejusmodi universale maximæ morborum parti subveniens, extendendum erit ad illos affectus quos *HIPPOCRATES* hoc pronunciato: *Natura morborum medicatrix*; intelligit: siquidem cujusvis panaceæ effectus vel in roborandis naturæ viribus, vel in corrigendis causis morborum occasionalibus terminari solet; Unde sequitur, morbis ab internis causis saltem natis succurrere posse universale remedium. Sic porrò, dum universalis remedii seu panaceæ in curatione fit mentio, non intelligendum venit id exclusivè, quasi cujusvis remedii alius exhibitio excludatur, sed saltem inclusivè, ita quidem, ut præmittenda generalia seu universalia præmittantur, & regulæ diætæ quoque secundum 6. res non naturales, ritè observentur: imò ipsæ panaceæ seu universalia pro individui, ætatis, sexusque ratione, & additis particularibus subinde quasi specificentur. Tandem ad mentionem remedii universalis non concipiendum sibi est, quasi illud necessariò omnes morbos curare debeat: quod ipsum nemo sanus dixerit, cum sic homo immortalis redderetur, quin potius panacearum efficacia intelligenda est ita, quod positis debitis requisitis & circumstantiis, iisque non infringentibus naturæ vires, nec remedii vim invertentibus, curet quosvis morbos: Non secus atque hoc testatur aliàs Jalappa purgans, quæ est purgans quidem certum; præsupponit tamen quædam requisita & certas circumstantias, quibus negatis erit illa sine effectu, & non semper purgabit. Ut adeoque, quoad specialem virtutem universalium, observandum sit, quod *morbus* omnis *gaudeat duplici causa*: *efficiente* sc. *formali*, & *materiali seu occasionali*; quarum alterutrâ sublatâ, affectus seu morbus cessabit. Jam verò efficiens proximum quorumvis morborum

sunt ~ seu principium illud vitale tàm sanitatis quàm morborum prima & proxima origo: Nam ejusdem actionis est, quæ actiones sanas perficit, etiam vitiosas perficere. Hinc destructo principio vitali per mortem, & morbus & sanitas cessant, nec utriusque, horum particeps dici poterit cadaver; atque hoc principium vitale rectè constitutum, in œconomia animali bene constituta & ordinata, optimè omnia perficit, ast lacessitum & exturbis œconomiæ corporis stimulatum ad p. n. anomalias, morbosos tumultus inducit. Pari ratione occasionalium morborum causam constituunt contentorum vitia, nempe acidum, amarum, dulce, acerbum, & 600. alia potestatum Hypocraticarum nomine venientia: quæ si temperata fuerint & permista, bene inde valet corpus; sin intemperata & seorsim inveniantur, œconomiam corporis variis turbis turbant. Ex quo observari licet, Panaceas seu universalia habito sic respectu ad duplex hoc causarum genus, duplici modo operari solere: nempe vel sedando morbosos ~uum impetus, & roborando eosdem, sicque efficiendo, ut hi sponte suâ corrigant occasionales morborum causas, ut sic ne tumultu p. n. in ordinem redeant, turbatæ functiones spirituum vigore instaurato corrigantur, & eliminentur causæ occasionales, redeatque pacatus œconomiæ status. Qualis effectus illustrari potest per opium, omnium symptomatum urgentium sedativum; quippe hujus debito usu, adeoque supervenientibus, superficialibus licet, halcyoniis, & roboratur subind. natura, & consequenter hujus vigore cum sudore aut ⊡ eliminatur nocivum: utut non sine noxa quadam stupefactiva, spiritibus suô modô inimica, operetur opium; hinc saltem palliatione solet tollere morbos; nihilominus tamen illustrat primum morbosarum causarum genus. Sic quoque huc spectat *virtus anodyna* ♃is ☉i *Veneris* & illarum *panacearum, quarum basis est* ♄, vel nativa vel ☿ij. Vel & Universalia operantur respectu causæ materialis temperando & corrigendo causas istas morborum occasionales, & mitigando istas Hypocraticas exorbitantias ⊖inas & potentias excessivas, quæ quodvis acre temperando, p. n. contentorum intestinorum motus, sicque ⚶ationes, coagulationes, effervescentias removendo, omnium ortorum morborum erunt solamina: idque eò magis, si simul fuerint diaphoreticâ vi instructa, utpote cùm diaphoresis naturalissimum correctionum illarum genus esse soleat; atqui tale remedium universale fere est ⊖ istud volatile ☾osum Sylvii, ab ipso maximè laudatum, ceu temperans quodcunque acre, & humorum corporis quosvis præternaturales motus compescens, blandaque diaphoresi corpus mundificans. Sic quoque ejus generis sunt quælibet ☿ialia fixata, & temperantia ratione ♃is sui extraversi quodvis acre, & diaphoretica ratione naturæ fixioris suâ. Tandem huc spectant ⊖ia ♃ris universalia ex rore, nive, & pluvia parabilia. Quod si autem utræque vires in uno remedio reperiantur conjunctæ, tunc illud universalissimi nomen tuebitur: quale quid & sunt, ceu genuinæ panaceæ ♃a metallorum fixa, partim ratione ♃eæ naturæ temperantia potentias istas ⊖inas, partim junctâ vi anodynâ ~uum impetus & motus exorbitantes compescentia: item spectat huc *lapis* △ *Basilii Valentini*, qui ratione virtutis suæ in cura morborum, & tingendis metallis, ad naturam lapidis Philosophorum proximè accedit.

Unicornu mineralis pag. 114.) Unicornu mineraleparatur ex ⊖e ☉i ♀is, quod laudat *AVTOR.*

Arcanum ☉*i pag.* 115.) digestio, aliæque encheireses à Mynsychthio sunt occultatæ.

Alkahestino liquore) *liquor Helmontii* nomine ⊖*is circulati majoris* venit; contrà *Alcahest Paracelso* est hepatis restaurativum universale, sicut videre est in *JONSONII Lexico Chymico.*

Præcipitatus p. 116.) Mercurius per sequidem bonum est remedium; interim talis ☿ cum auro fixatus diutiùs continuatus aliquali vi salivatoria similiter molestus est, & se infamen reddit.

Azoth pag. 116.) *PARACELSO* est technicus terminus, varia denotans, & quidem intelligit.

1. ☿ *metallicum*, ex perfecto nempe metallo resuscitatum.
2. ☿ *Philosophorum duplicatum*, seu *Rebis* aliàs vocatum, ♃e ☉ri & ☿io universali constantem; de quo illud vulgare: △ & *Azoth sufficiunt.*
3. De notat quibusdam *remedium summum*, ex ☿io, ☉e & ☽a paratum.
4. ☿ *fixum*, in △e non destructibilem; quô datô dicunt: quod proximus habeatur gradus ad Philosophicum & fuisse tale suum Azoth, *HESLINGIVS* olim affirmavit: sed falso; cum potius fuerit remedium ☿iale drasticum, supra & infrà movens.
5. Tandem in sensu Paracelsistico Azoth denotat *summam Medicinam Paracelsi* in capulo ensis gestatam, ab omni particulari determinatione separatam, & vini omnium remediorum in se concentratam habentem, quod putarunt quidam constitisse ex ☿rite fixato.

☿*io diaphoret*) Hunc *HELMONTIVS* parat mediante ♃e ☉li ♀is fixo & ☿io ⚶ato Vigonis: conf. *Tr. de Febr. c.* 14. §. 9.

Famosum sub seculi initium) Intelligitur hic *Panacea Waldina*, ex ♃iis metallorum procedens, postmodum verò adulterata est ex ☿ Cinnab. & regulo ☿ij, de cujus præparatione conf. *Welschius Hecat.* 2.

Ut plurimum nil nisi pag. 117.) Scilicet quælibet Panacea ordinariò præparatur nunc ex subjecto magis universali, v. g. ex rore, ▽ pluviali, ⊖e ♃eo; nunc ex subjecto minus universali, ut ☿io vel ☿io, vel hujus medio ex ☉e.

E minerali &c.) intelligit *Panaceam Glauberi*; est ♃ purum ☿ij, & hoc non est contemnendum.

Panaceam solarem pag. 118.) Intelliguntur hic *pilulæ Wildeganfii*, constantes ex *opio*, & forsan *Cinnabari*, vel ☿ *per se fixato*: ab opio siquidem iisdem combinato, mulier asthmatica ab illarum usu suffocata videbatur: cautè ergo ob opium usurpentur; interim præter vim anodynam egregiè sunt sudoriferæ; & pluribus morbis conferunt: Vid. *Misc. N. C. anno* 3. *ubi aliqualis earum descriptio.*

Aviculæ Hermetis) Hæc est ⊖ *universale* juxta *SENDIVOGIUM* ex rore præparatum & colligendum: conf. *Miscellanea N. C. ann.* 3. *p.* 452. Sic & novi ex nive singularia menstrua fuisse parata; ac *BECCHERVS* ⊖ suum *cæleste* incuranda peste egregium inde habet; sicut videre est in ejus *Physica subterranea, pag.* 182. Eandem agnoscit originem *Panaceæ* illa *WOLFGANGI DINHEIMII.* Et cùm ros & pluvia Martia nesciant putrescere, indicium est singularis ⊖is inibi latentis. ▽ Martia putrescere nescit: ▽ Thamisis successivè putrefacta in doliis in naturam ~uosam degeneravit in *Peregrin. Americanis*, vid. *Transact. Anglicam. pag.* 401. Aquæ autem Martiæ circa æquinoctium vernum colligi debent: Nam talis ▽æ magna post ab-

abstractionem phlegmatis & ~ adhuc fermentavit, & ex hoc videtur aliqualis analogia cum turgescentia & fermentatione Vegetabilium: Hoc magma tinxit cochlear argenteum Râ purpureo; vid. *M.A.N.C. ann.3.p.542.* Ex magmate potest colligi ☉ cubicum, non vero ☉iforme, *p.* 119. amaricans tamen.

In ☵a quasi virginea pag. 120.) Scilicet dicunt vulgò: ☉ ☵ris universale, subjectum ~us (ni ipse sit) Mundi, nunc varié in ☵re fluctuare, nunc verò terræ porosæ visceribus se insinuare. Illa dicitur ☵a Virginea, nullo speciali semine adulterata seu inquinata, sed indifferenter pro matrice vel vegetabilis, vel mineralis, vel animalis, hanc terram fovendi, fœcundamque reddendi se habentis, ut fiat mater omnium regnorum: atque tunc vocari ☉ *centrale* ☵*a*, item ☉ *natura*: conferatur *ORTHELII Commentar. in Sendrog. in German. Idiomate seorsim prostans*: Sicut in *Latino Theatro Chym. Argentinensi annexus.* Hic *ORTHELIUS* ex ☵ vult parare ☉ *pro* ☿ *duplicato.*

☵*a semine*) notat hic *AUTOR* examina illius ☵æ pingvioris sibi relictæ, quæ destillata daret præter phlegma etiam ☉ volatile & ♁: Confer. præter *JOHANNEM GEORGIUM ROSENCREUZERUM Anat. inferior.* (nempe quod talis ☵ pingvis sub destillatione varia schemata pratorum, florum, herbarum, &c. repræsentat) *LOESELIUS de Podagra Edit. in 12mo. pag.* 262: atque hujus originis est ille *BECCHERI Spiritus*, cujus meminit *lib. 1. Phys. subt. p.* 87. quod mirè vegetat & fœcundat.

Magneticis subjectis) Tale est ☵ illa *magnetica ROCHAS* quam habet *Cap.* 1. *Scrutinii sui* ▽*ar. mineral. Theatro Chym. annexi*: Sic quoque ☉ ☵*ris in* ☉ *latet*, specificatum tamen ab hujus semine, & quasi individuatum.

Phalaja pag. 121.) Hujus meminit *BASILIUS VALENTINUS*, insinuit remedium contra quævis vitia interna.

Perlata materia pag. 121.) Hujus *AUTOR* est *CRÜGNERUS* im *Chymischen Frühling*/ qui tamen reticet, quæ & qualis illa sit? at ex amici ore habeo, præparare illum hanc ex lapide illo violaceo, ideo sic dicto, quia calefactus spiret odorem violarum: est lapis gryseus, cui innascitur muscus subtilis, ex quo materia illa perlarum prodiit. Tractata in aceto reinquit corpus fixum reguliforme; hinc forsan etiam ex addito ☿iali subjecto simul constabit.

Electrum minerale immaturum) Hujus primus mentionem fecit *PARACELSUS*, & post hunc *HELMONTIUS Tract. Hac quæ sequuntur, relinquit imperfecta*; item *Tract. Arcana PARACELSI*; parans inde Rm Lili de Glaura videatur *AVGURELLUS.* Cæterùm illius metalli masculi nomine varia intelligunt *AUTORES*, & alii mineram ☉ris ☉rem, sed ineptè indigitatam, volunt; Alii, ut *STARCKIUS*, Zinckum sub nomine illo venditant; qui tamen rectè à *WEINSLERO in Metallographia* refutatur: alii aliud intelligunt, nempe mineram Cinnabaris nativæ selectiorem in Hungaria repertibilem, & instar rubini translucidam & coloratam, & vocant die Gold-Blume; sicut tandem moderni intelligunt sub Electri immaturi nomine das Rothgelbige Ertz/ seu mineram argenti rubram, cujus *ZWELFFERUS* meminit *Mantiss. pag.* 331. quodque arte parari potest, miscendo certâ proportione ☽am & lapidem vel magnetem arsenicalem. Verùm, modo Idiotismum *PARACELSI* consideremus, qui *Electri immaturi vocabulo misturam metallorum certo pondere & mensura commixtorum* indigitavit, & electrum immaturum erit metallorum rudis species, prout in radice sua adhuc quasi confusa hæret; quæque aliàs *Saturnus Philosophorum* vocatur, & de hoc dicitur esse illud *parentem vulgaris Saturni seu plumbi*; ex quo dubium proin enascitur: An *HELMONTIUS* unquam cognoverit *Electrum* hoc *minerale immaturum*, quippe cum ejus descriptio mineræ ♃ nativæ competat. Dicit tamen ea, quæ reliquit Autor imperfecta, constare ex ☿io & ♃e metallico, quæ conveniunt reverâ ♃ri, constanti ex ☿io & ♃e. Et dicit Autor: hanc Cinnabarin in Concreto nativo esse præstantiorem, quàm ♃ solitarium ex ea separatum, ex quo separato, cum ☿io etiam separato iterum conjunctis, diaphoreticum parat *SCHROEDERUS.*

TITULUS III.

DE PURGANTIBUS VEGETABILIBUS.

PUrgantia *pag.* 133.) Ex insigni Purgantium abundantia, quæ Regnum Vegetabile subministrat, pauca quædam selectiora nobis sufficiant: qualia sunt *Aloë rhabarbarum*; utpote quæ 2. sola ex Purgantibus insontia & absque malignitate esse judicantur: item *Jalappa*, *helleborus niger*, *senna*, *scammonium* & *Colocynthis.* Ex Regno Animali nulla prostant laxativa, nisi forsan sola *rasura ungvium humanarum* hic excellat.

In Regno Minerali præprimis excellit ☿ *dulcis* ritè paratus, & hinc *crystalli & pilulæ* ☽*ares*: Imprimis ♂ est, quod uberrima suggerit Purgantia, magis tamen vomitu, quam secessu operantia. Ex innumera varietate ♂ialium hujusmodi purgantium pauca sufficiunt: v. g. ♃ quoddam ♂*iale* saltem cum ☉ ♀i, ad imitationem Croci metallorum absynthiaci Mynsychthii paratum: Confer. *WILLISIUS Pharm. Rat. Volum.* 1. *pag.* 64. & ex hoc ♃e facilé parari potest ♀ emeticus ad ejusdem Mynsychthii imitationem, quæ 2 in forma sicca abundè sufficiunt. In forma liquida sufficiat *Syrupus emeticus* ad imitationem *AUTORIS p.* 206. & 214. paratus; aut etiam ▽ *emeticum* ex infusione vitri ♂ii vel croci metallorum paratum, ad imitationem exercitatissimi *KERKRINGII in Commentar. super Currum Triumphalem* ♂*ii Basilii Valentini p.* 143. & 169. Quibus superpondii loco accedit *sapa* quædam *vomitoria* ex vitro ♂ii pulverisato, ad imitationem *SYLVII* cum Musto vel succo cydoniorum, vel succo pomorum Borsdorfianorum extracto, & post filtrationem ad consistentiam Rob inspissato. Vitra ♂ii pro hisce remediis vel præparantur ad imitationem *KERKRINGII cit. loco*; vel præparantur ex ☿ vitæ, unde obtinetur vitrum flavum, succinum ♂ii dictum.

Porrò inter Præparata Pharmaceutica ex tot purgantium formulis sufficiunt.

1. *Infusum sennatum.*
2. *Essentia jalappa citrata.*
3. *Pulvis ex jalappa seu scammonio*, cum ☉ibus digestivis *Compositus.*
4. Inter tot pilularum varietatem pro pilulis usualibus *pilulæ aloeticæ* sufficient: Pro purgantibus verò sufficiat *Extractum* quoddam *catholicum* ex istis selectis concinnatum: nunc cum ☿ dulci; nunc

nunc cum helleboro, nunc cum aliis, pro specialibus casibus appropriandum.

Jam in specie consideremus purgantia, ubi in *AUTORE nostro* se primo loco offert *Jalappium*; quippe etiam inter hæc evporista purgantia pro selecta praxi excellit, utut huic à nonnullis mechoacanna, quæ tamen debilior, vel gummi gotte, quod violentius, præponatur: interim nos Jalappæ meritò primas deferimus, utpote non solum vi purgandi, sed & sternutationem movendi prædito: scilicet commune hoc est nonnullis acrioribus medicamentis, ut præter vim stimulandi intestina, & purgationem excitandi, exterius quoque nares vellicando pro errhino conducant. Jam ergò, cùm inter illa emineat Jalappium, non mirum est, id eundem quoque effectum præstare: Hinc Elaterii pulvis & hellebori nigri sternutatoria sunt. Præterea Jalappium nostris subjectis hypochondriacis, & omnibus morbis chronicis, præcipue conveniens est, cùm acidoviscidæ cruditati oppidò medeatur; imò, nec sapore, nec odore, nec torminibus molestum sit.

Quoad modum utendi: sumitur vel in sicca vel in liquida forma: in sicca, dum radix pulverisata, vel ejus resina, vel Magisterium præbetur. ubi radix imprimis ☉ino ♀eo remedio, ut cremore ♀i, vel ♀o ☽lato commodè combinari solet, ac in substantia per se ad ℈j, sed cum stimulo ☉ino aut ♀eo in minori dosi exhiberi potest: v. g.

℞. *pulv. Jalapp.*
♀ ☽*lati* vel *crem.* ♀*i* aa gr. v.
℘ *destillat. mac.* gtt. ij.

M. f. *pulvis* pro pluribus Subjectis appropriatus. Nam & infantes tutissimè per Jalappam purgantur, observando saltem seriem annorum, & præbendo ejus tot grana præterpropter, quod annorum infantes sunt: sic v. g.

℞. *pulv. Jalapp.*
crem. ♀*i* aa gr. vj vel vij.

M. pro infante 5. vel 6. annorum in jusculo calido, ita sine ulla molestia purgat.

Quod si autem in minori dosi velimus Jalappam assumere, tunc

℞. *pulv. Jalapp.* gr. xij.
scammon. ♃*ati* gr. iij.
☉ *puriss.* gr. vj (hoc enim impedit flatuum potentiam.)

M. detur pro dosi.

Deinde præter Jalappæ substantiam usurpatur quoque ejus *Magisterium seu resina* cum ▽ extracta, & ▽ simplici ▽ata: ac quidem Magisterium illud ex eo est usitatum, quia non paucis scammoniata sunt suspecta; Unde horum loco pro stimulo in usum vocare solent resinam Jalappæ. *Modus utendi* est tàm in sicca, quam liquida forma: in sicca quidem ita:

℞. *Conserv. rosar.* ℥ß
resin. vel *magist. Jalapp.* ℈ß ad gr. xij.
♀*i* ☽*lat* vel *arcan. dupl.* gr. vj.

M. cum *Syrup. rosar.* fiat *Bolus.*

Hic notanter additur ♀ ☽latus, quia resina est ℘sa, unde facilè parietibus intestinorum adhærescendo tormina, & in prædispositis hypercatharses potest inferre. In forma liquida resina illa Jalappæ cum vitello ovorum, aut semine melonum potest propinari; utut optimè succedat, si eadem resina liquidæ sub forma essentiæ citratæ, quam habet *BARTHOLINUS*, propinetur.

Cæterùm dictæ Jalappæ radix è locis quidem peregrinis huc defertur: interim quædam & illius species apud nos sub nomine *Jelsemini seu mirabilis Peruviani* prostat, cujus radix similiter ac illa purgat, & hæc saltem illas intercedit differentia: quod peregrina magis sit resinosa, nostra vero minus, sed exotica domesticæ præponenda est, adeoque hujus ratione dosis non nihil augenda, ita, ut dum peregrina ad ℈j, nostra ad ʒß vel ℈ij præberi debeat, cum sit idem effectus expectandus. Porrò cum in resina Jalappæ hæreat vis purgans, propterea rara est radicis in vinum aut cerevisiam infusio, utpote quibus liquoribus resina illa nihil suppeditat: Unde & dum quidam Modernorum nodulos laxativos, quos ingreditur Jalappa, ordinant, scopô purgandi falluntur, quantumvis etiam vinum infusionis cum alcali ♀i acuatum sit. *BORELLUS Cent. 2. Observ.* 23. ex hac arcanum contra hydropem habet, ubi beneficio ▽æ vitæ & Jalappæ pulverisatæ nodulo inclusæ, ardoribus caniculæ extrahit substantiam purgantem, quod gummi, non vero Extractum est. ▽ vitæ calidè filtratur per chartam, in fundo relinquit gummi, quod ℈j pilulari forma propinatum miras facit evacuationes ▽arum.

Post Jalappium se exhibet *Aloë pag.* 134 Succus est ex Aloe Indiæ Orientalis expressus & inspissatus. Jam ergò in hac substantiæ discriminandæ veniunt; nempe resinosa & pingvis deinde gummosa: Utraque ratione effectus & menstrui probè distinguenda. Etenim quoad affectum, in substantia gummea vis aloes, suavitet laxativa residet, sicut contra in resinosa ejus viscidiore vis torminum concitatrix & hæmorrhoidum & dolorum excitatrix; quam jam olim Arabes observarunt, nempe hæmorrhoides excitare aloëm: quod tamen non soli aloe proprium juxta *FUCHSII* & *MANARDI* sententiam, sed aliis & purgantibus, substantia viscidiore præditis; hincque in rhabarbaro & dictus *MANARDUS*, itemque in sennatis & scammoniatis observavit similem effectum *SCULTETUS in Observ. Chirurg.*: utut idem de aloe tantò magis observatum sit. Cæterùm in hac resinosa aloes substantia ejusdem vis balsamica consistit, & ejusdem ratione emplastris ea à Chirurgis admiscetur, cùm & pulverisata eadem vulneri recenti inspersa ad promovendam ejus consolidationem multùm faciat. Porrò intuitu Menstruorum vis laxativa gummosa aloes Menstrua requirit ▽ea, quippe in quibus gummi ejus dissolvitur & extrahitur, adeoque teratur illa cum ▽ rosarum aut succo cydoniorum in mortario lapideo vel vitreo, ita liquor imbibit substantiam aloes gummeam, picea in fundo relictâ, nec ulla aquâ resolubili; quin potius resinosa hæc substantia requirit Menstrua spirituosa seu ℘sa, ex quo colligi potest, male Extractis & Essentiis catholicis per ▽ extrahendis addi aloen, cùm sic vis ejus torminum concitatrix eliciatur. Pro usu autem *Medico* sufficit Aloe pura aut succoterina aut lucida; vel si depurata Aloe à resina torminosa sit, recipiatur, quæ cum ▽ sive quolibet succo extracta blande in ℳ inspissetur; ita habebitur aloe laxativa, relicta resina noxia, atque hoc ipsius gummi facilè per se, vel additis aliis in consistentiam pilularem redigi poterit: Conf. *AUTOR in Tr. de Volatilisatione* ☉♀ *pag.* 79. ubi

ubi habet egregia ex Aloë parata. Sic ergò dicta gummea aloës substantia extrahi poterit, vel cum ▽ simplici vel appropriata, acuata cum aliquot granis ⊖♀ aut guttis aliquot ♂i♀i per deliquium, ita namque magis dissolvitur illud gummi & activius, minusque torminosum redditur, quod ipsum in pilulas redigitur. Etenim, quia aloëtica nauseosa amara sunt, hâc pilularum formâ eadem exhibenda erunt, ubi sufficere possunt gr. vj, vij, viij. aloës extractæ in forma pilularum pro usu domestico. Deinde & Extracto huic aloës addi potest vel ♀⊕latus, vel ⊖ essentiale ♀i, vel pulvis radicis ari in umbra siccatæ, vel aliud blandè stimulans & laxans: atque hôc modô aloë cum menstruo ▽eo, acuato cum ⊖♀i extracta, præstat longè Veterum Compositionibus, quas hieras denominarunt; præferturque ab *AUTORE* Extractis aloës cum ▽ factis, cùm illa præsentioris sit, quam hæc, auxilii. Pari ratione insuccationes aloës vulgares cum succo rosarum, ut aloë rosata, violarum in violata, &c. item cum succo fragorum in fragata, quam *TIMÆVS* habet, parum habent in recessu; est enim cruda aloë cum tantillo succi obducta, & quantum quæsò succi illius adhærebit aloë, quoniam hæc ad gr. vj vel vij usurpatur? Tandem aloe ita extracta aliis purgantibus & extractis additur, licet propter saporem suum nauseosum rarissimè diluti forma adhibeatur.

Senna pag. 135.) *Coluthea folia* perquàm similia sunt sennæ Alexandrinæ, unde subinde hæc illis adulteratur, præsertim cum & coluthea vi laxativa sennam æmuletur, & in duplicata dosi idem præstat, quantum Senna in simplici, dicente *BARTHOLINO Cent. 5. Hist. 60. pag.* 129. Jam verò sennæ vis laxativa consistit in mucilagine quadam gummea, quâ separata à viscosa resina, senna sine torminibus intrò assumitur; adeóque pro extrahenda senna menstruum sit aut ▽, aut vinum ⊖♀eo impregnatum. Et quidem ▽ simplex, ut eò promptiùs extrahat, & sennæ vis torminum concitatrix castigetur, additur vel ⊖ vel cremor ♀i, nec unquam sine adjunctô stimulo ♀eo senna præscribenda: adeò, ut si in Infuso ea usurpanda, ⊖♀i sufficiat; contra, si cremor ♀i ei combinetur, aliqualis Decoctio Infusi fiat, necesse est; secus enim cremor hic ♀i non liquescit: interim utrumque stimulum ♀eum sociatum sennæ videbitis in *Infuso Mannagettæ*, Austriacis familiari, quod descriptum habet *ZWELFFERVS in Pharm. Reg. pag.* 31. Quod si autem ex tempore in Infuso sennam præscribere velimus, tunc

℞. *fol. senn. s. st.* ℥iij. (non ℥j, quia menstruum non plus recipit, quàm recipere potest)
⊖ ♀i ʒß.
zingib. (ceu appropriati stimuli) ℈j ad ʒß vel ʒj.
Infundatur in s. q. ▽ *simpl.*

℞. *Colaturæ* ℥ij vel iij ad jv.
adde
▽ *Cinnam.* ʒij.
& si placet
Syr. de pomis ℥iij (alcali enim ⊖♀i jam corrigit saporem, sennæ nauseosum) M.

Est hæc potio suavis; quam si libuerit determinare, poterit & eidem prius addi vel rhabarb. ʒj, vel rad. helleb. nigri ʒj, & hinc dicto modo procedere: e. g.

℞. *Decocti passul. min.* q. s.
Infund. in loco calido
fol. senn. s. s. ℥iij
helleb. nigri
Crem. ♀i *albiss.* aa. ʒj
Mane una ebullitione calefiat & exprimatur:
adde
Syrup. de pomis laxativ. ℥ß vel ℥vj.
▽ *Cinnam. borrag.* ℥ij.
M. D. S.
Purgir-Tranck auff einmahl.

In decoctis enim senna ut plurimum sociatur passulis, quibus & cremor ♀ combinatur, sicque hypochondriacis convenit, quibus aliàs fortiora purgantia non satisfaciunt: v. g.

℞. *pass. min. coquass.* ℥j.
Ebulliant in s. q. ▽æ, sicque Colaturæ ferventi
Infundantur
fol. senn. s. st. ℥ij l. ℥iij.
crem. ♀i ʒj.
Stent in loco tepido ad refrigerationem:
Colat. ℔j. D. S.
Laxtrender Tranck.

Dosis est haustulus ad ℥ias aliquot, suavissimè laxabit.

Tandem & sub Infuso in Nodulis laxativis vino infundendis ordinatur senna: Nam & hoc ipso illa extrahi potest: contrà pulvis foliorum sennæ est rari usus, quia in magna dosi assumendus est; unde & pulvis montagnanæ, cujus dosis ʒj, rariùs præscribi solet ob nauseam: similiter; quia sennæ Extractum parum operatur, propterea in ejusdem Decocto & Infuso acquiescendum est.

Scammonium pag. 136.) Nostras non idem est ac Veterum: horum quippe scammonium ad ʒj. potuit exhiberi; Contrà in nostro non licet ℈j excedere; unde *FALLOPIVS* rectè sentit: Scammonium esse rarò purum, sed ferè semper succo tithymalino aut esulino adulteratum hodiè prostare. Nihilominus nec hoc contemnendum est, usurpaturque id tàm in forma sicca, quàm in liquida: præ cæteris excellit *pulvis polychrestus*, dictus egregius, cujus descriptio habetur in *ROLFINCCII Chymia pag.* 334. estque scammonii Magisterium vel Resina, nisi quod sit cum santalo tinctum, adeoque pulvis hic rubineus (*Rubini Vegetabilis* nomine hinc veniens) dos. ℈ß ad gr. xij, adjungendo eidem semper stimulum ♀eum, & præsertim ♀um ⊕latum, aut ⊕latum.

℞. ♀i ⊕*lat.* seu *arcani zplicat.* ℈ß ad gr. xij.
pulv. polychrest. vel *Res. scammon.* gr. iij. vel jv.

M. pro pulvere, qui septies præterpr. purgabit; Aut

℞. *arcan. duplicati* gr. xij.
scammon. sulphurati gr. ij.
extr. trochisc. alh. gr. j. M.

Porro scammonii utendi modum in forma liquida videb. in *AVTORE*. In forma Emulsionis autem vid. apud *ROLFINCCIVM in Chym. pag.* 333. ad imitationem *STLVII lib.* 1. *Prax. pag.* 27. v. g.

℞. *Scammon.* gr. x, xij ad xv.
affunde ▽ *mentha* ℥j, ℥ij vel pro lubitu, terantur in mortario lapideo, ita lacteseit liquor, qui

cum

cum ▽ *cinnam.* ſ.q. propinetur, reſina autem remanens abjiciatur.

Aliàs Magiſterium Scammonii paratur extrahendo ſcammonium cum Spiritu vini, & cum ▽ ſimplici ♃ando: ſic & nonnulli id cum ſucco citri aut cydoniorum (unde diagrydium venit) ſolvunt & inſpiſſant: ſicut adhuc alii id cum ♃is fumo caſtrant, deſtructa hujus acida vi purgante: aſt potius in formâ emulſionis liquida ſcammonium uſurpari poteſt. Imò quibus diſplicet ſcammonium ex tithymalis aut eſulis mitius genus eligant, & inſpiſſent hujus ſuccum lacteum; ſic illi certò habebunt remedium non contemnendum. Tandem & ſcammonium cum ſucco cydoniorum ad modum *LANGELOTTI de opio* tractari felici cum ſucceſſu poterit; quia dat etiam Purgans correctum.

Dauram p.139.) Prædictis aſſociat pro ſuperpondio Autor Hellebor. nigr. qui ſanè plus in receſſu habet; etenim in morbis chronicis, hypochondriacis, melancholicis, & pathematibus ex defectu menſium pronatis, planè ſingularis eſt hujus radix, non tantum pro ſcopo laxativo, ſed & alterativo; quippe penetrante adeo, ⊖e volat. pollet, ut propterea ⊖is fixi parum (notante hoc *ZWELFFERO*) in ejus cineribus reperiatur: atque hoc ⊖ volatile eſt inſigne alterativum acidi ſpecifici morborum chronicorum, unde & recte a *PARACELSO* ſub nomine *Dauræ*, & *TACKIO PHASI II.* laudatur. Cæterum modo ſit genuinus helleborus, non ſaltem ſtyrienſis expetatur, ſed quoque ſufficit communis radix. Et quidem *modus utendi* eſt tam in Infuſo, quam ex hoc parato Extracto; quin etiam pro forma ſicca, nempe pro ſternutatorio, inſervit helleborus. Menſtruum autem pro infuſione & extractione hellebori *non ſit* ♈, quippe qui eum neque corrigit neque extrahit; ſed extrahatur potius cum ▽ ſimplici, vel ▽ aniſi, acuata aliquo granis ⊖ ♀: His infundatur Helleborus in vaſe aperto (quò fœtor hellebori exſpiret) hinc filtretur, liquorque poſt evaporationem aliqualem ſub formâ eſſentiæ liquidæ aſſervetur, cum ſyrupo roſarum edulcoretur, & ad ℥j. exhibeatur, vel etiam poſt totalem humiditatis evaporationem, Extractum ſub forma pilularum doſi gr. xv. ad ℈j. exhibeatur; utut præferendum ſit Infuſum, ceu ſubjectis hypochondriacis longè melius appropriatum ob liquiditatem: ut taceam ſub totali menſtrui evaporatione & aliquid de ⊖ hellebori volatili perire; præſertim cum & *BORRICHIUS* ▽am hinc deſtillatam ſaporem acrem obtinuiſſe obſervarit: v.g.

℞. *Infuſi helleb.* ℥j.
adde:
▽æ *cinnam.* ℥ij.
Syr. roſar. ℥iij.
M. pro proportione.

Vel in Extracto pro ægro epileptico confirmato:

℞. *Extracti elleb.* gr. xv.
♀. *dulc.* gr. xij.
adde ſtimulum, nempe
trochiſc. al-hand. gr. j. vel gr. ij.
c. ſ q. *Eſſentiæ myrrhæ* fiant *pilulæ.*

Porrò jam iſtud Extractum cum ▽ paratum non opus eſt, ut cum ♈ denuò extrahatur, ſecus namque ejus modificatio fit, impediens operationem ſperatam. In febribus intermittentibus convenit; primas vias enim à ſordibus inde latitantibus evacuat; ſed mox ante paroxyſmum propinetur. In affectibus apoplecticis ad præcavendam recidivam convenit cum ♀io dulci ſub forma pilularum; quæ etiam in gonorrhœa virulenta præſcribuntur.

Colocynthidem p. 140.) Vulgo dicitur: *quicquid non attingit agaricus, hoc petum attingit; & quicquid non petum, hoc colocynthis*: ac quidem præ cæteris in viſciditate mucaginoſa extenuanda & evacuanda Colocynthis prærogativam habet. Cæterùm Colocynthis, ut guſtui patet, conſtat reſinâ & viſcidiſſimâ & amariſſima, cujus ratione & tormina atrociſſima cauſat, dum adhæreſcendo inteſtinis hæc in ſpaſmos concitat. Non ergo ſolitarie danda eſt colocynthis, ſed ſtimuli loco addenda, in caſu, ubi viſcida & glutinoſa acida ſunt fluxibilia facienda; in quo ſanè illa par remedium non habet. Quin & vis illa torminoſa corrigitur vel per ⊖ ♀i, vel ⊕ cum carbonibus fixatum, vel & ♃m foliatam ♀i: quæ omnia texturam reſinæ, ſicut alcalia omnia, diſſolvendo hac ratione ejusdem adhæſionem impediunt, & tormina præcavent; adeoque optimus parandi extractum modus eſt, ſi fiat Extractum cum ▽ ſimplici ⊖e ♀i acuata, quæ poſt ebullitionem filtretur, & in extracti conſiſtentiam inſpiſſetur: ac ſanè ⊖ ♀i optimè corrigit colocynthidem. Sic etiam obſervavi colocynthidem pulveriſatam, ad gr. iij. vel jv. cum ſaccharo exhibitam, graviter purgaſſe, contrà cum ⊖ ♀i miſtam blandè. Similiter, ſi recipiatur lixivium ⊖ ♀, & infundatur fruſtis pomorum colocynthidis, lixivium illud omnem horum amarorem extrahit: dein lixivium inſpiſſatum cum ♈ extrahatur, ita obtinebitur eſſentia aliqualiter laxativa. Interim ſufficiat nobis Extractum colocynthidos, cum ▽ ſimplici, ⊖ ♀i acuatâ, paratum, quod ad gr. ij vel iij. aliis purgantibus pro ſtimulo addatur; ſaltem ubi viſciditates morborum chronicorum expurgandæ: Contrà cum trochiſci conſtent ex colocynthide cruda cum gummatibus combinata, exulent: hinc & ∽ *vitæ aureus Rulandi*, vel infuſum trochiſcorum alhandal in ♈, vel vino Malvatico rarius uſurpari ſolet: ſimiliter repetita extractio Colocynthidos cum ♈ Zwelfferi eſt fruſtranea, quia tunc ejus vis caſtratur. Porrò colocynthis externè clyſmatibus incoquitur, iisque tam ſimpliciter pro irritatione inteſtinorum, quam pro mortificandis vermibus adhiberi, & pro illo quidem ſcopo addi ſolent pulpa colocynthidos in petia ligata ad ℥j; ſic ſubtilior ejus pars elicitur, nec integra ramenta ſolvuntur. E contrà pro lumbricis exturbandis in lacte coquuntur: ita ſapore lactis allecti ejusdem eſu mortificantur, & unà cum clyſmate ejiciuntur. Hæc reverà nobis ſufficiunt pro purgandis mille hominibus, quibus poteſt addi rhabarbarum.

Mechoacanna pag. 141.) *Mechoacanna alba* rariùs uſurpatur, cùm ſit langvida, & à ℥ß. ad ℥j, imò ℥ij, neceſſe ſit, propinetur, quod ſane tædioſum; unde nec infuſa nec extracta quoque cum ingenti commodo adhibentur, niſi quod infantibus cum ſaccharo miſta facili negotiô adaptari queat; utut & his æquè feliciter aut jalappa aut ♀ dulcis propinari poſſit.

SCHROEDERUS in Pharm. Medico Chym. l. 4. Claſſ. 3. pag. 243. parat *Extractum* cum Spiritu vini: ſed malè; doſis enim ℥j vix purgabit, quatenus Mechoacannæ ℥j quia latet vis aliqualis in mucilagine. Si extrahitur cum Spiritu vini, relinquit gummi, qui eſt nucleus purgans.

Hermodactyli) *Hermodactyli*, veterum quid ſit ſcſci-

nesciunt moderni; & hæc *radix* saltem *Hermodactylorum* est *radix* saltem *Cocchici*; adeoque iisdem suspecta & rejecta. Veteres equidem *Theriacam articulorum* hermodactylos denominarunt: ast, cùm hodiè, quid sint? nesciatur; propterea negliguntur.

Turpethum pag. 142.) Turpethum Veterum latet: sunt, qui idem *Thlaspiam*, alii *Pithynsam* esse statuunt. Incertæ conjecturæ! propterea nos illud negligimus penitus. Cujus naturæ nostra radix? etiam latet. Usus radicis & dosis multis est controversa & suspecta; quia validum est purgans, quod rariùs solet usurpari. Est radix resinosa, & quicquid attingit, sub forma crassissimæ & viscidissimæ mucilaginis solet evacuare, & vulgò inter pituitam evocantia refertur. Correctionis ergò gratia quidam cum mastiche, Zingibere &c. miscent; sed hæc correctio per aromata est palliativa; id est, non tollit malignitatem simplicis, sed ejus noxam solummodò vetat.

Agaricus) Agaricus Veteribus usitatior fuit: Modernis minus est; unde Extractum ejus rarò, rariùs autem ejus Infusum, aut decocta, pilulæ, & denique trochisci usurpantur: utut enim a Veteribus multis alexipharmacis fuerit admixtus agaricus, cùm tamen scopum hujus non videamus, propterea eundem rejicimus.

Rhabarbarum pag. 143.) Propter tonum hepatis restaurativum, *anima* ejus dictum, minus æstimat *AVTOR noster*: interim non planè rejiciendum illud est, cùm non solùm vis laxativa in eodem consideranda sit; sed & vis specifica alterativa, ratione cujus omninò magni ducenda: hinc & à *PARACELSO* laudatur, si nempe dematur ejus vis laxativa: imò novi hic Mercatorem, qui calculosus aliàs pulvere rhabarbari usu solet se à calculo præservare; non secus constat ex *SCHOLZIO*, usum ejusdem hydropicis contulisse; his ergo in casibus pulvis ejus commode dosi ℈j ad ʒß in vehiculo quoque propinari poterit. Cæterum, utut *Rhabarbarum exotica China radix* sit; nostrum tamen monachorum seu hippolapathum in duplicata dosi assumptum eidem potest substitui, & hâc ratione tantum, quantum illa præstat. Insuper pulvis rhabarbari tosti solet quoque esse in usu, quem nec rejicio: cum verum sit, quod laxativa rhabarbari vis consistat in volatili quadam substantia, levi calore dissipabili & pereunte; adeoque & Decoctum & Extractum rhabarbari sunt effœta & languida, quia sub decoctione, evaporatione, inspissationeque vis laxativa perit. Hincque ea hodiè non sunt in usu; quin potiùs sumitur rhabarbarum in substantia cum cremore ♃i, similique ♃eo stimulo commodius: sic & *MANARDVS* Emplastro, cujus descriptio extat in *Dispensatorio HORSTII*, rhabarbarum addidit, prò dissolvendis gummatibus Venereis conducenti: ast cum meliora prostent, propterea etiam illo emplastro carere possumus.

Guttam Gambodiam pag. 144.) Hujus natales sunt penitus absconditi, utut *HORSTIVS* & *HOFFMANNVS* in Officinis putent, esse eam ex tithymalorum specie, succum coagulatum, quantumvis ea sit aurei coloris: & sane omnia quidem attributa hujus conspirant cum succo tithymalino; est enim Gummi gotte subjectum acre & erodens, adeoque præter laxandi vim, non raro vomitus immensos excitat. De cætero nihil aliud esse videtur, quam *succus Ricini inducti inspissatus*; è caudice Ricini circa radicem vulnerato destillans, & croco Indico tinctus, & easdem cum scammonio præparationes sustinet. Interim loco dicti Gummi guttæ tutius scammonio uti possumus. Propinatur aliàs variis modis: nunc quidem crudum, nunc verò præparatum; nec præparatione insigni opus est, nisi pro castigatione ejusdem; crudi autem dosis est ℈ß: sic namque *THONERVS in sua Praxi* loco vomitorii hoc exhibet, dum *illius* ℈ß addit *Syrupi rosarum solutivi* ʒvj, ▽æ *cinam. borrag.* ℥j, sicque mixta pro una dosi propinat: hâc ratione ejus usu & vomitus, & interdum quoque secessus excitari solent. Interim, cum existat acrius, propterea corrigi nonnihil solet, subigendo cum ♁ amygdalarum dulcium; vel & eidem aliquot guttæ ♁i destillati adjiciendo, pro acrimonia obtundenda; ∽u ⊕i imprægnant alii pulverem ejus; verum sic castrant, non verò corrigunt Gummi guttæ. Optimè autem ea corrigitur ⊖e ♃i more *CLOSSÆI*, quem habet *SCHROEDERVS lib. 4. pag. 256.* Interim, cum operosus sit labor ille, propterea loco ⊖ ♃i sumatur ▽ probè ♃atus; quo ipso Essentia aurea elicietur; sic namque Gummi guttæ correctum propinari potest. Etenim in universum sunt duo generalia fortiorum purgantium correctiva: nempe acida; & alcalisata; quorum illa sunt vel ∽ ⊕i, vel fumus ♃is incensi: quæ ipsa mitigant quidem purgantia, dum ea castrant; interim & eorundem vim laxativam plus minus demunt, in quo primariò vis laxativa recondita hæret, quô destructo hæc cessat. Longè autem melior est correctio purgantium per alcalisata, quæ inter præferentiam habet ⊖ ♃i cujus in locum & ☾ cum carbonibus fixatum potest assumi: illud autem sal tartari eatenus purgantia corrigit, quatenus resinam vel gummi eorundem laxativum alterat; id est texturam illorum pinguem resolvendo eandem penetrantiorem, viscidítatemque attenuando minus torminosam reddit; & hoc modo correctum præfertur gummi de Peru rosato; quippe quæ correctio est saltem superficialis ejusdem incrustatio. Tandem non incommode ex gummi guttæ cum ▽ *magisterium*, vel & *pulvis polychrestus Mynsi* parari potest ad modum scammonii. Interim cùm iisdem viribus ferè polleat scammonium, ac adhuc fortioribus, imò & Jalappa, utut mitioribus, propterea non opus est, ut nobis tædia ex Gummi guttæ paremus, quin potius eodem penitus carere possumus.

Euphorbium pag. 146.) *Euphorbium Veterum* quid sit? revera incognitum est: Interim sufficit succum istum inspissatum, quem nos *Euphorbium* vocamus, esse violentissimum & acerrimum; unde & in desuetudinem ejus abiit, quoquo etiam modo per acida corrosiva pervertatur idem, & in aliud esse convertatur; Etenim, quibus volupe est, euphorbium usurpare, solent id imbibere cum ∽u ⊕i aut aceto, sicque hac ratione penitus castrare. Cæterum nunquam illud externè usurpatur propter nimiam violentiam, sed saltem externè: Nempe vice sternutatoriorum id naribus ferinis rusticorum inflatur, cum inter errhina sit primarium Veterum, & hoc propter acrimoniam, imprimis sub forma sicca in desuetudinem venit: Ut taceam, quod talia acerrima sternutatoria perquàm sint nociva, quandoquidem referente *KERKKINGIO Observ. 51. Spicileg.* helleborina, quæ tamen ab euphorbio longe superantur, periculum

lum nimiæ hæmorrhagiæ intulerunt. Loco pulveris igitur Decoctum ejusdem in ▽ simplici factum attrahatur à naribus, & iisdem illinatur prosternutatorio. Interim quoque hujus loco bina nobis securiora prostant sternutatoria; quorum alterum siccum, alterum humidum est: *Siccum* commendat *HELMONTIUS Tr. Tussis & asthma*; & paratur ex ana *radicis hellebori nigri siccati* (non vero situ corruptæ) & *saccheri*; quæ minutissimè pulverisata irrorentur aliquot guttulis ℞ *destillati caryophyllor.* vel *majoranæ* aut *lavendulæ*, hinc serventur pro usu satis diuturno & effectu laudabili; est enim suave sternutatorium: sicuti in forma humida loco omnium esse potest, si

℞. ⊖*li albi* ʒj.
Solvatur in
▽ *simpl. vel font.* ℔j.

Hinc probè filtrati liquoris parum in nares cum cavo manus sufflentur; aut cum linteolo in forma turundæ iisdem intrudatur.

Hoc sternutatorium in usu fuit B. *Dn.* D. *LANGIO*, ac hujus laudes descriptæ quoque sunt in *MISCELL. NAT. CUR. ann. 3. Observ.* 14.

Porro præter dictum usum externum euphorbium etiam locum habet in casibus chirurgicis, nempe in ulceribus profundis, cum carie incipiente affectis, quo in casu pulvis euphorbii vel solùm, vel cum pulvere rad. Ireos Florentinæ mistus, vel & ♈ irroratus; cum contrà in confirmata ossium carie vel ferro etiam radendo, vel △e urendo in usum vocandum sit: atque dictum euphorbium per experientiam confirmatum videb. in *HILDANI Cent. 2. & RIVERIO C. 2. Observ. 79. & KESLERO Cent. 2. Proces.* 88. p. 183

Elaterium pag. 147.) Elaterium est succus cucumeris asinini expressus & inspissatus, violentumque remedium, & specificè imprimis hydropicorum ex cavo abdominis ▽is evacuandis dicatus; siquidem cùm hortulano ascitico aliquando succum recens expressum ad cochl. j. commendarem, ille ab usu ejus copiosissimè purgatus fuit: Cæterum elaterium per se raro in usum vocatur, quin potius, quibus placet pro leucophlegmatia & cognatis affectibus id usurpare, illi parent, sibi essentiam & extractum ex radice cucumeris asinini, recipiendo radicis cucumeris asinini in umbra exsiccatæ q. v. cui superinfundat ♈ ♃ satum, eliciatque *essentiam*; quæ sub Extracti forma à ℈ß ad ℈j violenter hydropicorum ▽as expurgat. Interim, quia Jalappa, hujusque resina, in casu hydropicorum non minoris est efficaciæ testante *BORELLO Cent. 2. Observ.* 23. proin non est, quod huic illud præferamus. Tandem memini, me ante aliquot annos succum cucumerum asininorum recens expressum fermentationi subjecisse, hincque potum vinosum aurei coloris accepisse, quem inspissatum in *extractum*, mirè purgans observavi. Tanta vis est fermentationis.

Esula) Hujus radicis cortex in usu saltem est. Cæterum observatum refertur à quibusdam, quod pro ratione collectionis Vegetabilium purgantium nunc supra nunc infra purgent: ac de asaro narrant, quod folia ejus & radix sursum avulsa vomitorium, deorsum vero simpliciter purgans fiant: Sic quoque de Julis Sambuci idem dicitur, nec non de aliis, & esula quoque. Aliàs cortex radicis esulæ propter igneam acrimoniam, quam linguæ occultat, sed faucibus piperis ad instar affricat, præparari solet; vel subigendo eam cum mucilagine tragacanthi, adeoque inviscando; vel per infusiones cum acidis, ut succo citri, cydoniorum; ubi dein cortex ita præparatus in Infuso aut extracto usurpari solet. Verum melius adhuc cortex radicis esulæ recens infunditur in acetum vel succum citri, quò sic ⊖ illius volatile mitigetur: dein fiat Extractio ejus cum ▽ absinthii ⊖e ♃i acuata; ita enim Extractum hoc fortioribus subjectis, pro viscidis succis evacuandis, commodè ad imitationem *RULANDI* exhiberi poterit. Interim cum nobis Scammonium obtigerit, hoc quoque esulæ vices explebit, nec hæc locum habebit, nisi pro setaceo aut fonticulo in auris lobo ad modum radicis mezerii instituendo: de quo vid. *RIVERIUS Cent. 4. Obs.* 24. Parant quidam, ut *WECKERUS*, Conservam ex floribus & foliis esulæ cum saccharo; nisi verò addantur corrigentia, nunquam tutò in usum est vocanda.

Lathyridis ac Ricini) Ricini, tàm *vulgaris* seu *catapitiæ majoris*, quàm *Americani semina*, *grana tilli* vocata, bestiis quoque hostilia sunt, dum ejus ℞ei expressi gutta violentissimè evacuat: Hinc exulent ex Praxi; non secus ac pilulæ de Mezereo hydroticæ vitentur.

Mezerii grana, cortices ac folia) *Mezereum* acre est purgans, ac, uti *SCHROEDERUS* dicit, propter malignitatem rarissimè in usum venit, nisi cum aceto probè castratum fuerit. Hoc interim observandum est: quod folia Mezerii in vino decocta menses cieant singulari efficacia sine laxatione: vid. M. A. N. C. *ann. 4. append pag.* 34. *Extrinsecus* ergò potius loco setacei usurpatur radix in aceto nonnihil macerata, & auribus perforatis indita in oculorum catarrhalibus, similibusque effectibus: Conferatur *RIVERIUS Cent. 4. Observ.* 100.

Succus radicis Ireos nostratis pag. 148.) Hic in hydrope curanda multum habet in recessu, ac in specie, si illi simul angustiis præcordiorum laborent, mirum levamen percipiunt: in quo casu ex incisa hac radice exprimitur succus per residentiam depurandus, & cum Syrupi violarum ana, v. g. ℥vj ad ℥j, propinandus; sic namque puræ ▽æ educuntur; vel quod commodius adhuc est, radix eadem incisa coquatur vel in jusculo carnis vel gallinæ, dein jusculum pro lubitu propinetur ægro sine turbatione; in hydrope enim validum est remedium, & quasi singulari proprietate uberrimè ▽as hydropicorum educit; vel recens in succum exprimitur, vel infusi forma propinatur. Quidam destillant succum, & ad ℥iij propinant pro scopo purgandi.

Bryonia) Succus hic vel per se ad aliquot uncias, vel cum saccharo Syrupus paratus & usurpatus, convenit in curanda hydrope; evacuat enim nimis abundans serum.

Corticum ebuli atque Sambuci) Horum utrique interiores vino infusi conducunt pro sero hydropicorum evacuando: ast horum loco Jalappa sufficit. Aut quibus nostratium evporiston aliquod placet, ii tempore verno *recipiant flores acaciæ* nostratis recentes, quos cum aa. absynthii mistos in forma noduli vino infundant: & sanè vinum hujus noduli infusi reverà conducit cachecticis & scorbuticis tumidò ventre præditis, sumendo ejus haustum mane.

Ex-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1148-1 DFG

Expressum arillarum ℞) nempe ex arillis sambuci baccarum conficitur ℞, violentum vomitorium existens, ad ℥j in cerevisia assumptum.

Frangulæ cortex) Hujus interior cortex rarò, præterquam in hydrope, præsertim in infuso à ℥iij ad ℥vj. usurpatur: aliàs est rari usus.

Nicotianæ Infusum vel Decoctum) Hoc efficaciter superne & inferne purgat, præsertim, cum notum sit, quod tabaci bibuli, fumi illius tantillum deglutientes, & vomant & cacent: sic quoque *Extractum* cum ∇ factum pro scopo apophlegmatisatorio inservit; si nempe illius pilula unica vel altera in ore detineatur, cavendo probe ejus deglutitionem; sic enim lympham salivalem copiose elicit. Insuper, qui volunt habere purgans ex Nicotiana, imitentur Anglorum consuetudinem, sub forma clysmatis fumum intestinis immittentium: quod videb. in *BARTHOLINO Cent. 6. Histor. an. 66.*; prodest enim taliter in torminibus colicis, sedat dolores & provocat alvum. In vino vel aqua cocta dentium dolorem sistit, quidam coquunt in ☩lo, sed male, acetum enim acorem auget.

Effœta) Talia recte sunt myrobolani fructus ex siccati, & ab Arabibus commendati: Verùm adeò ij non æstimantur. Equidem dicuntur laxare; & stomachum post laxationem adstringendo confortare; hincque in praxi communi in principio dysenteriæ propinantur: ast si dysenteria per specifica & optata occurrimus, myrobalanis nos indigemus.

Carthami semen: pag. 149.) Hoc tritum exhibere fertur emulsionem purgantem; ast langvidam.

Epithymum, cuscuta) hæc inter alterantia potiùs locum inveniunt.

Polypodium) Commendatur præsertim ex radice querna enatum, ut de hujus succo nonnihil participet: felicissimè laxat, & inter Melancholiam evacuantia, & inde natos chronicos affectus curantia, hoc est, *Aperientia* vulgò dicta refertur. Per se rarò aut nunquam usurpatur; saltem aliis additur; cum quibus una infundatur dosi ab ℥j ad ℥ij præterpropter.

Exoleta: Soldanella) Hanc Monspelii crescentem commendant in hydrope: Verùm alia prostant magis proficua.

Gummi Sarcocollam) Hoc dosi ʒj pro scopo purgandi à quibusdam præscribitur: verum non amplius est in usu: Imò loco omnium gummatum purgantium duo sufficere possunt: nempè ammoniacum & galbanum; ac quidem ammoniacum nobile est in incidendo, attenuando & resolvendo muco viscido in intestinis stabulante, pilulis sociatum; vel & per se in forma liquida usurpatum; quo in casu ructus quidem inducit, valdè tamen efficax est; Sic v. g.

℞. ∇ *menth.* ℥j.
Gumm. ✱ci in acetio vel vino solut. ℈j.
Galbani ℈ß.
Scammon. præpar. gr. ij. vel iij.
Syrupi rosar. ℥iij. M.

Et quidem hæc potio amaricans est; interim tamen miratus sum, quas ea sordes mucilaginosas & viscidas felicissimè evacuaverit, & quam egregie in dolore hypochondriaco lateris sinistri fuerit.

Sic quoque idem ammoniacum sine additis stimulantibus incidit: interim pro scopo evacuandi eò non indigemus. Similiter gummi galbanum in abdominis doloribus; primariò convulsivis, ut colica, passione hypochondriaca, passione hysterica, itemque torminibus scorbuticis, emplastri formâ, vel & ℞ destillati, adeoque ℞ galbani regioni umbilici illitum, egregium est; utut pro scopo laxandi minus id usitatum sit.

Compositis tot pilularum formulas) Si inspicimus tot dispensatoria, prout quidem numerosissimis pulverum, specierum, & Electuariorum compositionibus sunt infecta, facile observamus; basin illorum omnium esse scammonium & colocynthidem in pulveris forma crudè illis adjecta: quibus, ceu columnis, varia sunt addita aromatica purgantia, variata saltem hinc inde dosi. Jam ergò optimè illis carere possumus, quia

1. Ingredientia sunt cruda,
2. Ita non rite correcta torminosa.
3. Dosis illarum Compositionum inepta.

Unde recte expunguntur omnes ab *AUTORE nostro.*

Oxymel helleboratum) Propter ingredientem helleborum album superat omnem ʒiatem vim: sic enim novi me nodulum præscripsisse mulieri cujusdam Materialistæ, quem ingrediebatur præter alia helleborus niger; nasutulus vero famulus illius credens: der weiße sey b sser als der schwarze/ album sumsit, unde ex ejus usu patiens vomuit, cacavit, hypothymiam incidit, adeo, ut consilio hic opus esset, quò eriperetur morti ægra.

Nec quid in domestico p. 152.) Rejicit hic *AUTOR* etiam Syrupum de Spina cervina; qui tamen in tenellis non negligendus, utut pro adultis minus sufficiens sit: nam illis non ablactatis blande evacuat meconium, & si eidem pulveres acida absorbentes addantur, emendat tormina: v. g.

℞. *Syrup. de spin. cervin.* ℥j.
rosar. ℥ij.
lapill. 69 præparat. ℈ß.
Corall. rub. præp. gr. xij.
∽ *anisi* parum M.

Propinetur cochleari aliquoties interdiu; hâc ratione blande purgabitur infans, & si quæ tormina adfuerint, ea sistentur; ac cùm subinde fæces excretas colore viridi, aut ex viridi nigrescente tingat, hinc cavendum, ne hoc pharmacò decipiamur.

Pulveres) Hic tria *AUTOR noster* taxat,

1. *Communia Dispensatoria*, quæ pulveres purgantes, in *Pharm. Aug.* evolvendos, suadent sæpe ad ʒj assumendos.
2. *Quercetanum*; &
3. *Zwelfferum*; antiquas compositiones novis nominibus subinde decorantem.

Pilularum officinalium pag. 153.) has vel scammonium vel colocynthis semper ingreditur; unde tantam earum coacervationem rejicit; nec amplius in usu sunt propter inconditam dosin.

Syrupi pag. 156.) Hodie reliquis saltem adjiciuntur saporis gratia, non autem, ut olim, ʒiatim propinantur.

Gratiolam pag. 159.) Ex hujus floribus & herba cum saccharo *Conserva* conficitur; cujus dosis ʒj ad ʒij: est vomitorium in febribus intermittentibus ante paroxysmum non inelegans; sed ʒialia præstant.

∇*ni destillatas purgatrices*) Sunt qui dubitant:

An vis purgatrix per alembicum duci possit? quam sententiam tamen affirmativè defendunt *BORRICHIUS de Hermete Sapient.* & *ZWELFFERUS*: Verùm, quid opus, ut tantis acrioribus gulam exasperemus!

Odioramenta purgantia) Exempla *SCHNEIDERUS de osse cribriformi* habet per odores purgatorum; & cùm ex tritura purgantis nonnulli moverentur, proinde ad hujus imitationem globulos naribus applicandos nonnulli introduxerunt. Cætetùm odorantia talia delicatioribus quidem satisfaciunt! ast pro certa & robusta purgatione omnia eorum sunt admodum dubia.

Catharticorum cum plura ☉ro involvere p. 161.) Hoc faciunt nonnulli pro scopo confortandi naturam, aut & stomachum roborandi: sed utrumque frustraneum; stante enim purgantis efficacia, hoc efficiet officium suum, & natura inde juxta Hippocratis effatum sublevabitur.

Corallia) Usu receptum est, ut subinde purgantibus digestiva præmittantur seu præcipitantia, ideò, ut impedimenta, quæ aliàs impediunt vel difficiliorem reddunt purgationem, removeantur. Jam verò impedimentorum illorum imprimis duo sunt:

1. *Succorum* per purgans evacuandorum *viscidtas & glutinositas* cujus proprietatis ratione difficulter sunt mobiles.
2. *Eorum acrimonia nimis acida*, vi cujus rodendo & vellicando, intestina hæc plus minus evacuantur, indeque tormina & fluxus dysenterici supervenirent, quales in hystericis observavimus.

Ergo, ut hæc omnia præcaveamus, & intentio purgantis facilitetur, præmittamus digestiva, aliàs *rantia*, item abstergentia & incidentia dicta: nempe pro viscditate succorum evacuandorum corrigenda adhibeamus ♁ina ♀rea; sicut pro eorundem acrimonia temperanda ♂ialia, marina, vel ♆ea, acidum absorbentia & invertentia. Hæc inter taxat illos, qui Margarithas, Bezoar vel similia usurpant, cùm Corallia aut mater perlarum vel lapilli 69. sufficiant; Unde pro scopo viscditatis præparandæ loco digestivi esto:

℞. ♀i ⊕lati gr. xv.
♁is absynth. l. ♁♀ gr. vj.
M. Detur in duplo, S.
Erweichend digestif-Pulver.

Quarum una dosis sumatur vesperi in vehiculo frigido, altera in vehiculo calido manè.

Vel

℞. arcan. dupl. M. gr. xv. ad ℈j,
♁is card. bened. gr. vj.
M. Detur in duplo, S. ut supra.
Usurpatur dicto modo.

Sic pro scopo acrimoniæ acidæ præparandæ:

℞. lapill. 69 præp. ℈j.
♁♀i gr. vj.
M. d. in duplo.
Usurpetur dicto modo;

Vel

℞. lap. 69. præp. ʒß.
corall: r. pr.
croci ♂ aper. aa. ℈ß.
M. D. in 2. partes. S.
Dämpffende Pulver.

Usurpetur dicto modo.

Nam & ♂ialia in præparandis subjectis hypochondriacis, hystericis & melancholicis, suum locum merentur, ubi ♂ialia digestiva præmittenda sunt; hinc ℞. ⊕i ♂is Zvvelfferi & liquor ♂is ☉ris egregia sunt: item utrisque impedimentis satisfacit hæc formula:

℞. lapill. 69. præp. velmatr. perl. præp. ʒß.
arcani dupl. ℈j
♁is absynth. ℈ß.

M. D. in duas partes, & usurpentur, uti dictum.

℞ *Cinnamomi)* ℞a destillata ob sui fervorem & imminentem siticulositatem à purgantibus abesse docet. Interim quoque duobus in casibus iis rectè adjiciuntur; Nempe

1. Quando æger admodum cruciatur flatibus, ubi ℞ carminantia ad gutt ij vel iij, adjicienda sunt purgantibus.
2. Quando purgantia sunt admodum resinosa, quo in casu etiam terendo iisdem aliquid ℞ destillati immiscendum est, quo sic dissolvatur resina laxativa & dilatetur; sic enim dilatata purgantia uberius longè & absque torminum molestia evacuabunt.

Supervacaneorum) Inter hæc sunt compositiones vulgares, quarum tantùm, quia omnes ferè coincidunt, 10. vel 20. sufficere possunt; hinc & agaricus non trochiscatus cum ♈, addito pauco Zingibere, in extractum redigi potest; non secus ac quoque Extractum colocynthidis sine prævia trochiscorum formatione.

Digestiva illa alcalina pag. 163.) Digestiva hîc rejicit *AUTOR*, sed cum respectu: sc. digestiva alcalina ♃ea in debita proportione purgantibus adjecta suam laudem merentur; ast non improportionaliter, h. e. in excessu adjecta: v. g. ♁♀, ☉ fixum, &c. mitigant purgantia, ut hæc parum vel nihil operentur; quod idem & de ♁is, e. g. de ♀o ⊕lato, verum est. Similiter aloë per alcalina addita penitus invertitur, & vi purgandi spoliatur; adeò ergò mediocriter illa, h. e. ad gr. j. alterumvè purgantia ingredi deberent; promovent enim sic mirè hominum vim, ut & dimidiata dosis eorundem sufficiat, additis nempe cremore ♀i; ♀o ⊕lato, aut ♆ fol. ♀i, gr. vj vij ad x vel xij.

Felicius per Infusa laxativa pag. 164.) Dantur sc. subjecta, quæ non possunt laxari, præmissis licet digestivis, purgantibus, forma pilularum aut pulveris assumptis; qualia subjecta sunt hypochondriaca & melancholica: interim illa bene per Infusa sennata aut passulata moventur: Causa quidem hujus rei est acidum austerum inprimis viis prævalens, à quo non tantùm purgativa remediorum vis figitur, sed & fibrarum stomachi & intestinorum adest quasi vigor; adeò ut fortiori etiam stimulo renitantur, & minus irritari illa queant, sed saltem tormina excitentur, pauca verò vel nulla evacuatio. In tali casu dicimus blandiora humectantia & abstergentia esse optima, nempe serum lactis depuratum, lac ebutyratum Infusum sennæ cum ♁♀, pulveres dicti cum ♀ ⊕lato.

Formulæ pag. 165.) Pergit jam *AUTOR* selectum istorum purgantium explicaturus ad universam Praxin. Formulæ mille concinnari possunt, & quidem pulveres purgantes ita:

℞. pulv.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1150-0 DFG

℞. *pulv. Jalapp.* ℈iv
Magist. scamm. ℈j
℘ *nucist. expr.* ℈ß (aut *pulv. nucist.* gr. xv.)

M. F. pulv. pro 5. vel 6. dosibus.

Vel

℞. *Jalapp. pulv.* gr. xij. ad xv.
♁ii *diaphor. non edulcorat.* (quo sc. ☉i partem retineat) gr. vj, vij, viij.

Detur purgandis tertianariis. Aut.

℞. ♀ *puriss.* (vel loco hujus *crem.* ♀ vel ⊖♀ ⊕*lat*)
pulv. Jalapp. aa. ℈ß ad gr. xij.
polychrest. scamm. gr. v.

M. f. *pulv.* pro una dosi.

Atque Allegatæ formulæ sufficere possent loco *pulv. laxativi Vegetabilis* (qui constat ex aa. *cremoris* ♀ & *pulv. Jalappæ*) item loco *specierum diajalapp. Mynsychtis*, nec non loco *cerberi tricipitis* seu *pulveris Cornachini*, cujus Compositio est:

℞. *resin. scamm.* part. iij.
♁ij *diaph.* part. ij.
crem. ♀i part. j.

M. dosis hujus ℈j ad ʒß.

Tandem & loco catharctici, cujus *AUTOR* est *ZWELFFERUS in Pharm. Reg. pag.* 96. quodque coincidit cum *pulvere Cornachini.*

Pilulas pag. 166.) Ex his selectis purgantibus secundum manuductionem Autoris fiunt pilulæ: v. g.

℞. *pulv. Jalapp.*
polychrest. scamm. aa. ʒß.

c. s. q. Extracti seu Diluti aloes gummosæ cum ▽ simpl. ⊖♀i acuatâ facti, fiat Massa pilularum:

Quarum dosis à ℈ß ad ℈j & grana xxv. sufficere possunt pro multis:
aut si quis antiqua chordà obertare gestiat; tunc

℞. *pulv. Jalapp.*
Magist. Jalapp. aut *scamm.*
extract. helleb. nigr. rite parati aa. ℈j.
colocynth. cum ▽ ♀ *sat fact.* gr. xv.
M. f. M. P.

Cujus gr. xv. ad ℈j abunde sufficerent quibuslibet ægris & succis evacuandis. Nam positò, esse evacuandos varios succos, omnia habemus in hac formula; pro sero nempe Magisterium Jalappæ; pro pituita vero viscida colocynthidis;

Vel

℞. *Magist. scammon.*
Jalapp. aa. ℈j
extr. colocynth. ℈ß.

c. s. q. *diluti seu extracti aloes gummosæ* f. *MP. vel pilulæ*: quæ dosi gr. xv ad gr. xviij. abunde alvum depurgabunt.

Vel:

℞. *Extr. helleb. nigri* gr. xv. ad ℈j.
pulv. polychresti ex scamm. gr. ij.
extracti colocynth. gr. j.
c. s. q. ℘ *destillati anisi* fiant *pilulæ.*

Porrò his massis combinari quoque possent ☌ialia, ut ⊕ ☌is, Extractum ☌ c. succo pomor. pro hypochondriacis; Castorina, ut Extractum castorei pro hystericis; ♀ ⊕latus pro aliis; non secus ac ☿ialia pro ♀eis: v. g.

℞. *MP. cathol. supradict.* gr. xij ad xv.
☿ *dulc.* gr. xv.
extract. colocynth. gr. j.

M. f. *pilulæ* in gonorrhæa virulenta.

Vel similiter pro hypochondriacis:

℞. MP. ejusdem gr. xij.
Gumm. ✱*ci in acet. solut.* ℈ß ad gr. xiij vel xv.

M. f. *pilulæ antihypochondriacæ.*

Morsulos pag. 169.) Confectio citri est elegans: vid. *ZWELFFERUS*: sed mulieres, quia ut plurimum anisata ferre nequeunt; propterea loco Confectionis anisi tales præscribere possumus morsulos:

℞. *Magist. Jalapp.* vel *scamm.* ʒß.

Permisce probe cum *cort. citri recent.* in mortario ad pulpæ consistentiam *contusis* ad ʒj. essent.

adde

Es. Citri saccharin (cujus descriptionem habet *ZWELFFERUS in Pharm. Reg.*) ʒij.

Subige probè cum *amygdalis dulcibus excort.* (ut resina dissolvatur) & cum *saccharo albissimi* s. q. *succo citri soluti* ʒiij, redige in *morsulos*;

Vel

℞. *Mag. scammon.* ʒiij.

Subige probè cum *amygdalis dulcibus excorticatis & incis.* hinc cum *saccharo in succo citri solut.* ʒiv. redige in *morsulos*: quibus asperge & *sum succum corticum citri* abundè; ita hi morsuli dosi ʒiij ad ʒß laxabunt ægrum abundè.

Vel denique ad imitationem morsuli dia ♀i:

℞. *pulv. Jalapp.*
crem. ♀i aa. ʒiij.
mag. scamm. ʒj.
Cum *sacch. albi in* ▽ *rosar. soluti* ʒiv l. ℥vj.
fiant *morsuli*,
irrorandi perfecte ℘ *so succo cort. citri.*
Dosis ʒiij ad ʒß.

Electuarium aut bolum pag. 170.) Sic *bolus purgans* esse potest. v. g.

℞. *Conserv. rosar.* ʒj
pulv. Jalapp. gr. xv.
polychrest. ex scamm. gr. iij.
c. s. q. *Syrupo rosar.* f. *Bolus.*

D. S.

Purgier-Zucker auff einmahl.

Sic si placuerit cuipiam *Electuarium*;

℞. *Conserv. fl. tunic.*
rosar. aa. ʒj
pulv. hepat. rubei ʒij.
Jalapp. ʒj.
scammon. polychr.
macis aa. ℈j.
caryoph.
cinnamom. aa. ℈ß.
c. s. q. *Syrup. rosar.* F. Elect. 5, vel 6. aut 7. dosibus, S.

Purgier Lattwerge auff etliche mahl.

Ejusmodi ergo bolo vel Electuario instructi commode aliis omnibus harum compositionum carere possumus.

Passulis laxativis siccis pag. 171.) Has quidem rejicit *AUTOR noster* cum humidis. Interim tales passulæ laxativæ adhuc in usu sunt pro delicatioribus & hypochondriacis: Sic enim

℞. *passul. minor.* qv. pl.

easque, donec tumescant, coque: quo factô

℞. *scamm. in vino albo soluti & exsiccati* ℈j vel ʒß

hocque passular. tumefactarum dum adhuc calent, ʒj aspergè, hinc mistas radiis ☉tibus exsicca; ita purgabunt eædem pro 2. vel 3. dosibus, ubi & scammonio addi poterit ♀ ⊕latus, aut ☿ ⊕latum digestivi loco.

Vel etiam

℞ *Vinum blanda infusione sennæ impregnatum*: hocque filtratum ferveatur cum *scammonio*, ut lactescat mistura, infundenda passulis; quô factô hæ reponantur in locum calidum, ut blandissimè ebulliant: Sic enim intumescunt & impregnantur vi purgante, dein exsiccentur in ☉e, & supra dictô modô propinentur.

Vel denique:

passulis ad tumescentiam ebullitis, & adhuc dùm calidis, inspergatur modo allegatus liquor lacteus ex scammonii tritura natus, hinc ad ☉em exsiccando, & repetendo hoc toties quoties placuerit.

Pulpa tamarindorum purgans pag. 177.) Prostat in officinis pulpa tamarindorum saccharo condita, ut asservari possit. Sed melius est, si loco sacchari pulpa tamarindorum cum succo passularum addito inspissetur, & ita ad tempus asservetur. Blandè laxat, seu potius saltem alvum apertam conservat; v. g. in scorbuto:

℞. *pulp. tamarind.* ʒj.

Dissolve in f. q. *seri lactis*:

Colatura D. S.

Carter Tränckleín.

Item in forma Boli:

℞. *pulp. tamarind.* ʒij.
pulv. rhab. ℈j.
scamm. præpar. gr. iij.

M. f. *Bolus* D. S.

Carter-Latwerge oder Zucker auff einmahl.

Liquor) Si liquida purgandi forma expetatur, tunc

℞. *Magist. Jalapp.*
scammon. aa. gr. v. vel vj.

Dissolve hæc in f. q. v. g. ♈ ʒiij,

Hinc adde solutioni

Syr. papav. errat. ʒj.

M. f. *Potiuncula* grata pro una dosi.

Vel, qui modus elegantior:

℞. *Cort. citr.* ʒß.
pulv. Jalapp. ʒj.

Infunde in f. q. v. g. ℥viij. ♈;

Stent in loco tepido ad extractionem Ræ aureæ; hinc filtratus detur pro dosi ℥ij vel iij pro conditione sc. ægri.

Huc pertinent & *Emulsiones cum vitello ovi*, aut semine melonum, amygdalis dulcibus, &c. ex resinis aut magisteriis purgantium confectæ.

Jalapii solutivi pag. 174.) v. g.

℞. ♈ *rosar.* ʒj.
Ess. ribium vel *berber. saccharat.* (h. e. succorum horum depuratorum saccharoque impregnator) ʒiij.
pulv. Jalapp. ℈j

M. pro 1. dosi.

Sola quoque senna pag. 175.) Infusa liquida ex senna parandi modus est talis:

℞. *HB. cochlear. incis.* mß ad mj.
fol. senn. s. st. ʒvj.
Ci fixat. cum carbon. vel ⊖♀ ℈j ad gr. xxv.

Infunde in f. q. *vini albi vel rubri* (sic hujus acidum concurrendo cum ⊖e fixo abit in concretum ♃æ foliatæ simile, corrigens sennæ) stent in loco tepido per ☾: manè

℞. *colat.* ℔ß. adj ℥viij.
♈ Cinam. ʒvj ad ℥j.

M. pro duabus vel tribus dosibus.

Potest etiam loco vini simplicis sumi vinum absynthiacum vel carduibenedicti.

Generalibus dosium designationibus pag. 176.) Has sc. doses purgantium *AUTOR* cum cautela administrandas vult. Nempe cum purgantia indiscriminatim operentur, i. e. tàm sanos quàm ægros eodem modo aut impetu afficiant (de quo conferatur *KNÖFFELIUS* M. M. febr. epidem.) hinc fit, ut purgantia non simpliciter humores noxios evacuent, sed aliqualis in iis latet impostura, h. e. ut utiles & nutritivos humores simul eliminent; adeoque si æger purgandus sit, non plures eidem procuramus secessus, quàm 4. aut 5. aut 6.; quod autem superest, inutile est. Ex his infero: inter purgantia, qua purgantia, omnem selectum esse supervacaneum, ita ut non confugiendum sit ad melanagoga, phlegmagoga, &c. quandoquidem promiscuè purgant; adeoque quodlibet suprà dictorum tutò assumi potest. Interim tamen quotidiana Praxis varietatem expurgationis monstrat, propter quam omninò distinctio facienda in legitima purgationis administratione: idque duplici ex causa, tàm propter purgantium remediorum, quàm expurgandi subjecti varietatem, ejusdemque varias proprietates. Ac quidem in remedio purgante, præter vim laxativam & evacuativam, simul respiciendæ sunt ejusdem variæ proprietates alterantes, h. e. evacuandorum humorum noxiæ qualitates (nam omnia Vegetabilia purgantia, quoad venenum purgans, coincidunt) hinc siquidem helleborus niger & ejus Extractum hypochondriacis, melancholicis, &c. speciatim convenit, non quidem, quod contrarium humorem melancholicum evacuet, sed potiùs acidum peccans correctum exturbet. Pari ratione colocynthis propter suam acrimoniam insignem colliquantem & resolventem cruditatibus viscidis eliminandis dicata est; sicut contrà Jalappa iis, qui sunt succorum mobilium, conducit, & rhabarbarum magis illis, qui aliquali viscerum atonia laborant; confert, præscindendo; non quod hæc speciatim bilem evacuet. Atque hæc & similia si considerentur, etiam inter ista pauca hactenus recensita purgantia selectum instituere facilè erit.

Ratione verò subjecti expurgandi notandum est.

1. *An illud sit facilioris vel difficilioris solutionis?*
2. *An id junctum aliis simul affectibus etiam sit obnoxium; quis vel irritantur, vel plus minus adhibitis purgantibus exasperantur?*

Quoad *prius* sanè experientia constat, quædam subjecta faciliùs, quædam difficiliùs, laxari & purgari; Ubi *Ratio diversitatis ex triplici causa* deducenda: Quarum *Prima* est acidum stomachi esurinum plus minus validum;

quo

quia enim acidius vel vegetius illud extiterit, eò magis custabit & alterabit purgantia, & vim eorum medicamentosam in alimentosam convertet: *Secunda causa* consistit in eo, quod succi corporis nostri nunc magis nunc minus fluxiles & resolubiles, & quasi liquabiles sint, fermentumque stomachi plus minus eosdem coagulet, hincque & plus minus evacuentur: *Tertia* est nervosarum partium in primis viis major vel minor sensibilitas & irritabilitas, h. e. prout hujus vel illius subjecti stomachus & intestina crassioris vel tenerioris sunt texturæ; eatenus & vel faciliùs vel difficilius, copiosius aut parcius, laxari solent.

Quoad *posterius*: sanè probè advertendum est; an subjectum patiens etiam aliis morbis sit obnoxium? h. e. an purgandus homo mas ad colicam, aut fæmina ad hystericam sit disposita passionem? quod si sit, purgantium administratione facilè exasperari vel resuscitari pathemata illa poterunt.

Cæterùm ratio diversitatis subjectorum purgandorum petenda quoque est remotè ex rebus 6. nonnaturalibus, quæ prout variant ratione diætæ, climatis, aëris, & diversam illis idiosyncrasiam imprimendo, eadem alterant.

TITULUS IV.

DE

LAXANTIBUS.

L*Axantia pag.* 179.) Hæc sunt, quæ non propriè sic dictæ catharsi conducunt, sed blande laxare solent, quorumque vis ultra primas vias non extenditur. Talia sunt v. g.

℞. ♀ ☉ *lati* vel *Crem.* ♀ ℥ß.
pulv. polychr. scammon. gr. iij.

Mista propinentur ægro pro scopo laxandi, non autem purgandi.

Cæterùm studiose addimus purgantibus sub mineratione doseos laxantia ♀ea, pro meliore abstersione & vellicatione intestinorum.

Aloën selectam) Hic extollit *AUTOR* pilulas aloëticas cum ▽ simplici; ♃♀i acuata extractas, quorum granum in 4 pilulas formetur, hincque harum ʒ. 7. 9 12. pro dosi exhibendæ. Ubi notamus: in morbis chronicis subinde contingere, ut, dum propter conditiones subjectorum patientium radices illorum evelli non possint, iidemque morbi ordinariò ex cruditate stomachi acida originem ducant, tunc à posteriori saltem majora eorundem incrementa præcavere debeamus. Atque pro hoc scopo remedia laxativa, seu primas vias evacuantia, egregia sunt, quæ sub forma *pilularum domesticarum* capiuntur: quales sunt *aloeticæ*, *Francofurtenses*, *Glassianæ*, *&c.* quorum usus est, relictas à cruditatibus acidis sordes, à quibus foveri solent morborum chronicorum radices, evacuare, sicque progressum morbi præcavere. Unde in malo hypochondriaco confirmato, omnibus 8 vel 14. diebus pilulæ Glassianæ; sicuti in scorbuto confirmato pilulæ Francofurtenses singulo 14. dierum spatio vel & menstruo, capi poterunt.

Elixyrio proprietatis non acidulato) acidus enim sapor ∾ ♃is castrat aloën; hinc loco ejus Elixyr proprietatis sine acido cum alcali paratum prostat.

Brevi ante cœnam pag. 180.) Modus utendi laxativis est, ut assumantur eadem vesperi horâ j. vel alterâ ante cœnam, subsequente mane desuper capiendo essentias vel Ras appropriatas. Sic hypochondriacus confirmatus pro scopo laxandi assumere potest vesperi laxantes pilulas Francof. no. 15. aut Glassianas no. x; altero verò manè post Ram ♂is cum succo pomorum; qua ratione corrigitur substantia per pilulas evacuanda: sicut similiter mulier hysterica, quæ assumit pilulas aloëticas, alterô mane assumere potest Essentiam castorei vel myrrhæ. Mane autem non assumuntur allegata laxativa; quia tunc temporis alterantur maximè, & nihil operantur ob fermenti activitatem; quin potius deglutiuntur, ut dixi, ante cœnam, qua sequente stimulus jam intestinis impressus est promovendi eorum contenta; purgantia verò propriè sic dicta non ante cœnam sunt sumenda.

Angelicis) Id est, Francofurtensibus. Dicta laxantia possunt acui vel cum tantillo scammonii vel Jalappæ, & specificari per castoreum pro mulieribus, & ♂ialia pro viris hypochondriacis. Hujusmodi pilulæ erunt instar omnium, ut adeò non opus sit pilulis Francofurtensibus. Descriptionem harum videbitis in *HORSTII Dispensatorio.* Sunt autem pilulæ genuinæ nil aliud, quàm aloë infusa Vegetabilium succis, filtrata & inspissata: Extracto huic aloës gummoso certa portio Extracti gemmarum sambuci additur:

Sic *pilulæ allegatæ aloeticæ Autoris* loco pilularum ex ammoniaco & ♀o adhiberi possunt, utut etiam harum postremæ non inelegantes sint, in illis præsertim subjectis, qui facilis sunt solutionis, & qui morbis chronicis laborant; præsertim, ubi cum Extracto colocynthidos vel scammonii acuari possunt.

Aloe rosata) Sunt acuandæ cum uno vel altero grano resinæ Jalappæ vel scammonii; sunt enim langvidiores.

Aloephangmis pag. 181.) Pilulæ aloëphanginæ sunt aromaticæ potiùs, adeoque non laxant, sed magis stomachum roborant, quàm purgant: acuendæ ergò pro laxatione nunc cum scammonio, nunc cum trochiscis alhandal.

Etiam scyllæ) Intelliguntur hic pilulæ Glassianæ, quæ constant ex aloë extracta atque à resina sua soluta: cui sub extractione parum scyllæ, nec non de aro aliquid adjici solet, quò nempe scylla, stimulando intestina, aloes virtutem excitet: Vid. *HORSTIUS l. c.*

Carduibenedicti) Sunt qui loco Glassianarum sequentes extollunt in morbis chronicis:

℞. *Extract card. bened.*
gumm. amm. aa. ℥ij.
mastich.
succin. alb. aa. ℥j.
aloes succotr. ℥ß.

Pulverisata omnia infundantur ollæ, quæ Mensuram j. ▽e contineat: hinc blandissimo △e subinde agitando, ut ad debitam consistentiam fiat inspissatio, & ex hac massa *pilulæ* formari possint.

Interim horum loco sufficere possunt pilulæ aloeticæ nostræ superiùs datæ.

Pesti-

Pestilentialibus pag. 182.) Sufficiunt autem loco pilularum pestilentiarium ex aloës part. ij, myrrhæ & croci part. j. Duplices sunt: vel *Avicennæ*, vel *Ruffi*; quarum has describit *ZWELFFERUS in Pharm. Regia. Avicennæ* sunt *elixyr proprietatis siccum*; & usurpantur pro puerperis laxandis à partu, dum alvi sunt contumacioris, dum simul lochia promovent: dantur à gr. x. ad xij. paulò post a partu. Quod si tamen myrrha, crocus, & ana mithridatii addatur; oriuntur *pilulæ Emanuelis.* Simplex aloë potest substitui.

Dilutum aloëticum pag. 183.) Blandum in forma liquida laxans esto:

℞. *Extract: Aloes modò suprà dictò parati* gr. vj ad ʒß.
⊖ ♀ *alcalisati* vel ♨ *æ foliatæ* ♃i vel ⊖is essentialis ♃i gr. ij.

Dissolve in f. q. ▽ absynth. ad ʒij, pro hausta laxativo aloëtico, & potest esse loco Elixyr proprietatis purgantis, cum & sine rhabarbaro parati.

Esse potest loco apozematum laxantium in forma liquida.

Infusum sennæ pag. 184.) Loco cujus etiam

℞. ▽ *flor. acac.* vel *rosar.* à ʒiij.
Syrup. vel *essent. saccharata rubi id.* ʒiß.
pulv. polychr. scammon. gr. v.

M. f. potio blandè laxans pro una dosi.

Vel

℞. ▽ *flor. acac.* ʒiij
⊖ ♀ *essent.* ℈j
Jalapp. gr. iv.

M. pro potione pro una dosi.

quæ repetita si placet, præferenda omnibus Decoctis purgantibus.

Cassiæ floribus pag. 185.) Hanc in flores extractam excludit *AVTOR noster*, & sane parum illa valet. Facit tormina & flatus; colicam & stranguriam, observante *FALLOPIO* in dispositis: ob id non in usu interno est, nisi quod clysteribus nonnunquam addatur ad ʒiij pro laxanda alvo.

Tamarindis) Tamarindi sunt pulpa acidula suaviter laxans. Horum Decoctum imprimis in usu est, vel solitarium, vel cum passulis pro corpore Juleporum usurpandum. In febribus ardentibus prosunt, in specie si alvus fuerit obstructa, in quo casu Julepi ex Decocto Tamarindorum cum passulis sunt suaves simul & alvum laxant; utut in majore dosi assumendi sint Tamarindi, cum langvidi existant. Vis eorundem in ⊖e essentiali ♃i consistit, cujus ratione sunt laxativum. Testante enim *ANGELO SALA*, concrescunt in ⊖ essentiale ♃eum, & cum sero lactis dant egregium laxativum: Vid. *BARTHOLINUS cent. V. Histor. 22.* Horum loco sufficere potest ♀ vini communis. Similiter, cùm mos quorundam sit, ut cum succo vel decocto ex tamarindis prodeunte solvant ♂ & corallia pro Magisteriis inde conficiendis: vid. *ROLFINCCIUS*; hinc puto, nec nos hoc quidem succô acidô tamarindorum indigere, cùm præsertim alia æquipollentia prostent.

Mannam) Manna vid. in *SCHROEDERO.* Non adeò in Praxi nostra utilis est, nisi pro infantibus ad ʒii vel iij pulvi admista laxandi scopo. Cæterùm origo mannæ est ex resina arborum (præsertim orno & fraxino) seu gummeâ substantiâ impregnata cum rore nocturno. Aliàs de hac videatur *BARTHOLINVS Cent. i. Epist.* 54. Unde, quia manna simul participat de rore majali, & in hoc sit ⊖ ♨reum ☾osum, propterea manna in laboribus chymicis non contemnenda est (utut illa nec mel superet: Nam & hoc prodit ex succis florum cum rore permistis, & apibus collectis) in ∽um destillata. Aliàs ex manna & rore majali; intercedente nunc putrefactione, nunc substantiæ resinosæ per ▽ ex mannæ separatione, nunc denique cum rore majali digestione ∽ polychrestus pro solvendis metallis elicitur; & vocant ♀ *mannæ.* Spiritus autem ex manna & sero lactis est frustraneus, potiùs manna in alembico est suspendenda; ita vapore ▽æ in cucurbita ex ∴ dissolvenda; dat liquorem suavem, ad aliquot uncias blandissimè evacuantem.

⊖e essentiali saccharino) Sal hoc ex Syrupo quasi mannæ confectum, si in copia habeatur; egregium est pro scopo alterandi & *laxandi.*

Cum sero lactis pag. 187.) Serum lactis ob nitrosum ⊖ volatile abstergit, laxat, compescit quoque phlogoses hypochondriacas & scorbuticas: Cum succo citri commodissimè à concremento caseoso liberatur, v. g.

℞. *HB. recent. fumar.*
cochlear.
nasturt. aa. man. j.

Infunde in f. q. *seri lactis*: stent per noctem in loco tepido, mane haustulum unum sumendo; sic habent serum medicatum.

Hydromel simplex) Hydromel simplex & ♃satum ob flatulentiam rejiciendum est: ♀ non nisi in fervido liquore dissolvitur, & qui aliàs dissolutus, refrigescente liquore latera vasis petit.

De Terebinthina pag. 189.) Quidam volunt ex hac substantiam laxativam secernere, & rectè; Parantur quippe ex hac integra cum succino vel rhabarbaro pilulæ &c. pro usu nephritico; nunc vero ex illa sola, blanda volatilium evaporatione, in nephritide pariter non contemnenda; utut aliàs parum laxent.

Infantes) Infantes hactenus dulcibus & saccharinis fuisse purgatos, dicit *AVTOR*: ubi tamen meritò desiderat, quod dulcor ille saccharinus subinde sit noxius, & facilè (cum dulcia omnia sint fermentescibilia) in amarorem aut acorem præternaturalem facessere queat, simulac eadem in stomacho acescunt, & sapore hoc præternaturali lac corrumpitur, & hinc epileptici insultus superveniunt: ex adverso verò, dum non acescunt, sed in loco calido humido sub involucro lactis hærent, ad nidorosam cruditatem ruunt, & putrescendo ad diarrhœas & paroxysmos febriles infantes disponunt. Sic & intuitu infantium purgandorum inter infantes distinctio facienda, inter ablactatos scilicet, & adhuc lactantes: quorum recens nati si scatent adhuc meconio in intestinis, & lacte caseoso in ventriculo, hæc recrementa maturè avertuncare debent; Secus enim mille nocumenta infantulo imminent. Atque pro scopo hoc propinant nonnulli ℞ amygdalarum recenter expressum, quod propinatum sordes dictas, partim *infra*, par-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1154-3 DFG

partim supra ; evacuare solet : sic & præter *HEURNII* evporiston , dum dat recens natis pulverem seminis anisi ad ℈j , & iris Florentina pulverisata ad aliquot grana vomitum facit. Præter hæc tamen omnia *noster AUTOR* commendat pulverem sequentem:

℞. *C.C.s.* △ gr. xij
pulv. jalapp. gr.iij vel v.
℘ *anisi* gutt. jv.

M. pro 3.& 4.dosibus ratione ætatis, ita, ut infanti unius vel duarum septimanarum sufficiat pro 3. dosibus; sicuti mihi in usu est, quando infantes torminibus afflicti sunt:

℞. *lapill.* ♋ *præpar.* ℈j.
crystall. præp. ℈ß.
⊖*is volat.* CC. gr.jv. ad vj.
pulv. jalappæ gr. iij.
℘ *destillati anisi* gtt. jv.
M.D. infantibus pro 3. vel 4. dosibus.

Sin autem saltem mucus viscidus & caseosus lactis sine insigniore stimulo incidendus, sufficiunt ⊖ia fixa loco purgantium, v.g.

℞. *lap.* ♋ *præp.* ʒß
⊖ℯ *absinth.* gr.vj vel jx.
M. pro 2. vel 3. dosibus.

Horum beneficio mucus abstergitur , & acidum torminosum optimè corrigitur.

Insuper præter hæc *AUTOR noster* dimidiam vel unicam pilulam aloëticam pro tenellis purgandis laudat : ubi tamen vereor, ne illi advertentes amarorem aloës, pilulam hanc nauseant; quod sit amen citra nauseam accipi queat , propinari potest. Tandem nec dulcia suprà dicta lactantibus infantibus, penitus exulent , saltemque pro nocumentis præcavendis addantur lapilli ♋rum ; hæc enim ratione nullum ex iis periculum imminet. Hinc & pro tenellis laxandis ordinari solet syrupus de spina cervina (isque solus, vel cum syrupi rosarum solutivi mixtus ana part. æqualibus) ad ℥j cum lapill. ♋ præpar. ʒß ad ℥j ; & sic successivè propinetur infanti recens nato, utut adhuc teneriori. Hæc enim sufficiunt pro purgandis infantibus. Hisce si viscidior mucus incidendus subsit, additur optimè syrupus de nicotiana, ceu egregius in viscido incidendo, & vomitum tenellis proficuum, provocando. Denique & pro rei exigentia dictis convenit syrupus ♃ialis combinatus , quem optimè ferunt tenelli, & ex voto purgantur , ita quippe , ut non opus habeamus rotulis, morsulis & conditis saccharatis. Plura *videb. in valetudinario infantili* sub hoc titulo.

Major pusionibus dosis p.192.) Mirum est tenellos adhuc lactantes respectivè purgantia fortiora ferre posse. *WEDELIUS* hanc dat rationem *in opiologia pag.*38. quia stomachus & intestina eorum lacte & pulte continuò incrustata quasi sint, & hujus respectu generosa illis non noceant : in ablactatis verò ob eorum voracitatem generatur utplurimum mucus viscidus acidus, hinc primariò respiciendum ad sordes has, ubi ad has ejiciendas nil melius pulvere jalappæ cum cremoris ♈i ãã , vel ♃ dulcis ; habitâ semper ratione ætatis & seriei annorum , v.g. ut annorum seriem nonnihil excedat numerus granorum jalappæ. Si ergo, v.g. infans 4. annorum purgandus:

℞. *pulv. jalapp.*
crem. ♈i ãã gr. jv vel v.
M. Detur in vehiculo calido.

Similiter pro puero 6. annorum:

℞. *pulv. jalapp.*
crem. ♈i ãã gr.vj vij ad viij vel x.
Misc. pro dosi.

♃ium tamen dulcem præfero ; incidit enim hic potenter viscidum & evacuat, simulque lumbricis resistit , horumque nidos exturbat , & variolas & morbillos præcavere, eorumque fomitem corrigere dicitur. Datur v.g. dosi granorum cum serie annorum respondente : si puellæ annorum duorum dantur gr. ij ejus , robustiori gr. iij vel jv vel v à 4. annis : vegetioribus additur gran. j. jalappæ pro stimulo. Hac ratione utplurimum suprà & infrà purgatio succedit. Sic pro 3. annorum puero:

℞. ♃ *dulc.* gr. iij
sacch. albiss. totidem.

In vehiculo liquido ex cochleari ligneo detur. Hoc modo sæpe miror ♃ij effectum. Item in initio optimè confert ad præcavendas variolas. Similiter pro 5. annorum infante:

℞. ♃ *dulc.* gr. jv ad v.
(si robustior, additur pulver. jalappæ gr. j.)
conserva rosar. parùm.
M. f. *Bolus* S.
Purgierzucker auff 1. mahl.

Hoc modo sæpe miratus sum ♃ii effectum, cujus intuitu semper dedi eundem in principio variolarum, ceu laxans optimum ; quia in hoc optimum corrigens variolarum consistit.

Prægnantes) Prægnantes non sunt purgandæ :

1. Nefœtus ex usu purgantis vim laxativam experiatur : etenim quemadmodum nutrices purgatæ , si brevi post tenellæ mammam præbeant, hunc quoque laxari faciunt ; pari ratione fœtus à gravidis purgatis commovebuntur.
2. Ne purgantium acrimoniâ concitentur nimis intestina, & ob spasmodicam contractionem uteri abortus fiat : ut taceam, quod cum omnia purgantia sint virulenta , eadem fœtui quoque sint nocentissima.

Potiùs ergò ♋antia & anodyna prægnantibus propinentur , & illa quidem propter succos ex retentis mensibus in primis viis præter naturam effervescentes , hincque ad diarrhœam & tormina concitanda pronos. Cæterùm admissis anodynis vitentur narcotica, ceu fœtui inimicissima , & ad abortum disponentia ; contrà hysterica , seu vi carminativâ prædita aromatica , utilissima sunt prægnantibus. Sin verò purgandæ sint , tunc medicamenta sint temperata , præsertim in delicatioribus , adeoque jalappa cum cremore ♈i, item Infusa sennata sufficiunt ; item pilulæ aloëticæ; Dulcia verò & scammoniata propter virulentiam vitanda, item cassia ; quæ verò non purgandæ, illis danda incidentia & præcipitantia.

*Puerperis pag.*193.) Pro puerperis sufficiunt pilulæ pestilentiales Ruffi , vel elixyr proprietatis cum rhabarbaro.

Clysteres) *AUTOR* hos facit duplices : emollientes & anodynas : nos addimus tertiam speciem, nempe pro scopo intestina fortius stimulandi ; atque ob hos tres scopos præscribuntur : non raro etiam clysmata vulneraria & consolidantia, propter excoriata intestina, nec non in dysenteria præscri-

buntur; itemque clysmata carminantia in flatuum impetu ordinantur.

Cæterùm pro scopo emolliendi possunt clysmata fieri ex *Decocto malvæ* in ▽ simplici facto; addendo

Decocti ℥viij vel jx
Mellis colati ℥iß vel ℥ij
Hæc mista dentur pro *clystere*.
Vel
℞. ♁ *olivar.* vel, quod melius est, ♁ *lini* aut *rapar.* ad ℥vj, ℥vij, ℥viij, l. ℥jx.

Infundantur pro clysmate emolliente & suaviter alvum subducente: cui, si stimulus placeat, addatur nonnil de ♁ *colocynthidis Quercetani.*

Sic parabilius adhuc fit ex ▽ *tepidæ* ℔j
⊖*is comm.* ℥ß.
Misc. pro clysmate.

Quod copiosè evacuare solet.

Præterea quoque serum lactis non incommodè cum melle combinari, & ita ceu *clysma emolliens* applicari poterit.

Pro *clysmate anodyno* seu dolores sedante sufficit instar omnium lac cum saccharo ingrediente applicandum, quale dolores sistet & alvum laxabit; vel

℞. *lact.* in quo *flores chamom.* sunt *decocti* ℥viij. l. jx.
adde
sacchari l. *mellis* ℥j ad ℥ij. M.
& usurpetur pro clysmate.

Præ cæteris tamen inter *clysmata* anodyna excellunt *terebinthinata*, seu cum terebinthina, in vitello ovi dissoluta, impregnata; & speciatim prosunt talia in doloribus abdominis convulsivis, sive ex nephritide, sive ex scorbuto, sive ex passione hysterica natis. Omnibus his in casibus clysmata terebinthinata sunt convenientissima, v. g.

℞. *decoct. flor. sambuc.* ℥viij
adde
terebinth. in vitello ovi solut. ℥ij l. ℥iij ad ℥ß.
mellis colat. ℥vj
M. pro *clysmate.*

Sic terebinthina etiam hoc modo dissoluta cum lacte loco clysmatis injici potest. Tandem & *clysmata* simpliciora *pro scopo anodyno ex syrup. papav.* ℥j vel *opii* ℈ß ad ℈j in liquore aliquo ▽eo dissoluti, aut *theriacæ* ℥ij ad ℥iij, parari possunt.

Porrò loco clysmatum acriorum & stimulantium, qualia in usu sunt pro scopo revellendi, h.e. impetum suctorum, caput pectusque occupantium, pro stimulo revocandi, duo concreta seu bases sufficiunt; nempe colocynthis, cui pro stimulo radix pyrethri addatur; & ♃, & ex hoc paratæ ▽æ benedictæ & syrupi, similiaque alia, v.g.

℞. *bacc. juniper.* ℥j
rad. pyrethr. ℥ij vel ℥iij
pulpæ colocynth. in pet. ligatæ ℥j
⊖ ♀ l. *cineris clavell.* ℥iß.
Coqu. in ▽ *simpl.* q. s. Colaturæ ℥viij add.
mel despumati ℥vj. M.

Vel:

℞. *spec. emollient.* ℥j
rad. pyrethr. ℥ß
pulp. colocynth. ℥j
⊖ *ciner. clavell.* ℥ij
Coque in ▽ colaturæ ℥x ad ℔j adde
mellis parum, applica pro clysmate, unâ vel 2bus vicibus.

Sic ex ♃ialibus parantur ita clysmata:

℞. *Decoct. fl. cham.* ℔ß.
croci metall. ℥ß. *infusi in vini bene colati* ℥j ad ℥iij (*RIVERIUS* dat & ad ℥jv.)
mellis ℥vj ad ℥j.
M. pro *clysmate.*

Quæ clysmata ♃ialia fortissimè stimulant.

Vel:

℞. *Decoct. emollient.* ℥v.
syrup. emet. Ang. Sal. ℥vj ad ℥j.
elect. lenitiv. ℥j. M.

Vel, qui modus optimus est, ex scoriis reguli ♃ii paretur:

℞. *Spec. emollient. usit.* M ij
scoriar. reg. ♃ii ℥ß ad ℥vj.
Coqu. in s. q. ▽.
colaturæ ℥x adde
mellis ℥j. M.

Hisce, tanquam parabiliora, & pluribus scopis inservientia, addere placet clysmata ex ⊡ humana, sive fiant sine, sive cum melle; e.g.

℞. *Decoct. emollient.* ℥vj
⊡ *hum.* ℥iij
mellis ℥j. M.
Vel:
℞. *baccar. laur.* ℥jß.
Coque in s. q. ⊡ *pueri:*
colatur. ℥viij adde
mellis ℥j.
M. pro *clysmate.*

Suppositoria p. 195.) Fiunt vel domestica ex lardo, eaque duplici ratione: nunc pro scopo stimulandi ex lardo solido vulgari; nunc pro scopo eliciendi ascarides erucæformes; maceratur in ▽ tepida, ut eliciatur ⊖ fedo, & hinc formatur & applicatur suppositorium; quod convenit ad ascarides seu vermes intestinum rectum infestantes; ita enim adoriuntur hoc, ut deinde facilè extrahi queant. Item ex sapone Veneto satis acria suppositoria fiunt; sicuti in officinis ordinariò ex melle ad consistentiam aliqualem inspissato, cui additur pulvis acriusculus pro stimulo, conficiuntur: v.g.

℞. *pulv. jalapp.* ℈j ad ℥ß
⊖ *gemm.* ℈ß.
c. s. q. *mellis inspiss.* fiat *suppositorium.*

Tandem ex alumine quoque egregia fiunt, cujus primus inventor *ANGELUS SALA*, & post hunc laudatus *SYLVIUS in Praxi l. 1. cap. 11. & 12.* est egregium, & creberrimis vicibus potest applicari.

De Arthanita p. 196.) Rejicit *AUTOR noster* unguenta externa purgantia; loco quorum Modernorum nonnulli utuntur ♁ eis expressis ex ricini nostratis & Americani semine umbilico illitis: Idem & præstat ♁ ex arillis sambuci expressum.

Odores) Saltem per accidens & indirectè quosdam purgant; hinc Medicus illis non potest inhærere.

Infusorum) Hîc *AUTOR* meminit illius Chirurgiæ Infusoriæ, quâ per venas infundi solent liquores purgantes: plura exempla desiderat, & rectè. Vid. *Transact. Anglicanæ p. 558. & 568.* ubi prostant exempla, dum essentia purgans ad ℥ij venis infusa aliquoties alvum excitavit, & quod curiosum, vomitum simul movit.

Taba-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1156-5 DFG

Tabacinus Clyster) rejicitur ab *AUTORE* interim bonum inventum est; dolores enim & tormina abdominis sistit, & alvum stimulat; ut taceam commodum, quod nobis ipsis eum applicare possimus.

TITULUS V.
DE
VOMITORIIS.

V*omitoria Vegetabilium* p.179.) *Vomitoria Vegetabilia* sunt violenta & tædiosa; ☿ialia verò tutissima & omnium optima: unde unum quoddam selectum sit ex ☿io.

Pusionibus) Mirum est, quàm facilè hi ferant vomitoria ☿ialia, & in majori dosi: sic enim habui pridiè infantem 9. mensium, cui dedi syrupi emetici concentrati ℈j ad ʒß, misti cum ▽ menthæ; evacuatus fuit sufficienter sine tædio & molestia. *Propinandi vomitoria modus* est sequens:

℞. *Syrup. emet. concentr.* ℈j ad ʒß
▽ *menth.* ʒij vel ʒiij. M.

Detur non quidem pro una vice, ut adultis; hoc enim esset potissimum: sed saltem in cochleari parum ejus, deinde alterum, & si non supervenerit operatio, tertium: Ex his, si vomuerit sufficienter, abjiciatur reliquum; si v. non, repetatur cochlear unum & alterum, donec speratus vomitus sufficiens apparuerit. Hâc ratione non nocebimus infanti, in quibus mirandum est, quod lactantes majorem dosin vomitoriorum ferre queant, quàm ablactati; idque ex eo, quod in illis semper copia lactis & pappæ in stomacho sit, obvolventis viscidítate suâ remedii stimulantis vim.

Iris Florentina pulverata) Hanc ad gr. iij vel jv à nemine, nisi ab *AUTORE nostro*, qui & id repetit p.509. pro vomitorio infantis recens nati, aut aliquot septimanarum, commendari memini; in adultis datur frustra. Non metuamus in junioribus syrupum emeticum, quem & ipse sæpiùs mox à partu propinavi.

Asarum) hujus radix inter vegetabilia famosiora vomitoria excellere creditur, datum ad ʒj in substantia: est laboriosum, & interdum non multum evacuat, nec tamen est inefficax, non secus & in infusione per folia nauseosum est remedium, ac extractum, quod habet *ZWELFERUS in Ph. Reg.* languidum est. Decoctum tandem, prout diversimodè præparatur, eatenus & ratione virtutum variat, quippe in ▽ simpl. factum vim vomitoriam exuit, annotante *HELMONTIO & ZWELFERO*, & diureticum solum evadit; in vino verò decoctum vel infusum, vel quoque ex foliis recentibus asari cum vino succus expressus assumendo ℥iij, dat quidem vomitorium egregium, ast languidum. Pari ratione *electuarium diasarii Fernelii* (*compositionem* videbitis *in Schrœdero*) ad ʒß vel vj effœtum se exhibet. Rejicienda ergo omnia ex asaro composita remedia.

Helleborus albus virulentus p.198.) Is reverà est virulentus, & validissimum vomitorium, & superat reverâ vi emeticâ ipsa ☿ialia; hinc rectè in maniacis, (quorum curandorum cardo in validis vomitoriis consistit; quique ☿ialibus non moventur, ad helleborum album accedere necesse habent) commendat *LINDANUS in Colleg. super Hartmanni Praxin.* Cæterum corrigitur his modis: nempe infusione in acetum, quo ipso acrimonia ipsius volatilis ab acido aceti transmutatur in ⊖sum, sicque mitigatur. Extractum non adhibendum, sive simplex sive compositum; nimis enim virulentum est. Sic nec ullum extractum specificum Mynsychtii emeticum est præscribendum, cùm sit violentissimum; corrigitur acrimonia hujus ⊖is volatilis aceto.

Elixirio emetico) Elixyr vegetabilium emeticum, & extractum emeticum Zwelferi, rusticis propinetur.

Esula, & utroque Ricino) Hæc omnia acerrima sunt, & vi causticâ æstum stomachi & ardorem faucium causant; hinc ea eliminamus unà cum speciebus diaesulæ, secundum Mynsychthium, item catharcticum vitæ.

Oxymel de peto simplex p. 199.) Syrupus hic non rejiciendus. Duæ enim sunt substantiæ in nicotiana:

1. Sal volatile acerrimum insigne, viscidítatum resolutivum, cujus ratione & tabacum pro apophlegmatismo inservit.
2. Ejusdem ☍ penetrantissimum, narcoticum & virulentum, in quo cum ⊖e suo volat, juncta vis consistit emetica.

Omne ⊖ volatile est expectorans, & ratione istius ⊖is volatilis tabacum singulare quid præstat in affectibus faucium & pectoris, in asthmate & orthopnœa, raucedine à muco viscido ortis, item in empyemate & pleuritide suppurata, in quibus pus evacuandum est: sic ergo inter evporista expectorantia & viscidum incidentia locum invenire debet oxymel seu syrupus de peto compositus Quercetani, qui in dictis casibus reverà singulare quid præstat. Oxymel de peto videatur descriptum in *HORSTII Dispensatorio.* Composito autem oxymelle de peto optimè carere possumus; sicut & Decocto, Infuso, & Essentia ejus, cum ▽ facta; quippe quæ omnia sunt violentissima, & cum impetu turbant.

Litus externi) *Litus externi ex nicotiana* suprà & infrà purgant, dum nempe regioni umbilicali, quod curiosum est, externè illinuntur: sic Medicastri, dum ex nicotiana minutim incisa & permista cum butyro non salito, vel pinguedine anserina, pro tinea capitis & scabie unguentum suadent, observavi ex horum usu puellas 10. vel 12. annorum insignes præcordiorum anxietates, vomitus, & copiosos secessus incidisse; non secus ac eadem regioni umbilicali illita supra & infra alvum turbant. Itaque, quanquam validissimum, tamen semivenenosum est remedium nicotiana: tam potens est, quàm nullum alium vomitorium ☿iale; unde ob hanc causam eliminatur à nostro *AUTORE.*

☍ *arillarum sambuci*) ☍ *arillarum sambuci* est nimis potens, & fit ex arillis in baccis sambuci reperibilibus expressione, ad ʒj datur.

Sambuci gemmas) Hæ acetarii forma assumptæ nauseam solùm concitant, & in majori dosi valdè movent vomitus admodum laboriosos.

Flores Sambuci) Hos ex lacte coctos, & nutrici exhibitos pro augmento lactis, induxisse novi diarrhœam & nutrici & fœtui. Cæterùm ut œnopolæ vinis saporem moschatellinum concilient, duplici utuntur mangonio: nempe vel sclaream, vel flores sambuci, immittendo vino recenti.

Lenia p. 200.) Talia sunt ▽æ sale communi impregnatæ, aut etiam cerevisia calida butyro largiter condita, quorum hæc potius vomendi conatum, quàm vomitum excitant.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1157-1 DFG

Rasura unguium) Vino infusa potentissimè vomitum movet, si per noctem steterit, manè infusum colando, & fuit evporiston *CNOEFFELII*, militibus in castris rasuræ propriorum unguium infusum propinantis: confer. *BECCHERUS in Microcosmo Med.*

Ova formicarum) Hæc recenset *AUTOR noster* inter Vomitoria, de quorum tamen effectu dubia res est. Interim & hoc certum, si eadem ad ʒj sumantur, multos flatus concitari vix coërcibiles, sed cum summo impetu prorumpentes.

Ova Barbi piscis) Hæc copiosissimè nihilominus ingesta impunè vidit *AUTOR*. Contrarium tamen à *TIMÆO* in casibus observatum fuit, ex esu ovorum barbi choleram fortem fuisse excitatam.

Stercora) Hæc inter eminet muscerda, cujus globuli 3. vel 4. infantibus propinati in lacte materno optimè eosdem laxant, nec contemnendum est hoc remedium in casu contumacioris alvi; delicati eorum 6. cum lacte subactos per linteum exprimunt, succum exhibendo.

Stercoris proprii) Triplici modo per sympathiam mediante stercore proprio purgare possumus: nempe

1. Quod optimum est, proprium stercus calidum miscent cum cerevisiæ fermentantis fæce, & etiam flore vini itidem fermentante adhuc; hinc seponunt misturam hanc in locum calidum, & dicunt: quamdiu hujus misturæ fermentatio durat, tamdiu & blandâ diarrhœâ homo, cujus stercus fermentatum, afficitur.
2. Recipitur os hominis mortui, ejusque orificium repletur stercore humano calido, & os ita repletum immittitur ▽æ calidæ, sic dicunt, quamdiu ista ▽ calida, tamdiu homo is diarrhœa corripitur.
3. Stercus alicujus calidum linteo inditum suspendunt in flumine: in quo, quamdiu illud manet, tamdiu homo ille stragula conspurcat.

TITULUS VI.
DE
PURGANTIBUS MINERALIBUS.

T*Amdiu boni viri Remedia* p.201.) Hisce notat *AUTOR noster HELMONTIUM* dicentem: quod quamdiu ♄ vomitus moveret, & ☿ in remedio vivificare queat, tamdiu non esse boni viri remedia.

Variationes) Hîc fugillat illas superfluas processuum variationes, quæ tamen ad unum remedium coincidunt: id quod in vitro & floribus antimonii parandis conspicuum, quorum origo deducta ex ignorantia nostrorum prædecessorum chymicorum, & simplicium agentium in se invicem & patientium cognitione.

*Antimonium p.*202.) Alludit hîc *AUTOR* ad facultatem Medicam Parisiensem, quæ ex 120. membris ignaris Chymiæ constans, anno 1566. publico Decreto sancivit: Infusa antimonialia in vino esse eliminanda, quia venenosa, & corpori humano exitialia forent; atque hoc Decretum à Parlamento confirmandum curavit: post integrum seculum verò, anno 1666. mutavit iterum suam sententiam: dicendo: *Vina antimonialia esse tuta:* Vid. *Ephemer. Gall.*

Selectius) Quoad selectum antimonii: duo consideranda sunt, nempe

1. eligitur *antimonium rubrum.*
2. *antimonium striatum.*

Antimonium striis notatum magis de substantia ☿ialis ♃ina participat; rubeum verò ex nigro promicans continet ♁ antimonii ignobilius & fixius, de natura ☉ri. Si ergo pro remedio ♁eo, v.g. pro croco & floribus, & ♁ibus ☉ribus, quæ omnia sunt producta ♁is antimonii, inservire debet, eligendum rubrum; sin verò ex ejusdem parte Mercuriali parandum sit remedium, e.g. diaphoreticum, regulus, bezoardicum minerale, ☿ vitæ, &c. eligatur striatum; vitetur verò pro usu Medico antimonium illud, quod sibi plumbum admixtum habet; siquidem striæ allegatæ vel ☿ialis antimonii pars ♃inæ sunt naturæ, & reverà in antimonio nativo & ejus regulo interdum aliquid ♃i reperitur; utut paucum, quod antimonio admistum adulterat remedia ex eodem parata, & vim ejusdem invertit, cujus δοκιμασία est, quod si antimonium cum ☉ detonetur, in reguli forma ♃um perfectè dimittat; contrà, si illud totum abeat in crocum, bonum, & magis ♁eum sit: Adeoque in antimonio duæ illæ allegatæ substantiæ sunt ejus partes, ex quibus solis antimonium constat, & ☿ialis a ♁e separata aliàs regulus appellari solet. Jam verò, quod ♁eam antimonii substantiam attinet, luxuriat ea in antimonio, estque ferè duplex:

1. mum enim est ♁ ♁i minerali simillimum, nisi quod ad viriditatem aliquantisper accedat.
2. dum est paulo fixius, & intimiùs nonnihil regulo suo associatum; quod rubicundum participat de natura solari.

Unde, quando ex ♁ea antimonii substantia abundante parare volumus ♁ea remedia, necesse est ea per alcalia fixa, & hinc per oleosa tractemus, quippe quæ duo optimè sufficiunt solvendis & extrahendis mineralium ♁ibus: adeoque & ♁ antimonii per alcalia fixa, & hinc per ☌ea extraverti & extrahi poterunt.

Quoad alteram ☿ii substantiam, puta ☿ialem: hæc participat de natura ♃i, utut volatilis adhuc, cùm, si fixata esset, perfectum esset plumbum, & parcior eadem reperitur respectu ♁is in antimonio, vultque præparandis his remediis per acida saltem tractari.

Porrò, cùm duæ hæ antimonii substantiæ sub naturali sua concretione invicem adeò intimè coaluerint, hinc non tàm facilè à se invicem separari possunt, quin potiùs, dum alcalia in substantiam ♁eam agunt, & simul regulum vel substantiam ☿ialem solvunt; sicut è contrà, dum acida menstrua agunt in regulum seu ☿ialem substantiam, eadem quoque solvunt & imbibunt unà cum regulo ♁a antimonii, unde ex hac ratione fit, ut subinde ex ♀e antimonii, ♀ v.g. auratum, &c. in integrum antimonium reducibile sit. Cæterùm in duabus his antimonii substantiis observare possumus duo illa mechanica naturæ instrumenta, nempe acidum & alcali: Etenim acidum residet in antimonii substantia ♀ea; alcali verò in ejusdem substantia ☿ialis: unde sicuti ♀ea antimonii substantia propter latens in recessu acidum per alcali tractari cupit; ita contrà ☿ialis per acida menstrua subigenda venit.

Quod ulterius vim antimonii emeticam attinet, hæc non præcisè consistit in ♀e, sicut nec præcisè in ☿ialis substantia, sed in ambabus junctim combinatis; cùm neutra harum sola purgare aut vomitum ciere soleat, sed utraque substantia combinata demum

demum talem texturam constituit, quæ acrimoniâ suâ linguæ quidem insensili, stomachum tamen & intestina pungere, vellicare, & ad spasmos disponere, contentorumque excretiones irritare potest. ♄ ☿ii constans ex ejusdem △e solo cum ☿ vivo combinato, nec vomitus nec secessus movet, sed saltem diaphoreticum & anodynum est, non secus ac △ illud ☿ii singulare & genuinum, quod habet *TACCHENIUS in Hippocr. Chymico p.* 182. cujus dosis, quamvis sit ℈j, nullos tamen vomitus movet, sed vi anodynâ hæmorrhagias uteri sistit. Pari ratione ☿ialis ☿ii substantia per acida fixa nec vomitus nec secessus movet, quin potius utræque substantiæ, & △ea & ☿ialis, antimonii texturam exhibent, cujus ratione secessus moventur; vis tamen catharcticoemetica magis in ☿iali, quam ♀ea substantia subsistere videtur. Atque ex his observare licet elegantem quandam purgantium analogiam, nimirum inter purgantia vegetabilia & mineralia: nempe vegetabilium purgantia constant præprimis ex resina, h.e. ♀eâ seu pingui substantiâ, sociatâ ⊖i volatili acri, ex quorum amborum mutua textura in vegetabili emergunt particulæ illæ acres laxativæ: eâdem ratione in antimonio particulæ ♀eæ, in recessu pingues & acidæ, cum ☿ialibus seu alcali volatili coëunt in substantiam fortiùs ex ea purgantem; quoniam particulæ illæ antimonii rigidiores sunt, eædemque minus à natura alterabiles, quàm vegetabiles: Interim, sicut purgantia vegetabilia, corriguntur; vel per alcalia fixa, eorum ☍ seu substantiam ♀eam liquefacientia; vel per acida, ut ⦶, ∽m ⦶i, respiciendo ejusdem ☿ialem substantiam, ut in Bezoardicis conficiendis. Cæterùm de ⊖ina substantia ne micam continet ♂, & quicquid dicunt de hoc autores, mendacia sunt & imposturæ, nisi quod additis corporibus à menstruis ⊖inis acceptum id ferendum sit, ceu à quibus antimonium facilè figuram ⊖iformem atque texturam ⊖iformem acquirere potest, utut antimonium per se ne granum quidem ⊖is possideat. Objiciat quis: atqui ex minera antimonii destillata elicitur ∽ acidus seu acetum antimoni vulgò, sed falsò à quibusdam ✝ Philosophorum dictum, sicut & ex ☿io ipso tale ✝, utut non in tanta copia, prodit! Verùm ℞ quod in omnibus mineris in fodinis adhærescat △ universale, seu △ embryonatum, quod beneficio △ separatum sub forma aceti prodit, non autem id ex antimonio ipso procedit, nisi fortè tantillum contineat ex ♀e ejus combusto, à cujus acido manifesto reddito separari potest: adeoque dictum acetum antimonii est saltem progenies ♀is, non verò illius propriè dicti ⊖is.

Crudum p. 203.) *Crudum* ♂, dicit *AUTOR*, non alterare infusa ac quoque Decocta, menstrua aquosa: Interim tamen idem à modernis non inconsultò Decoctis antivenereis admiscetur: imò, quemadmodum notum, quod cinab. antimonii specificum sit antepilepticum; ita non dubitandum, quin si habeatur ♂ selectum rubicundum, de ♀e fixiori participans, illud ipsum crudum & eâdem vi antepilepticâ quoque pollet. Cæterùm, utut crudum ♂, coalescentiâ suâ integrâ manente, nullum effectum manifestum exhibeat, tamen equis ad ʒj vel ij datum eosdem ad sudores disponit, item per secessus purgat: adeoque pro usu Medico si inservire debeat, textura ejusdem materialis reseretur necesse est, ut ita exserat virtutem suam medicamentosam; sic enim apparet, quomodo ignem si fuerit expertum, mox catharcticum & vomitorium evadat, cum sic particulæ ejus magis extravertantur, & antimonii corpus rariùs evadat propter texturam ♀eam. Imo per alcalia fixa in igne tractatum antimonium, sicque reseratum, mox vis emetico-catharctica violenter se solet exserere; non secus ac idem quoque effectus de ☿io per ⊖ ♀i, vel per ⦶, in △e tractato speratur & videtur; horum enim ⊖ium beneficio catharcticum suprà & infrà exserit. Aliàs vomitoria ex antimonio variis modis fiunt: nempe tàm acidis ∽ando id, quàm solvendo. Solvitur verò id duplici modo: vel in via sicca, quando cum ⊖ibus additis ♀ & ⦶ funditur vel liquescit in crucibulo; vel humida, quando idem per menstrua liquida, sive ∽ acidus diversimodè tracterur, ubi alcalia immediatè agunt in substantiam antimonii ♀eam, acida verò in mercurialem. His observatis *AUTOR* ex omnibus Præparatis ☿ii pro scopo vomitorio & catharctico eligit imprimis crocum metallorum.

Vitrum) Vitrum rejicit *AUTOR*, nempe fit vitrum per ♀is superabundantis exhalationem, & hinc per reguli seu mercurialis substantiæ cum ♀e adhuc restitrante mutuam colliquationem: quæ ambæ substantiæ mutuâ sui coalitione corpus tale vitriforme constituunt. Nam quando eodem △e calcinatorio abundans ♀ exhalat, restitans ♀ cum parte ☿ii arctiùs colliquescit; adeoque omnia vitra antimonii constant ex ♀e paulo fixiori, colliquato cum substantia mercuriali; inde *BASILIUS VALENTINUS* rectè ex vitro ☿ii Ram suam antepilepticam & remedium quasi universale parare solitus est, ceu ex fixo antimonii ♀e, rejecto ♀e volatili, quod anteà exhalavit. Conferatur *ZWELFERUS, SCHROEDERUS & KERCKRINGIUS Commentariis in Currum Triumphalem* ☿ii. Cæterùm parari potest vitrum tàm rubrum, quàm ex addito ana borracis △e forti colliquefactis, puniceum rubini ad instar conspicuum: de quo vid. & *KERCKRINGIUS in Commentar. dictum pag.* 141. *l. c.* Similiter etiam conficitur cum eodem borrace vitrum album, nec non viride.

Succineum) Vitrum antimonii succineum fit ita: ☿ *vitæ* (pulvis ille candidus ex butyro ☿ii cum ▽ simpl. ∽atus, & primariò de substantia ☿ii mercuriali, hinc ♀ea participans) *fusus* in crucibulo, abit in vitrum instar succini flavum.

Cuncta) Vera est *AUTORIS nostri* sententia. Non dantur in substantia, cùm & Infusa turbulenta admodum sint; potiùs loco horum cum *AUTORE* crocum metallorum substituimus.

Flores antimonii) Flores in genere in Chymia nihil sunt aliud, quàm vapor quidam & halitus fumi formâ elevatus, & qui postmodum in fuliginem concrescit, quæ in forma sicca *Flores* dicitur; & parantur ex ♀e, vel antimonio, vel ex aliis. Pari enim ratione, quando ♀ igne violento in vase clauso tractatur, flores ♀is proveniunt: pari ratione in florum ☿ii præparatione superfluum & volatilius ☿ii ♀ separatur, & in altum sub forma sicca elevatur. Cæterùm Flores ☿ii, utut primariò constent ♀e volatili, tamen nonnihil quoque de regulo seu ☿iali substantia participant; hinc enim facilè secundùm Glauberi encheireses denuò ii in genuinum ♂ reduci possunt; ac quidem præparantur hi vel ex antimonio crudo, vel ex ☿ii minera, &c. deinde præparatur vel modo vulgari, vel artificio singulari; vid. *AUTOR*. Tandem parantur iidem vel per se,

vel additione aliorum concretorum, & in specie ⊖is ✳ci; ubi tamen ubique par ratio est, semper enim simplices antimonii flores acquiruntur. Interim dubium occurrit hoc: an, quantum quantum est, totum antimonium in flores abire possit, cùm præsertim in recessu habeat △ fixius naturæ ⊙aris, sublimationi repugnans? Respond. paulò nobilius ♁ non totum in flores elevari posse, sed potiorem partem ejus ex regulo & △e fixo conflatam manere; contrà vilius ♁ facilè totum in flores facessere, qui per cucurbitam tubulatam optimè parantur, de quo modo conficiendorum florum vid. *GLAUBERUS*, & *ZWELFERUS Mantiss.* ubi docet modum parandi flores ♃i: videatur Collegium Pharmaceuticum in Schrœderum P.1. S.1. ubi de Antimonio.

Fastidiatis vel folle sollicitandis) Res ita se habet: Flores antimonii variis encheiresibus parantur: nempe nunc per cucurbitam vitream aut ☵eam, alembico cœcomunitam: nunc mediante furno, pluribus aludel sibi invicem impositis adornato; de quo vid. *GLAUBERUS*; non secus atque loco furni, folle solicitandi, iidem flores componuntur per retortam, nempe ex antimonio fuso beneficio follis extorquendo flores illos. Conf. *ZWELFERUS Mantissa spagyrica*, ubi docet parare flores ♃i, ad quem modum & flores ♁ii fiunt.

Variisq; coloribus) Triplici colorum varietate apparent flores antimonii: nempe

1. Superior in loco vasis conspiciuntur *albi*,
2. in medio *flavi*,
3. in imo *rubri*.

Ubi tamen omnes iidem flores sunt ejusdem naturæ, saltem, quo magis illi colorati, eò fixiores sunt, & de nobiliore △e participant; adeoque flavi meliores sunt albis, sicut rubri flavis.

Cum ☵e ✳co) Additur hoc præparandis floribus interdum antimonio, melius tamen mineræ; sic acquiruntur flores intensè rubri, qui in instrumento ☵eo rectè parati, quibusdam ℞ antimonii sicca audiunt, sine vomitu & secessibus, blandâ saltem diaphoresi, & vi antepileptica insignes: inde D. D. *GAUZLAND*, *Archiater Electoralis Saxonicus*, i s frequenter usus est.

Sub Croci vel Clyssi detonatione, *p.* 204.) Id est, subinde destillari solet ∽ mineralis compositus ex ☽o, ♁io & △e per retortam tubulatam, ubi prodit clyssus acidus volatilis in morbis acutis non contemnendus. Cæterùm sub detonatione in collo retortæ elevantur simul flores antimonii rubescentes saporis aciduli, qui edulcorati cum ▽ simplici calida loco florum antimonii asservari poterunt.

Nullatenus mitiores) Flores antimonii sunt suspecti, ut vitra; omnes enim flores sunt violenti, nec tutò in praxi adhibendi.

☿ *vitæ*) Mercurius vitæ dicitur talis, quando nempe sumitur ☿♎, (qui constat ex ☿ vivo & ∽u ⊖is acido) & cum āā ♁ii destillantur invicem; sic prodit liquor crassus quasi gummeus (& consistentiæ ratione *butyrum antimonii* vocatur, & quibusdam *spuma duorum draconum* nomine veniens) nunc candidus, nunc verò, si de △e antimonii participat, luteus est. Ut adeoque butyrum antimonii sit regulus ejusdem, unà cum parte aliqua △is antimonii, à ∽ acido ☿♎ti corrosus, & in substantiam talem fluidam crassiusculam redactus; atque huic, vel albo, vel luteo, si infunditur ▽ communis, lactescit illud in momento, & dimittit album quidem butyrum, pulverem candidum, luteum vel flavescentem; hicque pulvis dicitur ☿ vitæ; quem majores nostri, minus in Theoria chymica versati, putarunt esse prolem ☿♎, quod tamen falsum: est enim is potius antimonii regulino-△ea pars, a ∽ ⊖is acido corrosa: siquidem dum ▽ simplex affusa dilait ∽um istum acidum, hic infractus non potest ampliùs continere pulverem cortosum, sed dimittit eum sub ☿ vitæ nomine.

Santalinum colorem) ☿ vitæ tali modo tinctus dicitur quoque alias *antimonium Algarethi*, quem *SALA Rosam mineralem* nominat, quia roseo quasi colore tinctus. Artificium ejus consistit in hoc: nempe butyrum antimonii, loco ▽æ communis, ☵atur cum ⊡ humana, ita cadit ☿ vitæ elegantis rosei seu rubei incarnati coloris: cujus rei ratio hæc est, quia ⊖ volatile ⊡æ △ antimonii, in hoc ☿ vitæ latens, extrahit, sicque color rubicundus evadit: contrà, quia *AUTORES* alii nesciverunt hanc rosam mineralem ita præparare, ideò assumpserunt ▽ santalo rubro tinctum, eoque impregnarunt ☿ vitæ in colorem rubeum.

Bezoartici mineralis) Hoc compendiosè fit ex ♁io vitæ luteo cum ∽u ☽i, procedendo, uti aliàs solet, vel ex eodem Mercurio vitæ luteo, cum triplo nitri detonato.

Regulus denique in globulos) scilicet ex regulo antimonii formantur globuli, qui deglutiti suprà & infrà purgant, & adhibiti hinc formâ integrâ, iterum per alvum excreti assumuntur, & sic aliis propinantur. Usus horum est fastidiosus & suspectus, & operatio inæqualis; quippe prout acidum stomachi ex tali globulo plus vel minus extrahit & solvit, eatenus & effectus major minorvé sperandus. Rejicimus ergò hos quoque globulos.

Crocus metallorum) Crocus metallorum fit, quando antimonium in pulverem flavescentem mutatur, quia quilibet pulvis, in forma plus minus lutea comparens in regno minerali, *crocus* vocatur; sic enim calx ⊙is rubicunda vocatur crocus ⊙is, & calx ♂is rubicunda ejusdem crocus: ideò quia veteres in alchymia potiùs quàm chymia versati & exercitati, putarunt antimonium esse radicem metallorum, unde & crocum antimonii nomine metallorum dignati sunt. Cæterùm hic crocus metallorum nihil est aliud, quàm antimonium per ignem & alcali fixum reseratum, quippe alcali hoc antimonio additum immediatè agit in ejus △, indeque fit, ut ex actione alcali illius in △, emergat color plus minus flaveo-rubescens. Ac quidem in multiplici illa crocorum præparatione res eò recedit, quod nempe per alcali mediante △e recludatur antimonii corpus, cujus △ cum ♀iali substantia extravertatur, quæ antea quasi in intimis antimonii reclusæ erant.

Jam verò præparatur hic crocus antimonii vel in forma sicca, vel humida: In sicca quidem

℞. ♁ii,
☽i à part. æqual.

Quæ crucibulo inclusa exponantur △i, sic strepitus insequitur, qui dicitur *Detonatio*: sub qua detonatione △ antimonii & ☽ incendunturur: hinc sub incensione ☽ transmutatur in alcali fixum, & hoc agit in △ antimonii in deflagratione adhuc superstes, illudque unà cum regulo reserat & extrahit, sicque mistura rubescens emergit, quæ ▽ calidâ abluta & filtrata relinquit pulverem, *crocum antimonii*, item epar antimonii, ob colo-

colorem obscurè rubescentem, vocatum: In forma verò humida:

℞. *Lixiv.* vel ♀i l. ☉i *fixi*:

Immittatur ♂ *pulverisatum*, hinc in pyxide l. vase aperto exponitur igni arenæ, ut bulliant: agit ibi alcali fixum in ♂, quod rodit & extrahit hujus △, simulque regulum; dehinc, ubi sufficienter ebullierint, removeatur, filtretur: sic prodit liquor aliquis tinctus, & pulvis remanens in filtro est *crocus metallorum*.

Ex sancta) Est etiam crocus metallorum vulgaris cum ♀o, ☉o & ☾e, quem Rulandus vocat *Ex sanctam*; & sufficit, si solum ♂ii & ☉i ana part. æqual. detonentur.

Absque ☾e communi) additione ☾is communis est labor inanis; sufficit ☉ & ♂.

♀o) Quidam
Recipiunt ♀i,
☉i,
♂ii ana part. æqu.
in crucibulo detonant:

♀um addunt, ut ille ratione ♀o ei copiosioris nitri promoveat accensionem, & ejus in alcali fixum transmutationem, ut magis agat in △ ♂il: sed inanis labor est; quia jam sat △is est in ♂io, à quo incenditur, & figitur sufficienter ☉ in alcali fixum.

In Retorta perforata p. 205.) quando incenditur verò ♀, ☉ & ♂, fumus oritur, qui non est planè de nihilo; sed ☾ia acquirimus volatilia ex ♀o & ☉o: Est ∽ polychrestus, clyssus ⊡osus dictus, qui non parum præstat in morbis chronicis, affectibus renalibus, calculo, remanente in retorta *croco metallorum*, qui à ☾ibus edulcorandus, aut addito ☉o in ♂ diaphoreticum figi potest.

Absinthiaci) est pompa inanis, res eodem recidit, sive ☾ ☉i sive absinthii sumatur.

☉*i prius fixati*) est inanis labor; ☉ enim sufficienter sub ipso labore figitur.

Arcani duplicati) Nonnulli addunt loco nitri puri nitrum ⊕latum: ast sub tortura △is alcali quidem ☉i remanebit, acidum tamen sub flamma evolabit.

Appropriatum hic ferè ☉) hoc est, quando sub detonatione illa ☉ à △e ♂ii figitur, tunc pars ☉i abit in ▽eam substantiam, croco metallorum adhærentem: de quo *HELMONTIUS* exclamat: felices esse eos, qui ☉ in ▽am insipidam possunt redigere.

Ophthalmicis) Est præparatio ▽arum ophthalmicarum infusione croci vel ♀ii in ▽ euphrasiæ, &c. ▽ hæc admodum egregia est, si oculis instilletur, utut ♀ butyri ♂ii adhuc nobilius sit in tali ▽.

Tenerior ejus pulvis) quando scilicet crocus detonatione factus abluitur pro ☉o fixo separando, & ▽æ huic instillatur ✝tum destillatum, ▽atur tunc pulvis aliquis ♂ialis, *magisterium croci metallorum* dictus, qui ipse eundem habet usum ac crocus; nec enim cicuratior, nec correctior est.

Siccam formam p. 206.) Rarò in substantia, sed potiùs in infuso, propinatur crocus infundendo vino, ut sic substantia tenuissima se insinuando vomitorium evadat; quod si verò in forma sicca propinare velimus, imitandus *MYNSYCHTHIUS* additione ♀i in præparatione ♀ emetici, qui videatur. Hic ♀ emeticus potest esse loco vomitoriorum omnium in forma sicca.

Vitrum ♂ii p. 207.) Solent (uti ex *SCHROEDERO* patet) corrigere ✝to destillato, vel ∽u △is, &c. ast *AUTOR* præfert ♀um emeticum.

☿ *vitæ regulinus*) Hunc etiam vitro regulino, ☿io vitæ, regulo cum ☾e communi trito præponit.

Cum ☾e communi tritus) Nempe, quia ferocior est ☿ vitæ, debet is corrigi, id quod fit duobus modis: vel per acetum, vel cum ☾e communi; cum quo in anatica quantitate diutius terendus, & fornaci calefactæ exponendus, ut acidum ☾is communis figat & mitiget ☿m vitæ: videatur *SCHROEDERUS*. Ita præparatum ☿m vitæ dicunt esse specificum ad curandum hydropem: ubi quidem verum est, ☿m vitæ copiosas evacuare ▽as; interim tamen is pro hoc scopo non est cum ☾e communi corrigendus, præsertim cùm vomitoria omnia utplurimùm in hydropicis rarò vomitum cieant, sed saltem per secessum utplurimum purgent, adeoque ☿ vitæ ad grana ij eum effectum post se relinquit in hydropicis, & alvum laxat.

Flores) Flores antimonii corriguntur vel digestione, quò ita volatilior pars evaporet, vel cum ✝to: vid. *SCHROEDERUS*. Verùm correctionibus his possumus carere.

Pulvis ex ∽*u* ☾*is*) ∽ ☾is affusus croco metallorum, vel vitro ♂ii, extrahit regulum, cui ∽ui affusa ▽ simplici ▽atur pulvis albus, ☿ *vitæ* dicendus.

Ex Aqua Regis) Hæc affusa vel ♂io crudo, vel mineræ, & ▽ata cum ▽ simplici, dat ☿m vitæ.

♂ *crudum*) Sunt, qui hoc cum aceto, ex ♂io destillato prodeunte, figunt: ast inanis est labor.

Vitrum solare) Hoc habet *SCHROEDERUS*, ast malè illud ita correctum.

Per ☉ *in* ▽ *calida*) Loco ▽æ simplicis sumunt ▽m calidam, quâ ☉ est solutum, cujus medio ▽ant ☿m vitæ, reverà mitiorem & accuratiorem; item mitior fit, si instillatur guttatim oleum ♀i per deliquium: sic namque ☿ vitæ edulcoratus, & cum ♈ deflagratione correctus, mite existit nunc vomitorium, nunc elegans purgans.

Electricis Mixturis) Inanis est labor, dum Chymici parant Electrum seu misturam plurium metallorum, unde quidam regulo ♂ii simplici adduntnunc ☉em, nunc ☽am, vel ♂em, ♄um, &c. & ita *butyrum ♂ii compositum* habent. Dicit Autor *Electricas Mixturas*; quoniam *Electrum* in chymia mixtura est plurium metallorum. Ast butyrum hoc cum ▽ simplici ▽atum dat æquè ☿ vitæ, ac butyrum ♂ii simplex.

☿io vitæ vel etiam vitro ♂ii) Virulentiam autem vitri ♂ii & ☿ii vitæ corrigere tentant per ☉; nempe sumunt ☉i ana vel duplum respectu ☿ vitæ, vel vitri ♂ii solvunt in crucibulo, fusum edulcorant, & pulvis inde acquisitus mitigatus observatur. Encheiresis hæc nullius est momenti, siquidem, si plùs, quàm ana ☉i sumitur, vel diutiùs in ▽e detinetur, loco catharctici evadit medicamentum diaphoreticum: Sin verò minus in △e detineatur cum ana ☉i ingesto, minus corrigitur vitrum illud, aut ad minimum non sufficienter.

♀o ⊕*lato emetico*) Nonnulli infundunt vitro ♂ii ♀o ⊕li ad solutionem, hincque hanc cum ☾e ♀i in ♀ ⊕*latum emeticum* ▽ant, participantem quidem de substantia ♂ii; interim hic ♀ ⊕la-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1161-2 DFG

⊕latus in larga dosi propinandus est, secus parum vel nihil operabitur.

Ex tempore domest. pulvis consentis, &c. p. 209.) Scil. præscriptio ♀i emetici in forma solida esto:

℞. ♀ *emet.* gr. iij
sacch. gr. v.
M. f. Pulvis.

Vel

℞. ♀i emet. gr. iij.
cons. rosar. ʒß.
M. pro *Bolo.*

Præscripsi aliquando ♀i emet. gr. v. cuidam melancholico, & validissimè purgavit.

Vel si purgare volumus suprà & infrà:

℞. ♀i *emet.* gr. ij.
pulv. jalappæ gr. jv vel v.
M. f. pulv. pro dosi.

Gillam, p. 210.) Hæc ex ⊕lo vulgari vel ♀eo paratur: scilicet cum vitriolum, uti notum est, corpus sit minerale, compositum ex ∽u ♃is embryonato acido, & minera vel ♂is vel ♀is in ⊕ corrosa, constans; hinc & ⊕lum est vel ♂iale purum, vel ♀eum purum, vel de utroque participans; & hoc est frequentissimum, cùm & Goslariense, & Salisburgense, & Romanum sunt mista ex ♂e & ♀e, atque ratione ♀is ⊕lata sunt vomitoria: sed cum tanta nausea & stomachi subversione, ut non sine insigni noxa possit exhiberi. De Vitriolo videatur *SCHROEDERUS*, item de ⊕li ⊖e *AUTOR noster.*

Benedictam Vomitoriorum Mannam) *SALA* sibi habeat hanc Mannam, quæ est ⊕li elixiviarum; cum omnia ⊕lacea ab *AUTORE nostro* dicantur abominabilia, & præter nauseam, quam pariunt, hoc habeant incommodi, quod rugis stomachi se insinuando, tonum ventriculi ad plurimas septimanas utplurimum pessundent.

⊖ ⊕li) Ex ♀ ⊕li elixiviatur purum putum ⊕lum, multum de ∽u ⊕li, parum de minera participans; unde & in perfectum ⊕lum progressu temporis regeneratur.

Laboriosiorum Arcanis, aliisque Visitationibus) Alludit hic *AUTOR* ad illud alchymistarum: *Visitando Interiora Terræ, Rectificando Invenies Optatum Lapidem, Veram Medicinam.* Veteres siquidem ad imitationem *BASILII VALENTINI* ex ⊕lo, mediante ∽u universali, parandum lapidem Philosophorum putarunt, ut initiales literæ indicant.

⊕li ♂is) Hoc nunquam vomitum ciet, nisi per accidens in majori dosi sumptum propter molem fastidium generet; contrà si in minori dosi assumptum fuerit; Quando enim ⊕lacea sunt vomitoria, hoc ratione ♀is fit.

Lunaris Crudioris pag. 211.) Crystalli ☽æ ex ☽ & ♈ peractæ, saporis sunt amarissimi; Interim cum in omni ☽a semper aliquid ♀is contineatur, hinc & illæ crystalli ♀eæ & vomitoriæ erunt: Videatur *BOYLE in Phil. Experimentali.*

♃ini coaguli) Sunt crystalli quasi ⊕laceæ ex ♃to & ♃o, seu saccharum ♃i dulcissimum, quod in majori dosi sumptum nauseam primò, in delicatulis vomitum excitat; sed hoc fit per accidens. Sic namque adhuc heri habui fœminam, quartanâ laborantem, cui cùm ante paroysmum lapilli, cancror. ☽j, sacchar. ♃i gran. xjv. præscripsissem, bene quidem illa se habuit, Interim adhuc semper nauseabundus est propter saccharum ♃i.

Æris squamma) Hanc quidam propinant; quidam verò ex ⊕lo mediante aceto vomitoria parant. Quia autem & illa stomacho hostilia sunt, proinde potiùs ex omnibus ⊕lieis pro scopo anticacachestico sufficit nobis ⊕lum ♂iale.

Liquida) Ex ♃io vomitoria quomodo haberi queant? proponit *AUTOR* in vulgaribus infusis & syrupis ♃ialibus, taxando dosim incertam & inæqualem, propter evaporationem & abstractionem; adeoque hinc docet

Pag. 212. Oxysaccharum parare) sub dosi grata, quod omnibus his difficultatibu scaret, cujus hic parandi modus: Nempe extrahit cum *aceto crocum antimonii*: hanc essentiam cum ana *sacchari* quadantenus inspissat, sine tamen evaporatione; ita dosis hujus ad ʒij, vel iij, vel ℥ß pro adultis esse potest.

Præscribendi modus est:

℞. ♈ *rubi idei*
oxysacch. emet. ãã ʒiij ad ℥ß.
M. D. S.
Brechsafft auff 1. mahl.

Hoc oxysaccharum, ad imitationem oxysacchari *ANGELI SALÆ* compositum, *AUTOR* præfert omnibus syrupis & oxysaccharis emeticis; sive simplicibus, sive compositis: Compositis, quia v. g. aromata addita impediunt vim vomendi; unde ceu minus convenientia ea omittenda sunt: Reliqua propter evaporationem extractionis minus certa sunt in dosi.

♈ *benedicta*) ♈ benedicta est infusum emeticum, quod mihi placet. Parari potest ex quocunque remedio antimoniali vomitorio, sive infundatur crocus metallorum, sive vitrum antimonii, sive ♃ vitæ, perinde est. Modus præscribendi est:

℞. *Croci metall.* gr. jv, v vel plures:
Infunde in *vino Rhenano* q. s. stent in loco calido per ♃, Filtraturæ per chartam
℞. ℥j vel ℥iß.
D. S.
Brechwein.

Minus autem figit vinum ♃ii partem ♀ialem, quàm acidum aceti. Loco infusorum moderni laudant sapas vomitorias cum succis vegetabilium acidulis paratas, (per acida enim solum vis antimonii extrahi potest) adeoque vel succum citri, limonum, vel cydoniorum recipiunt, & infundunt vitrum vel crocum antimonii; Infusum asservatur loco calido, successivè evaporando in consistentiam rob vel mellis inspissare permittunt; de quo datur gr. j. vel ij vel jv pro ratione subjectorum, & sic suaviter operatur, quæ instar omnium.

Cum ♈) Languida sunt vomitoria cum ♈ extracta & in largiori dosi exhibenda; Acida enim requiruntur; unde & vinum malvaticum nil ex antimonio elicit, nisi in majore quantitate affusum ratione phlegmatis sui aliquid arripiat.

Vino vindemiæ) Recipiunt quidam ♃ ♃ii auratum ex scoriis paratum, idque infundunt musto recenti, defervere unà sinunt pro vino purgante; At dosis est incerta & vehemens, quibus omnibus non immeritò oxysaccharum vel sapa præfertur.

Annulis nummisvè vitreis) Sic ex vitro antimonii annulos, nummos & pocula (ut Hamburgi) con-

conficiunt, infundunt vinum ad ℥j vel ℥jß, & pro vomitorio propinant; item calicem ligneum conficiunt, quem pice obducunt, & dum pix liquida est frusta vitri hinc inde aspergunt, ☿ infundunt, quod haustum sufficienter purgat.

Essentiæ è floribus) sc. flores ♂ii infunduntur cum ☾o vel ☉e essentiali ☾i: ast quia hic emergit ☾ emeticus, proinde supervacaneus est hic labor.

℞ p. 214.) Tincturæ variæ eliciuntur è vitro ♂li; sed res eodem recidit.

✝ta destillata) Aceta vomitoria fiunt ita: nempe destillatur ex cucurbita vitrea per alembicum ♄enum, ita ad ℥j vel ij propinatur pro vomitorio, *ZAPATA Commendatore.*

Sapphirinam Gillam) Sicut ☾la ratione ☾is sunt vomitoria; ita & hæc gilla: unde si caput mortuum ☾li menstruo urinoso solvitur, acquiritur liquor perquàm emeticus coloris sapphirini, cùm contrà acida affusa colorem viridem præsentent, unico ∽u ♃is excepto, qui ☾lo ☾is affusus itidem colorem cœruleum sistit.

Ad sola inferiora) Quærit hîc *AUTOR noster: an non ex antimonio aliquid perpetuò per inferiora purgans parari queat?* Sanè Phyllida hanc multi ambierunt; interim negandum non est, quædam ♂alia interdum solùm per inferiora purgare: sed cùm hoc saltem in robustioribus subjectis eveniat; imò talia, quæ nunc per secessus operantur ♂alia, tractu temporis denuò vomitoria fiant; hinc rectè certum per inferiora purgans ♂ale quærimus, vix autem captabimus. Etenim ut ♂ saltem per inferiora purget, consistit hujus rei momentum in aliquali saltem ejus correctione, & quasi inchoata fixatione, quâ acrimonia ejusdem nimia ex textura materiali nata, & volatilitas penetrantiaque corrigitur. Jam verò ratio, quare tantopere desideretur ♂ per inferiora purgans, insinuatur ab *AUTORE* p. 214. dicente: *cùm secessus Mineralia hæc vel per accidens nonnunquam subsecuti*, &c. i.e. Purgantia ejusmodi ♂ialia per inferiora operantia non comitantur secessus cum tanta violentia & diarrhœa colliquativa conjuncti, quales quidem ex vegetabilium purgantibus sperari solent, quæ ex sui textura ☉ina volatili ♁sa acerrima colliquant succos corporis nostri, eosque suo modo putrefaciunt; quod itidem non faciunt ♂ialia per inferiora purgantia & vomitoria, utpote, quæ saltem in stomacho & intestinis acrimoniam suam exserentes, nunc secessus, nunc vomitus provocant. Cui accedit & hæc ratio: nempe in ♂ialibus reperitur, præter ♃ volatile, & aliquid ♃ fixum naturæ ☉aris, ratione cujus pollent insigni vi temperativâ & simul anodyna succorum; ut adeoque duplex habeamus commodum ab antimonialibus per inferiora purgantibus. Cæterùm, quomodo hæc vis per inferiora purgatrix conciliari possit antimonio? quæritur: Resp. necesse est, fieri illud per acida; non verò per alcalia per acida quidem, quatenus hæc magis agunt in vim catharcticam antimonii, quàm alcalia: quod probamus ex eo, quia per acida vis antimonii emetica extrahitur, v. g. per vinum Rhenanum, non verò per ☿, aut vinum Malvaticum: unde colligimus, eadem acida quoque correctura esse ♂ialia, adeò, ut inde evadant per inferiora purgantia: Deinde acida quoque figunt & corripunt vim ♂ii catharcticam; quod patet ex ∽u nitri acidissimo, & vitrioli quoque; quorum ille antimonii vim purgantem figit, & diaphoreticum facit; hic verò vitrum antimonii vel iners & languidum admodum efficit.

Scopus ergò antimonii vim emeticam corrigendi estohic: ut nempe figatur illud ex parte, non autem ex toto: sic enim hoc fit diaphoreticum: sin verò ex parte figatur purgans per inferiora evadit. Jam verò faciunt hoc acida, ♃ eam partem antimonii ligantia: ubi tamen difficulter admodum medium reperitur inter totalem ejusdem fixationem, & aliqualem ligationem, idem enim semper antimonium manet vel diaphoreticum, vel emeticum: cujus rei ratio hæc est, quod cum particulæ antimoniales sint rigidiores, nec adeò tractabiles in stomacho ægrotum, quàm quidem vegetabilium purgantia: hinc vix illa sine molestâ irritatione operationem suam absolvunt: quâ tamen positâ sequitur vomitus, sicut sudor supervenit, penitus fixatâ vi emeticâ. Hinc antimonium per inferiora solùm purgans vix habebimus, licèt non planè negandum.

Antimonialia paulò frequentiùs p. 215.) Scilicet contingit interdum, ut casu & per accidens sub varia antimonii tractatione inveniatur aliquid per inferiora purgans: interim tamen illud non est universale, sed hoc tempore hunc hominem per inferiora purgat, alio contrà supernè sponte operationem suam exserit.

℞ás) Circa ℞as antimonii conficiendas notandum: acida menstrua ♂ nimis figere, adeoque ne loco purgantium evadant eædem diaphoreticæ, parandæ potiùs erunt per alcalia.

Spes decollavit semper p. 216.) Omnes speciales modi ♂ ad inferiora determinandi eò recidunt, ut illud per acida figamus, sin verò deficiatur in fixatione, manet vomitorium, sin excedatur, diaphoreticum.

☿ *vitæ*) Hic cum ☉e communi tritus interdum facessit, interdum nempe in hydropicis, in purgans per inferiora tantùm, attamen in aliis simul movet vomitum.

In Regulum) Hoc est, ☿ vitæ beneficio ☉is ☾i in regulum redactus, hincque in loco calido digestus, fit quidem mitior, interim æquè vomitorius manet.

Tartaro ☾lato) hoc est, ☿ vitæ vel cum ana, vel cum duplo ☾i ☾lati tritus cicuratur quidem, acidum ☾li nonnihil figit dictum Mercurium vitæ: sed tamen est labor is superficialis, cùm hic delicatis æquè vomitum cieat.

Crocus metallorum) Cautelam *MYNSYCHTHIUS* hanc habet: ut crocus metallorum absinthiacus infundatur pro scopo vomendi vino Rhenano, non verò Malvatico: è contra alii sibi ex eodem croco vino Malvatico infuso promittunt infusum ♂iale per inferiora purgans, sed frustra: si enim aliquid vinum Malvaticum extrahit, semper erit vomitorium.

Vitrum ♂ii) Hoc imbibitur vel aceto, vel ∽☾li: verùm sic figitur, aut nisi exactè punctum saturationis acquiratur, manet vomitorium.

☉*inum coagulum* p. 217.) Butyro ♂ii, si instilletur ana ♁i ☾i per deliquium, ☿ vitæ præcipitatur, qui edulcoratus per inferiora purgat. Itaque ℞. butyrum ♂ii & liquorem ☉is ☾i, instilla ad punctum saturationis, tùm cadit ☿ vitæ, ex coagulato verò liquore fit ☾☾lato ♂iatus, per inferiora utplurimùm purgans.

☉*ia* (*ferè flocciformia*) p. 218.) id est, crocus metallorum sepositus, vel & ♈ butyri antimonii sepositum, efflorescunt in ☉ ☽osum,

quod itidem tanquam purgans per inferiora obtruditur : ast est deses illud, & parum vel nihil operatur.

☿ius) Hic triplex datur : Vulgi sc. corporum, & Philosophorum : Vulgi ☿ est omnibus notus : Corporum verò ☿ est ille, quem aliàs ☿ium metallicum vocant, h. e. quando ex metallis perfectis mediantibus ⊖ibus resuscitativis producitur ☿ vivus : de quo corporum ☿io non dubitamus ; & consistit fundamentum præparationis in eo, ut nempe ☿, à ♃e coagulatus in metallum, ab isto ♃e liberetur ; (Nam à ♃e ☿ in metallum coagulatur) adeoque menstruo solvente ♃, eoque resoluto, & sic cessante metalli coagulo, metallum solutum cum menstruo solvente in forma mercuriali liquida se sistit. Jam verò ♃à illa metallorum sunt manifestè pinguia & occultè acidissima ; hinc media resuscitandi seu redigendi metalla in ☿ vivum erunt ⊖ia alcalia, eaque tàm fixa quàm volatilia : ac inter illa quidem excellit ⊖ ♃i, tanquam privilegiatum quasi ; sicut inter volatilia ⊡, ⊖✳, quod ⊖ volatile aliquid continet, & suo modo ⊖ commune. Cùm itaque hæc agunt in ♃ metalli, & id solvunt, mutatâ ejus texturâ prodit liquidum aliquod corpus, ☿ corporum dicendus. Atque hunc ☿ corporum *AUTOR noster* reponit, dicendo : eundem sublimioribus arcanis inservire, quia pro scopo purgandi sufficit Mercurius vivus.

Cum velunica p 219.) Hc *AUTOR* Mercurii vulgaris depurationem superfluam taxat : nempe cum ☿ ille adhæsione substantiæ arsenicalis, & hinc ♄inæ sit adulteratus, proinde duæ hæ sordes ut separentur, lavatur Mercurius vivus seu depuratur. Laboriosi hic sunt Chymici, dum alii hoc faciunt cum ⊖e, alii cum aceto, alii cum ♈, alii aliter eundem lavant, ubi tamen hæc cum aceto lotio simplex optima est, & sufficit abundè pro auferendo arsenico & ♄o : siquidem ♄nus mox ab aceto solvitur & nigrorem contrahit, unde & quamdiu nigrescit acetum, tamdiu continuanda est lotio cum aceto, pro ♄inis sordibus demendis ; quoniam tunc sordibus iis adhuc impregnatum est.

Per corium) Quidam ut depurent Mercurium, per corium eundem trajiciunt, quod tamen pariter non sufficit : Mercurius enim secum rapit, quicquid sibi adhæresci.

Ab aliis metallicis) Quidam cum metallicis corporibus depurant. Alii ad deputandum Mercurium vivum faciunt amalgama ex Mercurio vivo, ☉e & ☽, hocque ita factum per retortam destillantes, putant sic prodire Mercurium vivum ab omnibus sordibus liberatum, & vocant Mercurium purificatum : sed labor est prolixior, sufficere potest compendiosior modus, qui est optimus : nempe recipitur ☿ sublimatus ex ∽ ⊖is acido & ☿o vivo constans, qui cum limaturæ ♂ ana mistus destillatur per retortam ; sic enim ♂ absorbet & imbibit Mercurii sublimati acidum, quo imbibito vi ignis prodit Mercurius vivus optimè depuratus : vel & recipitur ♉ butyri ♁ii ex ☿♎to & ♁io constans, quod miscetur cum ⊖e ♃i & limatura ♂is, sic alcali destruet acidum Mercurii sublimati, & ♃is ♁ii, quo destructo prodit Mercurius vivus optimè purificatus.

Amalgamatis ♃ialis pro sudorifero maxim) *FABER* hoc parat ex amalgamate ♃is & Mercurii, figendo cum ☽o. Jam si recipiatur hoc amalgama, & additione ⊖is fixi destilletur, prodit Mercurius vivus purificatus. In metu imminentis ilei usurpatur sine noxa ; utut diutiùs in corpore persistat, vel externè illitus, soleat salivationes inducere.

Infidus ille servus p. 220.) Servus fugitivus Chymicorum aliàs dicitur Mercurius, ideò, quod, etsi Chymici putent eum ligasse, avolet tamen. Cæterùm quoad usum internum, Mercurius vivus egregio cum effectu usurpatur in ileo, estque simpliciter innoxius ; potenter enim reserat obstructiones ; diutius tamen intra corpus detentus, aut & externè illitus, pariter in ægris & sanis insignes salivationes excitat. Sic quoque mercurialia pro vomitoriis adhibita sunt nequam, cruciantia & infida, & plus minus operantia in hoc, quàm in alio : & potiro, fixatum eum esse, tamen nisi in administratione cautelæ adhibeantur, sed sæpiùs paulò sumatur Mercurius fixatus, salivationes itidem excitant. Tandem & intuitu mercurialium notandum : quod omnia ex Mercurio præparata nobis hactenus nota sint saltem ♈ata & ♎ta, quorum ambo extrinsecus saltem larvant Mercurium, utpote cùm per alcalia hic denuo facilè resuscitabilis sit ; hinc omnia hæc ex Mercurio præparata eosdem penitus habent effectus, nempe suprà & infrà purgant, utut etiam subinde per salivationem, ac imprimis diutiùs continuata, operari soleant. Notanter interim dico : *hactenus Præparata* ; qualia sunt potissimùm Magisteria, ea enim, ∽ & Essentiæ Mercurii, quicquid & impostores promittant, nunquam sunt observata.

Magisteria autem illa sunt in forma liquida vel sicca : ubi omnia fluida ex siccis originem ducunt ; sicca verò ista ex Mercurio sunt vel ♎ta vel ♈ata : Fiunt vel

1. per se, simpliciterque per ignem, superveniente digestione diuturnâ : vel
2. per ∽ acidos ⊖inos, horumque repetitam abstractionem : vel denique
3. mediantibus ⊖ibus alcalibus præcipitantibus ea in acidis soluta.

Jam porrò omnia hæc præcipitata sunt vel solitaria, adeoque mercurialia simpliciter, vel simul sociata metallis nobilioribus, v. g. Præcipitata mercurialia ☉aria, ☽aria, &c. Mercurialia autem sublimata sunt vel cum ♃e, vel cum ⊖ibus præparata : cum ♃e quidem, uti est ♁ quæcunque, cum ⊖ibus verò ordinaria ♎ata sunt vel corrosiva, vel dulcia, aliaque similia. Atque his bene cognitis & consideratis, facilis erit de mercurialibus dicendorum intellectio. Cæterùm in omnibus his præparatis larvati dicimus Mercurium, ita, ut hic nequam, ubi maximè æstimatur vinctus, liberetur, & in forma nativa se sistat, idque imprimis si per alcalia tractatur ; cujus rei ratio hæc subest, quod ipsemet Mercurius *TACCHENIO in Hippocr. Chymico* consentiente, repræsentet quasi alcali metallicum ; inde vix per alcalia, sed saltem per acida tractari potest, cum quibus se socianda in compositum tertium ⊖sum, quale est ☿♎tus & Mercurius dulcis, abit : sic quoque idem Mercurius amalgamatur eatenus cum metallis, quatenus ille se horum ♃i acido, à quo ipse saturari, & suam famem implere cupit, sociat. Ut itaque Mercurius modò hactenus cognito saltem per acida tractari & lavari possit, qui contrà aliàs per alcalia saltem resuscitari vult, utpote, quæ destruunt acida Mercurium ligantia, quibus destructis iterum sub ordinaria larva prodit Mercurius.

Corallatus secretior) *PARACELSUS in scriptis suis* meminit ☿ii fixi, quem à colore arcanum corallinum vel corallatum majus vocat, quodq; solùm

per

per inferiora purgat, & perfectè, experientiâ suffragante, hydropem, phthisin, podagram, &c. curavit; interim modum præparandi reticuit: *HELMONTIUS* quidem *Tract. de Febribus* manifestare voluit, fieri illum nempe abstractione liquoris alkahest: quippe ita fixatus deinde edulcorandus esset mediante ▽ albuminis ovorum: sed deficit nobis lagenula alkahestica.

Vulgares verò) Loco hujus arcani corallini Paracelsi *CROLLIUS* introduxit aliud arcanum corallinum, mediante spiritu nitri præparatum: de quo vid. *SCHROEDERUS & HOFFMANNUS*; quod à spiritu nitri rubicundum colorem acquirit. Præparatio inter varias huc recedit; nempe est illud ☿ vivus, à quo aliquoties ∽ nitri est abstractus; hinc enim colorem rubicundum acquirit, cujus declarationem habet *TACCHENIUS in Hippocr. Chym. circa finem.* Interim ☿ ita paratus est adhuc catharcticus, & salivationem movet & vomitus, nec differt à ☿ato vulgari Fioravanti.

☿ dulcem p.221.) Ex omnibus ☿ialibus eligit hîc *AUTOR* ☿m dulcem ex ☿ii sublimati & vivi ana sublimatione paratum: ita namque ☿ vivus corrigit corrosivam acrimoniam ☿ii sublimati, evaditque hinc singulare & optimum purgans per inferiora pro morbis chronicis.

Cæterùm pro hoc scopo semel tantùm, vel bis ad summum, ☿ium sublimandum esse *AUTOR* monet, idque ideò, nam quò sæpius is sublimatur, eò etiam magis vi laxativâ castratur, dum aliquo modo figi videtur per △is vim, atque ideò ☿ dulcis sæpius sublimatus amittendo vim purgantem, evadit diureticus. Rectè autem paratus ☿ dulcis egregius est in dissolvendo & attenuando acido viscido, quale speciatim in lue ♀ea peccat; hinc est, quod is ei specificè conducat; sic & hic ☿ dulcis sufficit præ omnibus pro arcendo fermento acido ulcerum, convenitque pro scabiosis purgandis, ulcerosis, leprosis, &c. egregiè: non secus ac in morbis nervosi generis chronicis inveteratis ex viscido chylo & mucilaginoso oriundis, utepilepsia, item hemicrania inveteratis, idem ☿ dulcis omnium optimè inter purgantia simul requiritur: sicut tandem lumbricorum exercitum, cujusque generis optimè enecat ☿ dulcis, seu hostis est infensissimus vermium.

Venale sublimatum) ☿ sublimatus communis probatur, si eidem guttæ quædam ♁ei ☾i per deliquium affusæ sint; tunc enim ☿ato aliàs candidus, si est legitimus, flavus fit; cùm contrà, si de arsenico isparticipet, fiat nigricans. Ergo eligendus est ☿ato communis, qui ab ♁ ☾i redigitur in colorem flavescentem. Modum autem præparandi ☿atum videb. in *Hippocr. Chym. TACCHENII.*

Speciosior modus per solas salis communis ac vitrioli particulas) Modus speciosior cum ⊖e communi, ⊕lo, ☉o & ☿ vivo factus nihil singulare in recessu habet, cum ascendente solùm ⊖e communi ⊕lum & ☉ in fundo vasis maneant: Interim curiosior est processus hic: recipitur ☿ vivus, qui solvitur in ∽u☉i, hinc solutione per sal commune præcipitatâ, ☵atum hoc sublimatur; sic namque ☿ato nitidissimus acquiritur.

Adjectâ nobiliorum metallorum particulâ) Sunt nonnulli, inter quos & invenitur *ZWELFERUS in Pharm. Reg.* qui Mercurium dulcem cum auro miscent, & ita, nescio quo successu, illum exaltare satagunt; verùm scopus laxativus sic potiùs infringitur, unde illa exaltatio quoque est superflua quædam sapientia.

Nec opus habemus) dicere vult *AUTOR*: si Mercurium dulcem titè adhibuerimus, nos non indigere variis mercurialibus. Nam omnia cognita hactenus mercurialia sunt vomitoria & catharctica, eaque satis molesta, sicut continuato usu salivatoria; hinc & rejicit arcani corallini per ∽m ☉i parati usum: nam & sic internè usurpatus suprà & infrà movet, utut locum id habeat externè in scabie & nonullis casibus chirurgicis, ubi forsan ☿io aliqualiter corrosivo opus habemus. Unde rarius intra usurpatur.

Flores ☿ii argenteos) Vid. in *SCHROEDERI Pharm.* sed non est legitima præparatio: si verò ritè præparetur, maximi usus esse deberet. Vocatur etiam *lanugo Mercurii perlata.*

Præcipitatum per se p.223.) Hujus præparationem habet *SCHROEDERUS*, & *ZWELFERUS in Mantissa Herm.* fitque ea in phiola plana: encheiresis autem pro facilitanda Mercurii ☵atione per se hæc est; nempe subministretur ignis quasi suppressionis, non saltem infra, sed & supra vas cucurbitæ, cùm sic Mercurius facilius per se ☵etur. Cæterùm utut hoc *ZWELFERUS* saltem per inferiora purgare dicat, tamen pariter suprà & infrà purgat, quamvis & corrigatur per ▽, ∽m ⊕i, aut aceti destillati abstractione.

Si jalappæ) Modus usurpandi ☿m dulcem varius est, & quidem per se datus non adeò fortè fit laxativus, indeque rarissimè solitariè nisi infantibus propinatur. Tutò in forma pilularum vel boli exhibeatur, ac proin societur is aliis purgantibus vegetabilibus, v.g. cum jalappa & stimulo scammonii ♃ati acuatur; ubi vulgò & in tabulas redigitur. Interim hoc non promiscuè faciendum est, idque ex eo, quod si dentibus teratur & ulcuscula in faucibus hæreant, periculum sit, ne ex mora ☿ii ingredientis exasperentur illa, insignisque salivatio excitetur; contrà optimè in forma pilulari unâ vice deglutienda, vel & in forma boli exhibetur, cum aut sine aloëticis, aut cum jalappa acuendus.

☿ crudus & per se p.224.) ☿ crudus tutò in casu affectorum intestinorum, & lumbricis, potest exhiberi; interim pro scopo purgandi is languidior est.

Decoctum ejus) Decoctum ☿ crudi seu ▽ *hermetica Augenii* inservit tàm usu interno pro lumbricis, decoquendo ℥j ☿ vivi in ℔j ▽ graminis vel hyperici, quàm externè pro lavandis lentiginibus, Sommersprossen/scabiosisque manibus; nempe

℞. hujus *decocti* ℔j
adde
☿ *dulc.* ʒiij ad ℥ß.

Hâc misturâ laventur manus & pedes in scabie, aliis frustraneis.

Mistura denique) Triplum sacchari cum una parte ☿ vivi teritur in pulverem gryseum ad vermes; qui tamen non antecellit Mercurium dulcem.

Turbith illius p.225.) Si tamen mercuriale vomitorium usurpandum sit, ex *AUTORE* usurpetur Turbith minerale, quod generali nomine vocatur *Præcipitatum catharcticum minerale*, præsertim per alcalia. Ex ☿ paratum optimum est, & hic modus Autoris concinnior eligitur; solvitur nempe ☿ato in ▽ calida, hincque solutio præcipitatur vel ⊖e ☾i, vel ♁ ☾i per deliquium in pulverem ex flavo obscurè rubescentem: qui edulcoratus probè à gr. v. vj. viij. ad x. suprà satis movet; si mitiorem velimus, post edulcorationem lento △e aliquandiu digeratur, sicque tutiùs propinatur. Atque ita paratum turpethum

perthum minerale omnium instar sufficere potest; cùm reliqua è contra præcipitata fiant vel per abstractionem acidorum spirituum, vel per præcipitationem ex his cum alcalibus factam.

Præcipitatum quoddam in usus chirurgicos) nempe in casibus, quando corpus à sordibus putridis & ulceribus emundandum, aut callus & caro luxurians absumendum, aut ulcera ♀ea venenata curanda, præstat id, quod vulgo cum ▽ præcipitatur; estque hoc Vigonis. Interim præfertur huic ☿ præcipitatus ex Mercurio sublimato & ♁to ♀i confectus; neque hoc pro usu externo cedit ☿o dulci ad extra dicto, qui est, si ☿ dulcis non est purus; tunc enim non internè, sed saltem externè usurpatur, & æquali passu cum præcipitato illo potest adhiberi: sic & loco ♁i ♀i potest etiam ☿ sublimatus præcipitari cum liquore silicum (qui *GLAUBERI* est modus) & est hic ⊖ ♀i cum silicibus mediante igne fusionis impræg̃natum: quod ipsum in loco frigido repositum in liquorem fluit, præcipitantem ☿ ≏tum copiosius in turpethum minerale optimum; quod dicit *AUTOR* sufficere præ omnibus.

Diversis sub coloribus p.226.) Quando ☿ vivus solvitur in acidis, tunc nunc cum ⊡, nunc cum ⊖e ✱co, nunc cum ▽ ⊖ina, potest is præcipitari. Interim his & parabilitate & securitate præstat, si præcipitatur cum ♁o ♀.

Præcipitatis abstractitiis) Nempe affunditur Mercurio ∽ ♃is vel ☽i, vel similis; ligatur enim ab his ☿ius, & ita fixus suo modo præcipitatus hæret: edulcoretur. Verùm hæc & similia Præcipitata non internè adhibentur, sed molesta sunt & periculosa.

Præcipitato denique) Sunt qui Mercurium sublimatum parant solvendo ☿ium in aqua forti, hancque solutionem ⊽ando cum ♁o ♀i; verùm hoc ⊽atum deses est respectu illius, quod ex ≏to paratur.

☿iali consortio.) Ex tempore possumus habere emetico catharcticum ex ☿io & antimonio, recipiendo nempe ☿ ≏ti dulcis gr. xij ad xv. quibus addatur vel ☿i vitæ, vel croci metallorum, vel ♃is aurati antimonii gr. ij. præter propter; hinc juncta ambo terantur in mortario lapideo diutiùs continuando; sic namque acidum ☿ii dulcis sub hac triturationе, (quod est ex ⊖e communi) aggreditur ♃ adjunctum ♂ale, quod figendo suâ aciditate vim emeticam nimiam nonnihil castrat, adeoque emetico-catharcticum blandum emergit, in morbis chronicis & inveteratis appropriatum.

Num autem in reliquis Emeticis p.227.) Dubitat hîc *AUTOR*: an præcipitata composita cum metallis aliquam præ vulgatibus prærogativam habeant, v.g. cum ☉e præcipitatum, ☉ *vitæ* dictum, ex *SCHROEDERO* notum; it. *Hercules Bovii* ex ☿io & ☉o; item Lapis Philosophorum Italorum (quasi esset primum rudimentum Lapidis Philosophici) & dubitat, an aurum his ⊽atis additum aliquam vim vel correctionem tribuat, præsertim cum illa æquè suprà ac infrà moveant. Et quidem per præcipitatum ☉te simul ♂atum insinuat *Febrifugum* decantatum *antiquartium Riverii*, quod constare multi putant ex ☉ro in ♈ soluto, & vitro ♂ii hyacinthino in ▽ soluto, & ☿ vivo itidem in ▽ soluto; quæ omnia digesta & ⊽ata dant aurum quoddam vitæ seu Mercurium ⊽atum ☉arem, suprà & infrà movens: Sed vix credo, quod sit antiquartium Riverii, quia nimis est violentum; cùm contrà Riverii antiquartium benignum satis fuerit, uti ex *RIVERII Observationibus* constat. Interim & hujus loco sufficere potest ☿ dulcis, & Turbith minerale. Ex regno ergo minerali pro scopo catharctico emetico *AUTOR* tria eligit: nempe tartarum emeticum ex suo croco, oxysaccharum emeticum, & ☿ dulcem: quibus superpondii loco certis in casibus addit turpethum minerale seu Mercurium per ♁o ♀i ⊽atum. Et hæc reverà sufficiunt.

☉ *fulminans p.228.)* Hoc diversimodè paratur: in genere tamen nullum parari potest, nisi participet de ∽u ☽i, & hinc de ⊖e volatili urinoso: alterum ubi deficit, non fulminat; hinc optimè succedit negotium per ∽ ☽i, ipsique si addatur aliquantulum ⊖is volatilis ⊡æ, etiam obtinetur menstruum huic rei aptum: Conf. *KUNCKELIUS Obs. F. no.* 1. è contrà ☉ cum ∽u ⊖is solutum, & cum alcali ♀i ⊽atum, non fulminat, defectu nempe nitri, ut observat *TACCHENIUS Hipp. Chym. pag.* 33. non secus ac ☉ in ♈, ex ∽u ☽i & ∽u ⊖is parata, solutum cum alcali ♀i ⊽atum non fulminat, ut observavit *HOFFMANNUS Clav. p.* 204. defectu nempe ⊖is volatilis ⊡osi: adeoque est curiosa & notatu digna præparatio ☉i fulminantis *EICHSTADII*, quam habet *Tract. de Confectione Alchermet §.* 20. qui præparat ☉ fulminans mediante ∽u ☽i, in quo aurum, quantum capere potest, solutum fuit: solutionem hanc ⊽at cum lixivio ⊖is ♀i, acquirit ☉ fulminans, utut nonnihil ⊖is volat. ⊖✱ci accesserit, In quo ipso reverà contrariatur omnibus, præsertim *WILLISIO de Fermentatione p.* 77. qui necessario ⊖✱cum simul requirit. Certum enim est, quod ∽ ☽i sale proprio impræg̃natus ☉ solvat, saltem fulminis ratio ex ⊖is volatilis defectu non adeò manifesta est, nisi dicere velimus: in ☽o ordinatiè reperiri simul de ⊖e communi, & ipsum ☽ ratione generationis suæ ex urina & stercoribus animalium confectum sal volatile etiam in se continere, ita, ut ex his in dicto menstruo mistura quasi ammoniacalis, licet occulta, resultet: Falsum ergo est, quod quidam fulmen derivare volunt ex ♃e ☉ri, quod cum ☽o, ex menstruo per ⊽ationem regenerato, instar pulveris pyrii per inflammationem ad deflagrationem fulminet. In auro enim deflagrabile ♃ non reperitur, sed potiùs fixum: accedit & hoc, quod post fulminationem factam ☉ integrum denuò deprehenditur, quod fieri non posset, si inflammationem passum fuisset. Est ergò fulmen hoc nihil aliud, quàm displosio quædam ex particularum ⊖inarum ab auri corpore, cui firmissimè adhærent, dissociatione & disgregatione nata, ita, ut ☉ nihil conferat, præterquam, quod subjectum sit, cui tam firmiter ⊖ia adhærere apta nata sunt, & quorum mediante △e quasi effervescentium subitaneâ ac violentâ dissolutione & sonitus & impetus nascuntur. Rem ita se habere, patet ex eo, quod ☉ fulminans sæpissimè edulcoratum, & quantum possibile à ⊖ibus separatum, vim fulminantem amittat, & quod sub ⊽atione sal fixum copiosius paulò additum fulminationem etiam impediat, figens scilicet nimis particulas acidas, eorumque motum impediens, quò minus cum volatilibus ⊖inis particulis effervescere & displodi queant: restituitur tamen hoc modo perditi vis fulminans cum irroratione ▽ vel ⊖✱ci. Cæterùm curio-

curiosa maximeque concinna est præparatio Glauberi, qui scilicet aurum depuratum solvit in ℞, hincque solutioni instillat pedetentim ∽ ⊖✱ci: ita namque cadit ☉ fulminans flavi coloris, & in usu Medico præ aliis efficax. Dum verò ☉ fulminans nunc plus, nunc minus edulcorare solent, sic etiam aut blandè laxat, aut sudorem movet, sepositâ vi laxativâ: & curiosum est, quod ejus grana ij, iij vel jv ad v excrementa nigro colore quasi atramento, tingant: Idem ☉ fulminans non adeò edulcoratum, utut pro purgandis hypochondriacis & tympaniticis, & flatuum impetu sistendo commendetur, tamen inibi est id languidum; contrà verò infantibus epilepsiâ per consensum abdominis correptis ad gran. j vel ij datum, teste experientiâ nostrâ, suprà & infrà mirabiliter movet, & speciatim epilepsiam, modò curabilis fuerit, sistit: Infantes autem frigidi & tanquam mortui post ejus usum jacuerunt. Aliàs in adultis pro scopo purgandi & sudorifero parum præstat, nisi quod in dispositis suaviter illud soleat laxare, in non dispositis minus: Porrò conficitur ex hoc auro fulminante ☉ Poterii diaphoreticum tàm in affectibus apoplectico paralyticis, quàm morbis malignis proficuum, tamen idem quoque in muliere febre petechiali laborante purgationem induxisse ad ℈ß pro 2. dosibus præscriptum observavi. Tandem & ☉ in spiritu ⊖is solutum, & ad gutt. vij, viij ad x propinatum, solet ægris fæces nigerrimas inducere; interim pretiosiora hæc sunt.

Catharticum argenteum p. 229.) ☽a rarò aut nunquam sine consortio cupri, vel naturâ vel arte, reperitur; Nam & vasa argentea participant de ♀e, & minera ☽æ ♀i sociata deprehenditur, hinc & à ♀e vulgares illæ ℞æ sunt cæruleæ, adeò, ut omnes ejusmodi ℞æ sint supposititiæ & ♀is filiæ, non verò ☽æ proles. Cæterùm ex ☽a in ▽ soluta per abstractionem fiunt pilulæ amarissimæ, asciticorum ▽as per inferiora efficacissimè expurgantes (quarum jam genuinam descriptionem videb. in *BOYLEI* Philosoph. Exp. ad gr. ij vel iij, ad jv exhibitæ; unde miror *AUTOREM*, illas nominare deses remedium. Nam in tantum evacuant, ut ægri languescant, qui languor tamen per ♂ialia corrigendus tunc est. Curiosum interim est, unde proveniat amaror ex ☽a in ▽ soluta, & in pilulas redacta. Omnia purgantia vitriolica & venerea sunt naturæ nostræ inimicissima, propter nauseam, quæ in ipsis essentialem partem videtur constituere: sic ♀ea ejus limatura cum ♀o cocta præbet liquorem adeò nauseosum, ut nauseosior esse nequeat.

Lapidis calaminaris magisterium p. 230.) Hic est naturæ ♂ialis, hiucque præcipitatum ejus magisterium est admodum hebes. In paulo inconvenientiori dosi assumptum per accidens fit purgans, quod per se nunquam tale est.

♂ ⊕lo) Hoc solutum in ▽, & ▽atum cum ♁o ♀i, dat crocum, quem *HOFFMANNUS* contra vermes commendat; sed deses est remedium hoc.

⊖ ♂is purgans) Quando ⊖✱cum & limatura ♂is sublimantur, tunc in fundo remanet materia quædam ex ♂e & ⊖e acido ✱ci constans ⊕laceæ naturæ, & parum præstat.

Lapis Armenus vel potior Lazuli) Horum ille coloris ex cæruleo viridescentis; hic verò saphyrini aurescens prodit, primario de ♀e, secundariò de ☽a participat: hinc & lapis Lazuli mediante ♁eo lini (quod copiosum alcali obtinet) colorem cæruleum ultra marinum reddit. Adeoque, quicquid virtutis purgativæ dicti lapides promittunt, eam omnem ♀i sociata, sive ⊕lo ♀is debent. Ergò ob Venerem vel infausti sunt, vel nauseabundi.

TITULUS VII.
DE
DIAPHORETICIS VEGETABILIBUS.

D*Iaphoretica p. 231.)* In his quoad Theoriam duo consideranda probè sunt: nempe

1. Vis generalis ipsa diaphoretica seu sudorifera, quâ talia subjecta vegetabilia potenter sudores ciere solent.
2. Huic virtuti sudorificæ generalis adjuncta vis specifica medicamentosa, in singulis concretis penè singularis; ratione cujus & uni & alteri sapori morboso aut causæ morbosæ corrigendæ sufficiunt. Atque hoc modo sassafras, præter generalem vim diaireticam, specialiter catarrhis dicatum: sicut luxus buxus speciali vi anodynâ, antiscorbutica: & pinus ejusque strobuli speciatim scorbuto succurrunt, quantumvis eadem in genere quoque vi sudoriferâ potenti polleant: Rob juniperi simul est diureticum: rob sambucinum ad erysipelata existit: C.C. & viperæ malignitatem corrigunt: unicornu epilepsiæ medetur.

Consistit autem vis ac facultas operandi diaphoreticorum horum vegetabilium in substantia resinosa amara, eleganter aromatica, adeoque in ⊖e volatili ♁oso, temperato tamen, nec adeò acri; imò nec adeò colliquativo, nec virulento, quali aliàs pollent purgantia vegetabilia: unde consequenter hæc vegetabilia diaphoretica ratione substantiæ suæ resinosæ fundantur in ⊖e volatili oleoso concentrato consistente, ratione cujus, præter vim diaphoreticam, simul corrigunt & temperant acidum, incidunt & resolvunt viscidum, & lymphæ vitia varia emendant & corrigunt; quin imò tonum fibrosum viscerum & partium roborant & restaurant. Atque hoc ita se habere patet ex ♁o destillato ligni quajaci vel ♀i (quoad itidem prosapiæ vegetabilis est) quæ ad gutt. vj, viij vel jx ad x propinata, sunt potentissima sudorifera, & in tantillis guttis tantum præstant, ac decocta lignorum sudorifera in tot haustibus: ratio est; sunt enim illa ♁ea ⊖ia volatilia concentrata seu resinæ liquidæ, quæ ex his subjectis destillata quasi concentratâ vi operantur tàm potenter per sudorem, unde dubium nullum est, ipsa simplicia in decoctorum forma propter ⊖ volatile in dilutiore tamen forma vim suam exerere.

Pro selectu autem nostro sint sudorifera potiora ex *Regno Vegetabili* lignum guajacum cum cortice, cui tamen fraxinus æquipollere dicitur; lignum sassafras; ejus tamen succedaneum est lignum juniperi, cujus baccarum rob, non secus ac sambuci rob, egregium diaphoreticum existit; strobuli pini juniores & arboris hujus cortex; radix tormentillæ non ineptè loco radicis sarsæparillæ recipienda

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1167-6 DFG

pienda; item radix angelicæ non solùm Helvetica, sed etiam nostras, item enulæ, zedoariæ, chelidonium majus, item herba cardui benedicti, scordii, centaurii minoris, item myrrha, camphora; item semen sinapi, napi, aquilegiæ, nasturtii, &c. Hæc potiora sunt diaphoretica vegetabilia, quibus annumerantur etiam sequentia: radix chinæ, bardanæ, quinquefolii, milium, saponaria, lignum ebeni, buxi, corylinum, radix petasitidis, carlinæ, levistici, mel, imperatoriæ, valerianæ, seseli album, radix victorialis, ruta, china chinæ, radix contrayervæ, anthoræ, dictamni albæ, vincetoxici, scorzoneræ, galega, flores calendulæ, juglans, fuligo.

Secundo *Regnum Animale* potiora sudorifera suggerit in cervo, vipera, ossibus lucii piscis, conchis oblongis, sanguine hircino, dente quodam vel eboris, vel unicornu, vel utroque. Hisce sufficientibus annumerantur & alia, nempe rhinoceros, lapides bezoardici, aranea, ciconia, homo, mater perlarum, testæ ostrearum, entali, dentali, blattæ byzantinæ, umbilicus marinus: loco quorum cochlearum nostratum domunculi sufficiunt; hippopotami dens, aper, anas.

Tertio *Regnum Minerale* suggerit potiora sudorifera, nempe ☿ialia hxata, tàm △ea, qualis sunt cinnabaris ☿ii, quàm ☿ialia ex regulo, uti in specie sunt Bezoardicum minerale, item ♂ Diaphoreticum ♂iale, & hinc ℞ quædam ♂ialis insignior, tàm cum acido, quàm cum alcali parata, item ♀ fixus diaphoreticus adeò decantatus Helmontio: Item diaphoreticum quodqam ex Zve, tam sudoriferum maximum Fabri, quàm commune; item pulvis quidam fixus ☉ris, & ℞ quædam ☉iconcinnior. His addi potest unicornu fossile, & ♃ sigillata, item △ commune; quibus subjungatur quasi hermaphroditica soboles ex minerali & animali regno, ⊖✱cum.

Quoad *Composita & Præparata*, ex modò citatis simplicibus ceu potiora sufficiunt ℞ bezoardica selectior, hinc pulvis aliquis bezoardicus, tàm ⊖inus quàm fixus; salinus v.g. ex ⊖e absinthii, ⊖e volatili C.C. bezoardico minerali; fixus verò ex C.C. sine △e, maxilla lucii piscis, unicornu fossile; quibus alia, etiam opiata, sociari possunt; item spiritus quidam urinosus volatilis vel simplex, v.g. ∽⊖✱ci, vel compositus, v.g. liquor, CC. succinatus: Ex ∽ibus verò volatilibus ℞is sufficiat ∽ theriacalis camphoratus. Porrò inter ⊖ia fixa simplicium diaphoreticorum unum alterumve, v.g. absinthii, vel centaurii minoris, vel fumariæ, instar omnium sufficiant. Majoribus ex compositionibus sola theriaca, & electuarium diascordii Fracastorii, aut electuarium tale quoddam compositum, ad horum imitationem paulò concinnius constructum, usurpetur. Plura inter aceta alexipharmaca & theriacalia unum compositum sufficit, quale v.g. est istud, quod ceu expertum describitur à *KIRCHERO in scrutinio Pestis*, vel acetum Theriacale Timæi. Accedat hîc extractum quoddam compositum ex vegetabilibus paratum, facilè per ingredientia animalium ulteriùs perficiendum. Olea inter destillata alexipharmaca & sudorifera unicum compositum, v. g. *pestilentiale* ℞ *Heinisii* ex ℞ *destillato succini, citri, & camphoræ* paratum. Hisce omnibus pro vehiculo inserviat una alterave ▽ destillata, v.g. ▽ florum, sambuci, cardui benedicti, vel fumariæ.

Diaphoretica Venerea) Per hæc intelligit *AUTOR* ligna & radices pro cura hujus morbi requisita, circumscribitque illa qua ternario numero, allegando lignum gvajacum, ejusque corticem, sassafras radices chinæ, & sarsaparillæ: quibus tamen moderni addunt alia simplicia plura, v.g. radicem periclymeni, bardanæ, ligna juniperi, buxi, fraxini & coryli: atque ex omnibus his selectum faciendo *AUTOR* guajacum cum cortice eligit. Interim tamen selectus hic mihi nimis angustus videtur; indeque pro Praxi liberaliori, utut selectiori, guajaci ligno & cortici addendum esse puto lignum sassafras, juniperi cum baccis, item strobilos pini & cortices hujus recentes: ut & tandem loco radicis sarsæparillæ radicem tormentillæ nostratis, quæ singularis effectus est in pluribus casibus. Et quamvis *AUTOR noster* hæc non æstimet ideò, quod non semper satisfaciant scopo, h.e. inveteratam luem Veneream curent; imò & ☿ialia & ♀ialia in confirmato malo sæpe frustranea reperiantur, adeoque loco omnium unicum sellgendum esse moneat: Interim tamen moderni laudem merentur in cura luis venereæ inveteratæ utramque conjungendo methodum, nempe Decoctis lignorum sudoriferis remedia salivatoria superaddendo, quò sic duplicatâ vi rebelle istud malum ejiciatur, adeoque præmissis appropriatis purgantibus & decoctis sudoriferis salivationem mercurialem nunc quidem externè, nunc verò per interna excitant, subjungentes huic denuò decoctorum sudoriferorum usum.

China p. 232.) Radix hæc ob vim suam aromaticam non inelegans est, & speciatim contra scorbutum valet: interim quoque verum est, quod huic chinæ pro scopo sudorifero, extra luem Veneream præsertim, alia æquipollentia præstent, nempe radix bardanæ & tormentillæ, item quoque milii Decoctum: & quidem Decoctum radicis bardanæ insigni vi sudoriferâ egregiè pollet, adeò, ut Practici nonnulli illam ad pleuritides per sudorem curandas propinent. Ejusdem effectus est decoctum radicis tormentillæ amarissimum, sarsaparillæ radicis Decocto substituendum:

Ambrosiaco Decocto) non secus ipsum milii decoctum Ambrosiacum, egregiè sudoriferum, uti non tantùm in febribus intermittentibus curandis à vulgo adhibetur, sed & illud *ANGELUS SALA* ad variolas per sudorem curandas commendat.

Sassafras) Hoc in puncto curandæ luis Venereæ non quidem adeò valet; interim tamen in catarrhalibus affectibus egregium tantoperè est, ut & alexipharmacon catarrhorum audiat, sive more Majorum jam in decocto, sive in ℞a aut Infuso exhibeatur. Et quidem paratur ex eo *essentia catarrhalis*, vel beneficio ▽æ benedictæ serpilli, quam describit Mynsychthius, vel beneficio ∽ serpilli; quæ assumpta ad cochlear unum egregia est. Taceo singularem vim aromaticam stomachicam, inesse sassafras, sapore fœniculato se prodeuntem, stomachoque gratam. Porrò paratur ex illo ℞ duplici modo: ℞ nempe aliud empyrevmaticum per retortam, & aliud per vesicam; idque gratissimum instar olei destillati fœniculi, internis usibus pro curandis cathartis aptum. Similiter ∽ ex illo duplici modo elicitur; nempe vel per ▽ abstractionem, qui sp. vini sassafratus audit; vel per ligni in retorta destillationem acidulus: horum ille non adeò pretiosus; posterior verò pretiosior, quippe is acido

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1168-2 DFG

volatilis existens rodit corallia, eaque solvit, ut hinc ℞ coralliorum sassafrata parari possit; vel & possunt solvi corallia in succo citri, deinde magma cum ∽u ligni sassafras ulteriùs extrahi in ℞m coralliorum sassafratam, cum ∽u lignorum paratam.

Optimè aliàs *Essentia ligni sassafras* parari potest sequenti modo: spiritus ligni sassafras acidulus rectificatus digeratur per aliquot ♁♀ cum ana ▽ sassafrati, iterumque ad siccitatem abstrahatur: qui vel rasuræ ligni sassafras superfusus egregiam constituit essentiam; vel solutio coralliorum ad mellaginem inspissata mediante hoc spiritu in *℞am coralliorum sassafratam* extrahi potest.

Ebeni Decoctum p. 233.) Commendatur Decoctum ebeni ab *AMATO LUSITANO*, religione Judæo; interim dicit *AUTOR noster*, non esse adeò exploratum ejus usum, sed lignum id pro asseribus aptissimum.

Saponaria) Hæc à quibusdam decoctis ♀eis additur; sed vis ejus inanis est.

Buxo) Buxus anodyna & ferè narcoticâ vi se commendat; imò & Decoctum & ♁ destillatum sudorifera vi quoque pollent; interim horrida sunt ea ob amarorem & empyreuma remedia.

Fraxino) Fraxinun nonnulli substituunt ligno guajaco: sed res, fatente *AUTORE*, non est adeò experta.

Aliorum quoque morborum p. 234.) Decocta sudorifera lignorum primariò ad luem Veneream usurpantur; à Modernis autem & ad cachexias mulierum, phthises incipientes & catharrhos ex lymphæ vitio natos, sunt usitata; nec adeò inconcinnè, v.g. quando sunt ex lymphæ affectibus: Hinc hæc ligna selecta dictis in affectibus adhiberi possunt.

Guajacum cum cortice) Cortices lignorum, quia sunt magis resinosi, quàm ipsa ligna, adeoque & magis medicamentosi; hinc & mos est, ut in præscribendis lignorum decoctis p. ij vel iij ligni guajaci & pars j. corticis ejus sumantur, quò hujus additione sic stimuletur vis medicamentosa ligni. Ac quidem pro sudorifero sorti præferimus Decoctum guajaci, quod magis penetrat, & plus de sale volatili lignorum participat (cum ejus essentia & extractum plus de ♁, & tandem ∽ saltem de sale participet) inter hæc medium obtinet Decoctum in ▽ simpl. paratum, quæ elicit ⊖ & resinam ♁eam, ejusque modus præscribendi esto talis:

℞. *Rasur. lign. guajac.* vel *lign. juniperin.* ℥vj
cortic. lign. guajac. ℥ij
sassafr. ℥j
℥ii in pet. ligat.
℥ii viv. in pet. ligat. āā ℔ß.

Coque in Mens. jv vel v, h.e. ℔ xij vel xv. ▽ simpl. (ita ut ℥j vel ℥jß ingredientium respondeat semper ℔j ▽æ) coque vase clauso ad remanentiam tertiæ partis vel mediæ: Colat. D. S.

Schweißtranck auffetliche mahl.

Etenim sassafras quoque in nostro selectu locum habet, sicut & juniperus est nobile simplex, in qua singularis vis balsamica latet, ratione cujus semper vegeta est, ac in ejus baccis resina continetur potenter sudorifera & alexipharmaca; unde & rob baccarum *theriaca Rusticorum* audit: imò & vis aromatica egregia in juniperо latet, respectu ejus à *TACKIO in Chrys.* ligno cedri Helmontii pro remedio ad vitam longam procurandam recommendato, substituitur; non secus ac quoque baccæ ac lignum juniperi non cedunt vi catarrhali ipsi ligno sassafras. Interim cum lignum juniperi exilem habeat corticem, hinc loco corticum addantur eidem ejusdem baccæ, vel recentes, vel exsiccatæ; & recentes quidem contusæ adjiciantur decoctioni ad mediam ferè partem absolutæ, cùm aliàs dulcor earundem amarescat; baccæ verò aridæ unà cum ligno infundantur & decoquantur. Tandem & nos contra *AUTOREM nostrum* eligimus pinum, cujus strobili tenelluli adhuc glutinosi pingues, vi balsamicâ & antiscorbuticâ pollent, adeò ut rectè à quibusdam pinus *arbor antiscorbutica* vocitetur. Jam verò, cum scorbutus apud nos vernaculus morbus pathemata artuum diversimoda, paralyses, contracturas & dolores vagos excitet, proinde inter alia appropriata pini strobilos & corticem commendamus, recipiendo *strobil.* M. j. vel *cortic.* ℥ij vel iij; quibus incisis affundatur mens. j. *cerevisiæ*, decoquendo hinc ad medias, vel etiam tertias, & propinando subinde hujus Decocti haustum.

Nec sarsa) loco radicis sarsæparillæ optimè sufficit radix tormentillæ nostratis, quæ vi diaphoreticâ & alexipharmicâ decantatissima est: pro quibus scopis etiam quibusvis compositis ordinari solet; unde non sarsaparillæ saltem radici, sed etiam chinæ radici substitui posse asserit *AMMELUNGIUS in Apolog. cap 2. pag. 98.*

▽is destillatis) ▽æ destillatæ simplices & compositæ ex his lignis paratæ nil valent, sunt pura phlegmata; & cùm vix decoctione lignorum vis elici queat, quid sperandum est de phlegmatibus illis?

Extracto guajaci p. 235.) Hinc quidam Extractum & Essentiam ex lignis per ▽ parant; namque hic resolvit eorum resinam, quæ aliàs sub destillatione prodit in ♁ destillatum, nunc verò post extractionem essentiam constituit; sicut contrà si per evaporationem detrahatur ▽, dicitur Extractum. Jam verò essentiæ illæ suo modo non sunt contemnendæ; utut enim in radicata lue Venerea & aliis malis radicatis minoris virtutis sint; tamen in cachexia muliebri ad anasarcam declinante, & ex sero crudiore nata nil melius est ejusmodi Extractis alterantibus, & simul evacuantibus, addendo iisdem baccas vel lignum juniperi, quò sic concilietur vis diuretica.

Sal Guajaci fixum) Guajacum suggerit parum ⊖is fixi; Extractum verò ejusdem per decoctionem paratum copiosum ⊖ fixum reddit: quod phænomenon sanè consideratu dignum est; interim nec hic ⊖ fixum ullam præ aliis prærogativam habet, cùm omni vi seminali per calcinationem exhaustum illud sit; unde & alia ⊖ia fixa eidem substitui possunt.

∽ *ejus*) nempe ∽ guajaci per retortam destillatus in lue ♀ea minoris est efficaciæ, quàm quidem decoctum ejus ritè factum, quod magis laudatur.

Heraclino) ∽ & ♁ Heraclinum sunt decantata Rulandi remedia, & paratum fuit reverà ♁ hoc reverà ex ligno corylino, sed certo tempore deciso, per descensum id destillando; egregium in epilepsia, in partu difficili & lumbricis: vid. *Curat. empir. Rulandi.*

E juglandinum putaminibus p. 236.) Harum viridia putamina dant ∽ acidum, & ex addito ⊖e communi ⊕lum vegetabile.

Quod

Quod autem quispiam) Hic, quoad parenthesin p. 236. insinuat *AUTOR BOYLEUM*, qui in *Chymista scepticio* hoc habet experimentum: nempe dum coralliis affundit ∽um lignorum acidum volatilem, solutionem blandè abstraxit, ∽um ⊖ino-volatilem acrem, quasi oleoso alcalinum, acquisivit ipse, quod curiosum est; sicut ex ∽u mellis acido, aceti, mannæ, &c. simile obtinetur; ubi particulæ acidæ ∽uum horum manserunt in corpore solutæ, & coagulantur in substantia corrosa; omnia enim corpora acida ex corpore corroso coagulantur, ac, dum hoc factum est, blando interveniente igne particulæ ⊖inæ volatiles oleosæ abierunt in ∽um ⊖ino volatilem acrem. Etenim ∽ lignorum, dum destillatur, suggerit phlegma, ∽um & ☍ volatile, est ∽ hic acidus ☍sus, in recessu nonnihil de sale volatili participans; atque hoc sub △is tortura adhæsit ∽ui prodeunti; maxima verò pars colliquata fuit in texturam ☍ei, quando enim affunditur coralliis, acidum imbibunt. Hoc inde patet: Quando enim destillatur lignum in vase clauso, prodit & ∽ & ☍; è contrà quando illud concremo apertè, tunc acidum & ☍ in forma fumi avolant, & flammam constituunt atque fuliginem, atque hæc destillata iterum dat ⊖ volatile & ☍, non secus ac lignum per retortam destillatum, quæ antea erant in ∽ & ☍ in retorta; hinc deflagrato pingui ☍eo, ⊖ volatile sui juris factum in fuligine facilè in ⊖e volatile transit.

☍ verò Guajaci) Oleum tartari & ligni sassafras empyreumatica si rectificentur à CC. usto, prodeunt penetrantissima, summè sudorifera & carminativa, pathematibus hystericis & colicis, item febribus malignis dicata, utut loco omnium sufficere queat vel ☍ destillatum ♀i vel guajaci.

Diaphoretica simpliciter aut simul Alexipharmaca p. 237.) Alexipharmacorum sudoriferorum legitimum usum hic injungit *AUTOR*, quem & prosecutus jam est in *Tract. de volatilisatione ⊖is ♀i p. 86.* item *PAULI in Digressione de Febribus malignis.* Et quidem remedia hæc sudorifico-alexipharmaca in morbis acutis usitata sunt duplicia; nempe vel fixa vel volatilia; Fixa, ut ♂ diaphor. Bezoardicum minerale, terra sigillata, & partes animalium duriores & osseæ, quæ ultra primas vias vix operantur, sed in substantia sua propria infernè redduntur: Alia verò volatilia ultra primas vias in MS. & intimos corporis recessus penetrant, & sunt iterum duplicia: nempe vel de natura salina, ut ∽ CC. salia volatilia vegetabilium & animalium; vel de natura ♃ea pingui participant, ut v. g. ∽ vinosi, Ess. & Extractum lignorum, extracta theriacalia camphorata, ⊖ia volatilia oleosa, ubi quidem ∽ illi ⊖ini semper aliquid de oleo admistum habent, & quò magis hoc habent, eò magis de vi concretorum specifica participant; sicut contrà & essentiæ ♃eæ aliquid ⊖is volatilis adjunctum sibi habent: interim prout alterum horum vel magis vel minus extraversum est, eatenus nunc ⊖is volatilis, nunc ☍ei nomen acquirit.

Jam verò quoad usum diaphoretico-sudoriferorum, sufficiunt neque fixa sola, neque volatilia sola; sed utrorumque administrandorum rationem tribus cautelis denotat *AUTOR*; quarum

I.ma est hæc: ne volatilioribus calidioribus atque fumosis mixturis atque liquoribus abutamur, h. e. ne ista volatilia, præsertim ♃ea & oleosa pinguia, in statu morborum malignorum & febrium ardentium, sed saltem in principio & incremento acutorum adhibeamus; nam posteriori ratione vi suâ sudoriferâ alexipharmacâ quasi in prima morbi hora multum proficiunt, præsertim ubi pro circumstantiarum ratione vomitorium fuerit præmissum. Contrà si in statu morbi talia exhibeantur, mirum quantum vires ægrorum prosternunt, ac parum vel nihil sudoris movent; non secus ac eadem volatilia in statu morbi acuti maligni propinata, propter sui penetrationem, ex massa sanguinea agitata & nimis resoluta novas corpori excitant turbas, scilicet vel cephalalgias vel deliria, præcipuè si camphora vel fortiter olea addantur secundum Autorem: quæ omnia tamen minus timenda sunt, si in principio morborum præbeantur: Ex adverso camphorata si dantur in statu morbi, apud subjecta literata raram ∽uum animalium texturam habentia, & muliebria nervosam texturam delicatiorem obtinentia, vel solo odore lædunt.

Ilunda Cautela est: ne in febrium malignarum, item pleuritidis aut febrium acutarum principio & quoque augmento volatilia diaphoretica nimis fugiamus. Etenim, ubi tales ægri mox in principio fuerint anxii & æstuosi, præsertim in pleuritide maligna, tunc quidam Practici pestis instar ista volatilia horrent; interim his in casibus nec timidus solito, nec tumidus esto Medicus. Etenim in principio & augmento talium morborum, utut symptomata urgentia aliud videantur suadere, non negligenda sunt ⊖ia volatilia, quippe quæ in principio febrium malignarum pleuritidum epidemicarum, & morborum acutorum, urgente malignitate pro scopo sudorifero commendanda sunt; subjungendo hisce blanda acida, MS.am nimis sub sudore dissolutam denuò condensantia, ejusque consistentiam restituentia, qualia sunt ♀ea, v. g. ∽ ♀is, clyssus antimonii, & ∽ ☉i dulcificatus, & similia. Hæc certè in malignorum principio multum obtinent, cùm contrà fixiora sola rarò sufficiant; multò minus laxativa clysmata, V.S, &c. conveniant, quia tempus medicandi solummodo hisce perditur.

IIIia est: sola fixiora pro scopo sudorifero hisce in casibus rarò sufficiunt, adeoq; in morbis malignis non solis antimonialibus aut bezoardicis confidamus; quin potiùs, præmissis volatilibus, ejusmodi demum in statu morbi remediis fixioribus utamur. Hoc observavi in petechialibus; in quarum principio allegata fixa quidem cum sudore, in statu tamen sine eo operantur, & malignitatis vires non sufficienter expellunt; unde ne antimonialia in talibus casibus quasi ad naturam suam redire videantur, ac vomitus & secessus moveant cum ægri damno, aliàs sæpè diarrhœis colliquativis & vomitu laborant: hinc ubi talia symptomata complicata, Ram anodynam nostram cum mixtura simplici adhibeamus, & postmodum his præmissis in statu demùm ad fixa ♃ialia accedamus,

Cam-

Camphoram p.240.) Verum est, eam esse singulare concretum penetrantissimum, & cui simile in omnibus tribus regnis non reperiatur; odor etenus totum penetrat corpus, sudoriferum potentissimum: In morbis malignis & pestilentialibus, tàm præservativè, quàm curativè, in effectu sibi non habet simile. Ac quidem camphoræ vis in malignis ex eo dependet, quod cùm ea penetrantissimo sui odore universum corpus pervadat, proximè quoque in imaginabili subtilitate ~-ibus influis se associet, eosque tingat quasi & balsamo impræguet quodam, atque hac ipsa vi & præservando & curando tantum præstat in morbis malignis. Certè in morbis pestilentialibus & similibus remedium sine camphora est instar bellatoris sine gladio. Accedit, quod camphora sit purissima resina per se & inflammabilis sine heterogeneitate, commodè in substantia usurpanda, quæ tamen simul afflictissima; quippe cum sit concretum oleosum, hinc admodum inflammabile, ideò sedulò occupati fuerunt Chymici, ut illud in olei consistentiam redigerent. Est autem nihil aliud, quàm alcali volatile, à natura propria pinguedine sufficienter saturatum, ratione cujus texturæ contingit, ut camphora vegetabilibus acidis, sive ipsi congeneribus, & quorum respectu à simili pingui saturatum est, nullo modo solvi possit; quin potiùs pro solutione sui fortiora acida, quæ acidum ejus nativum superant, requirat, adeoque saltem in ▽F, ~-u ☽i, & ☍ ☽li saltem resolubilis existat. Interim præter hæc acida camphora & solubilis est per alcalia, speciatim volatilia: sic proprio didici exemplo, quod ~- ⊖*ci, additione ▽ paratus, quoque sufficienter penetrantiores resinas vegetabilium & animalium solvat, ut ambram, castoreum, opium, asam fœtidam, ut & speciatim camphoram, ita ut hæc in momento, quo injecta camphora, deglutiatur. Verùm omnes hæ solutiones sunt saltem superficiales; quippe si iisdem injicitur ▽ simplex, dictum factum camphora resuscitatur, & nativa in forma sesistet camphora in forma solida, quia adeò fugax est, hinc in forma liquida nulli permiscibilis, propterea semper annisi sunt Chymici, quomodo camphoram in oleum propriè sic dictum pingue, lucidum, nec per aquam resuscitabile, sed ipsi supernatans redigerent: ubi tamen difficile est negotium ex eo, quod ⊖ volatile camphoræ, quod corpus ejus constituit, copiosâ & debitâ pinguedine largiter impræguatum sit; unde cum ⊖ istud volatile undique turgeat pingui oleo, nullibi ▽æ vel phlegmatis admittit consortium; (pinguia enim & acida sunt insociabilia) sicut aliàs quoque nullum corpus resinosum potest redigi in consistentiam olei destillati, nisi attenuetur resina, & interpositione particularum ⊽earum fluorem aqueiformem acquirat: hinc cum & idem in camphora fieri nequeat, propterea & eadem difficulter in ☍ est redigibilis; & utut viderim aliquando ☍ camphoræ in nullo liquore resuscitabile, quod dicebatur paratum ex camphora cum ⊽ sigillata & lacte, tamen hunc processum, quia non feci experientiam, pro vero obtrudere nolo. Ut ergò Veteres in substantia usurparunt camphoram, in pulveribus, trochiscis, electuariis, &c. in forma sicca; ita Moderni ex ea elicere gestiunt ☍; ubi tamen pauciissimum acquiritur, quando camphora destillatur cum duplo boli, quod tamen affusione ▽æ resuscitabile est: Camphoram etiam dissolvunt in oleo amygdalorum dulcium, quod debilius est: Denique *oleum compositum* conficitur *camphoræ*, solvendo nempe hanc in oleis destillatis & imbibendo; sic nempe illa his propter texturæ similitudinem associatur, & evadit *oleum camphoræ compositum*. Interim verum camphoræ oleum pellucidum, fluidum, & quod ▽æ supernatat sine reductione, rara est avis; quando autem oleum per ▽am resuscitari potest, saltem est larvatum, non genuinum; oleosa enim subjecta sunt vel expressa, vel destillata; inter expressa v.g. est illud oleum amygdalarum dulcium, quod solvit camphoram, & hoc oleum convenit in odontalgia & dolotibus partium: pro interno usu potest esse oleum camphoræ destillatum, mixtum cum alio oleo destillato, v.g. recipiatur oleum destillatum vel juniperi, vel succini, & horum alterutrum vel ana vel in duplo, mediante cohobatione per retortam cum camphora in ☍ non inelegans pro pluribus externis scopis destillatur. Huc spectat *oleum antipestilentiale Heinisii*, *Medici Veronensis*, ex mixtura *olei destillati succini*, *olei destillati corticum citri*, & *olei destillati camphoræ*: cum bolo hæc omnia proportione anatica miscendo frequenter per retortam cohobavit in *oleum antipestilentiale compositum* sudoriferum in malignis insigne. Cæterum, utut camphora sæpius sit egregia in flatibus & flatulentis affectibus, item in hysterica passione, tamen non omnes æquè mulieres eandem ferre, propter subtilem & penetrantem odorem, possunt, cùm & propter camphoram ingredientem mulieres Ram bezoardicam abhorreant; ac in *THONERI Observationibus Practicis* prostat exemplum hystericæ per usum camphoræ mirè exasperatæ, unde habenda est ratio idiosyncrasiæ ægrorum, præsertim in sexu sequiori.

Cum ~-u ardente probè rectificato seu alcalisato p.241.) Post hæc olea *AUTOR* docet parare *Essentiam camphoræ* cum ▽ ☽sato, & rectè: spiritus vini enim talis ratione ⊖is alcali ☽i, quod secum elevat, & ex parte volatilisat, egregiè solvit camphoram, & eandem largiter imbibit; unde & essentia talis camphoræ, seu ~- vini camphoratus, internè prodest insigniter. Eadem essentia & variis Ris facilè sociari potest, nec non misceri cum aliis subjectis ~-uosis, theriacalib°, &c. tam pro interno, quàm externo usu.

Porro p.242.) Hic præmoneo: quoad selectum vegetabilium diaphoreticorum, quod lignis illis supra denominatis, ex insigni radicum diaphoretico-alexipharmacarum numero, hæ adjiciendæ sunt; nempe radices angelicæ, quæ insigniter aromatica, enulæ, tormentillæ, carlinæ, zedoariæ, gentianæ; quibus etiam non inconvenienter sociari potest radix chelidonii majoris; Hæ pro selectu ex omnibus sufficere possunt; similiter ex herbis & foliis inter sex centa sufficiunt pro scopo sudorifero herba carduibenedicti scordium, & quibus placet, centaurium minus: sic ex fructibus vegetabilium baccæ juniperi, & earum rob: Ex resinis camphora, myrrha, & opium; quod nobile sudoriferum: ex seminibus, quibus placet usurpare pro scopo sudorifero, utut hæc magis infantibus tenerioribus opem ferre soleant, accipiantur semen sinapi, napi, aquilegiæ, cardui benedicti & nasturtii, quæ commodè in formam emulsionis redigi possunt, & contra morbillos & variolas prosunt.

Radices quædam) Considerat radices alexipharmacas. Harum *AUTOR* duas eligit, simul indicando, eas usurpari vel crudas vel præparatas: Crudas quidem in forma pulveris vel infusi, item decocti; Præparata verò in forma extracti, cujus præparandi modum inferius docet idem.

Angelicam nostratem) Inter radices hanc eligit *AUTOR* præ reliquis, eamque præfert Helveticæ; ubi tamen hoc observandum, quod secundùm soli diversitatem plantæ varient maximè, ideoque *Helvetica* est odoratior, penetrantior, & resinosior; unde dubito: an huic nostra æquiparanda sit? Post angelicam allegat carlinæ & enulæ radices, quæ tamen non adeò necessariæ.

Angelicæ semen p.243.) Ex angelicæ tàm radice quàm planta oleum destillatur, præter vim singularem carminativam etiam vi alexipharmacâ decantatum: interim dicit *AUTOR*, hujus loco tamen oleum destillatum succini vel rutæ nobis sufficere.

Balsamum eleosaccharumq; angelicæ) Hæc non necessaria rectè putat *AUTOR*, cùm ex tempore eadem sint parabilia.

Extracta) Extractis radicum singularium præfert extractum aliquod compositum ex omnibus radicibus selectis, cum ☿ ♃ato præparatum, quale abstractione menstrui inspissatum extractum loco omnium seorsim dispensandorum sufficere potest: cui & alia, uti C.C. sine Δe, ♁ diaphoreticum aut pulvis quidam selectus viperinus, itemque camphoræ q.s. suo tempore combinari poterunt.

Compositum Extractum p.254.) Extracta composita meritò hîc taxat *AUTOR*, utpote quorum descriptionem videb. in *HORSTII Dispensatorio*, *QUERCETANI*, & *SCHROEDERI Pharmacia*; & rectè in his duo desiderat, nempe

1. volatilium in tanta ingredientium farragine sub inspissatione factam dissipationem,
2. fixorum non sufficientem extractionem.

Pauca itaque sufficiunt.

Theriacalia) Paratur & *theriacale Extractum* ex theriaca; in quo considerandum:

1. Quod multa ingredientia in theriaca inveniantur, quæ à ∽u vini non possunt extrahi.
2. Quod theriaca multum mellis contineat, quippe à quo in consistentiam debitam redigitur; unde ex melle ☿ multum extrahet, ex aliis contra nihil.

Horum ergò intuitu potiùs theriaca in forma nativâ usurpetur; loco autem extracti theriacalis illud extractum superius expositum substitui potest.

▽e) Aquæ singularum radicum diaphoreticarum partum in recessu habent, aut si aliquid obtineant virtutis, habent eam à subtiliore ♁o, ob hujus imbibitionem parum de odore & sapore sui concreti participant.

Abstractitio Angelicæ ∽up.246.) Loquitur *AUTOR* de ∽u angelicæ abstractitio, quando ☿ sæpè abstrahitur ab angelica; sed taxat eundem *AUTOR*, & loco hujus pro curativo scopo tincturas & essentias alexipharmacorum, sicut pro præservativo infusa simplicium requisitorũ vel in vino, vel macerata eadem in aceto, commendat; non secus, ac quoque theriaca, myrrha, & camphora, acero infusa faciunt infusum alexipharmacum præ omnibus aliis in præservatione eligendum.

▽ie vitæ destillatis) sicut tandem loco omnium ▽rum vitæ esse poterit ∽ theriacalis camphoratus.

Essentia p.247.) Insinuatur hîc modus elegans parandi *extractum angelicæ*, quod in vegetabilibus omnibus aliis, quæ ▽ tractari possunt, locum habebit; nempe

℞. ▽, ♀i *fixi, vel* ⊖ie ♀i, *unciâ j. v.g. impregnata*; quæ affunditur radicum angelicæ extrahendar. ℥viij (adeoque respectu specierum infundendarum octava pars salis fixi,) hinc infusa hæc successivè ebulliant ad extractionem; deinde extractione factâ & transcolatâ, inspissetur in B.V. (nam in MB inspissatio nimis lentè procedit, sicut in alio Δe periculum est, ne empyreuma contrahat) in extractum seu potiùs in magma quoddam, quod affusâ ☿ sextuplâ quantitate in formam essentiæ redigatur; sicut tandem hoc ☿ abstractione denuò in legitimum extractum inspissari poterit.

Atque ita, ut dixi, extracta ex omnibus subjectis vegetabilibus, quæ ▽ tractari possunt, parari poterunt; è contra ex subjectis vegetabilibus resinosis, quæ cum ▽ tractari nequeunt, fiunt Essentiæ & Extracta beneficio ☿ tartarisati: cujus rei ratio est, quod si substantia vegetabilium resinosa, adeoque oleosa & viscosa, & quæ in stomacho præcipitata ejusdem rugis pertinaciter adhærescit, à sale fixo addito solvatur, ejusdemque textura sic aperiatur, quæ reserata à ☿ & imbibita dat Essentiam in quocunque ▽eo vehiculo resolubilem & penetrantem sine ⊼ation, sale fixo & terrestreitate vegetabili à ☿ intactis relictis.

Nec è Ruta p.248.) Ex omnibus Præparatis eligit *AUTOR* rectè oleum rutæ destillatũ, quippe in quo reverà crasis toti concreti concentrata hæret, tamq; interno, quàm externo usui, loco quorumcunq; remediorum ex ruta paratorum inservit. Herba autem rutæ exsiccatæ nobiliorem substantiæ suæ vim perdidit; sicut & recens seu viridis optima est, & ubiq; potest haberi. ▽ parum in recessu habet; imò ipsum ejusdem extractum propter oleosæ substantiæ evaporationem nihil valet. Sufficit ergo oleum. Interim recens ruta in infusis locum meretur. Reliquæ ex alexiphurmacis nil prosunt.

Myrrha p.249.) Myrrha post camphoram pro scopo alexipharmaco & diaphoretico est nobilissima; hinc in omnibus morbis malignis cum cutis excretionibus conjunctis, nempe febribus purpuratis, variolis & morbillis, petechiis, item passionibus hysterics, catarrhis, tàm præservativè quàm curativè proficua; quæ ipsa selecta, flava, lucida, amara saltem usurpatur, die fein gelblicht aussieht: quæ non opus habet ullâ depuratione, quam aliàs tradit *SCHROEDERUS*; sed rectè rejicit *ZWELFERUS*. Cæterùm datur myrrha vel in substantia, vel in forma liquida essentiæ: Jam verò, cùm myrrha sit resina oleosa, propterea non tàm facilè solvi potest per ☿, nisi cum rectificatissimo, qui tamen ipsam non solvit, sed saltem aliquid extrahit, utut fuerit rectificatissimus; sicuti contrà acetum destillatum eam taliter qualiter, sed turbidè solvit, non secus ac ☿ cum ∽ ⊖is acuatus idem præstat. Sed pro usu Medico optima est *essentia myrrha* cum alcali fixo parata, h.e. sumatur *myrrha*, eaque cum octava parte *alcali fixi* teratur, hinc infunditur in ☿ *rectificatissimum*: sic namque alcali illud solvit pinguedinem myrrhæ, ut illa facilius à ☿ sit extrahibilis; Vel

℞. ☿ ♀ *satus*, vel ☿ ⊖ ♀i *impregnatus*:

isque affunditur *myrrhæ*; sic namque elicitur *essentia* rubicundissima, integram crasin myrrhæ optimè continens, & *LANGIO essentia salutis* dicta.

Et hæc essentia, tàm in forma liquida, quàm extracti, egregia est in morbis malignis, item in variolis & morbillis, tàm præservativè quàm curativè; item in passione hysterica, affectibus catarrhalibus & similibus speciatim vi alexipharmacâ est insignis. Tandem fieri posset experimentum: annon, quemadmodum alias ⊖ ∽ ✱ci vinosus cum affusione ∽ vini factus extrahit *essentiam* elegantissimam polychrestam in puncto lochiorum & menstruorum; ita si misceatur āā ⊖ ✱ci & ⊖is ♀i & myrrhæ, & affundatur ☿; hinc blandè destillentur per retortam, aliquid prodeat

prodeat pro ~ *n myrrhato composito*; sicut aliàs itidem cum succino tentavi non sine successu.

℞ *nidorosum p.*250.) ℞ myrrhæ destillatum non datur: elicitur quidem aliquid olei ex myrrha, sed empyreumaticum paucum & tœdiosum, unde vix datur: Paratur verò exinde ℞ per deliquium: sed quomodo? videte *SCHROEDERUM*. Nempe ineluditur albumini ovi indurato. Interim hoc ℞ saltem inservit usui interno diaphoretito est conveniens.

Cardui benedicti pulvis) Cardui benedicti pulvis pro dosi ʒj ad ʒij plebejis in usu existens; admodum tœdiosus est, & in malignis parum præstat. Semen verò ejus in infantibus locum invenit; sicut tandem decoctum ejusdem sudorem movet; ut & extractum, cujus ℈ß cum granulo j. extracti opii dedi aliquando mulieri, ex cujus usu per totam noctem potenter sudavit; ut adeoque Decoctum cardui benedicti ad imitationem Rulandi, & ejusdem extractum supra dicto modo paratum, sit egregium. Oleum autem vix comprehensibile, non datur.

Scordium) Scordium nostrum est egregium, nec semper eligatur Creticum, sed sufficiat nostrum. Usurpatur verò externè & internè: externè quidem in ulceribus putridis, & arcenda gangræna: pro quo scopo tamen & myrrha, vel alliaria secundùm *AUTOREM* in defectu scordii adhiberi potest. Interim tamen Extractum & Decoctum scordiisatis sudorifica esse solent. ▽ contrà ejus parum præstat.

*Conservas p.*251.) Conservæ scordii & cardui benedicti similiumque subjectorum diaphoreticorum rarò sunt in usu; nec, nisi pro corpore electuariorum ex tempore præscribendorum in usum vocantur; sicut eorum syrupi inserviunt misturarum præscriptarum edulcorationi. ☉ etiam succo scordii coagulatum, ex *ZWELFERO* parum habet in recessu.

Diascordii communis) Compositum frequentissimi adhuc usus est electuarium diascordii Fracastorii, idque nunc cum copiosa rosarum conserva, nunc sine ea paratum. Hoc ipsum dosi ʒj in vehiculo acido pro scopo sudorifero in morbis malignis dari solet, & nos ejusdem usum laudamus: suadeo tamen, ut præparetur illud secundùm *SYLVII* correctionem, quam habet *Lib.* 1. *Prax. cap.* 11. sic enim longè potentiùs erit; utut & loco hujus theriaca vel mithridatium sufficiat. Equidem *FRACASTORIUS* & alii gravidis tutius theriacâ id esse autumant, sed monet *AUTOR*, nec theriacam his nocere.

Salia cardui, scordii) Ex simplicibus diaphoreticis etiam ⊖ia fixa nonnullis in usum trahuntur, at sufficere potest loco omnium unum vel alterum ⊖ fixum, quippe ⊖ia fixa in usu Medico nullam habent specialem differentiam, & utut etiam tantillum de ♃e concreti participent, tamen illud ita intraversum est, ut nullam mereatur considerationem: unde vel ⊖ artemisiæ, vel millefolii, vel absinthii sufficit. Atque ita parari possunt dicta, vel sumpto alcalisato, vel etiam additione cujusdam acidi, quod *HARTMANNI* inventum est, in substantiam pro usu diaphoretico salsum mutando, & fit; quando ♃antur cineres; vel deinde ad imitationem *salis febrilis Mynsychthii* (quod constat ex ☉ & ⊖ *ⁿci* āā ʒj, & ⊖*ium fixorum* ℥iij & nonnihil ⊖ium hoc est) v.g.

℞. ⊖ *absinth.* vel *artemis.* ℥iij
⊖ *ⁿc.*
☉ āā ʒj ad ℥ij. M.

Detur pro dosi ʒß vel ℈ij ad ʒj, expectando sudorem.

Tandem alius adhuc modus superest, mutandi alcalisata in ⊖ium saporem, nempe per ~ ⊕li, ☉i, vel etiam ▽, imò & vinum; hoc modo tamen illa ita mutantur, ut loco ⊖is fixi emergat ⊖ aut ☉ purum regeneratum, magis diureticum quàm diaphoreticum existens. Ergo Decocta laudo vel Essentias pro ⊖ibus vegetabilium.

Essentiale è cardno solo p. 252.) Sal essentiale cardui benedicti vel similium amaricantium duplicem modum præparandi agnoscit, quorum alter procedit ex succo ejus expresso & nonnihil inspissato; ast sic emergit saltem sedimentum bolare aut semitartareum nullius pretii; si verò sumatur ejus Decoctum, & inspissetur ad partes ij vel iij, hinc in loco frigido reponatur, tunc crystalli nitriformes concrescunt, qui sunt genuinum ⊖ essentiale cardui benedicti, quod ipsum tamen nihil singulare in recessu habet, sed est labor potius curiosus.

Gentiana) Gentiana est egregium diaphoreticum, & dicit Autor: tantum præstare, quantum chinam chinæ, seu *Antiquartium Peruvianum, febrifugum specificum Jesuiticum*, &c. quippe quæ cara est & adulterata; unde illi substitui potest radix gentianæ, quæ vel in substantia à ʒj ad ℥ij, vel in infuso in vino vel cerevisia usurpata idem operatur in febribus intermittentibus, in specie quartanis, quam china chinæ; quæ etiam ab *HOEFERO Gentianæ Indicæ species* dicitur. Cum igitur amara nostra Chinæ æquipolleant ratione amaritiei, semper putamus gentianam huic substitui posse, tàm in substantia, quàm in extracto, pro usu diaphoretico.

*Contrayerva p.*254.) Hanc rejicit *AUTOR*, & rectè; nescitur enim, qualis sit ea radix: unde minus quoque tuta erit; quin potiùs ejus loco substituit zedoariam, quæ egregium alexipharmacum, velut alii radicem caryophyllatæ nostratis non inconsultò substituunt.

Centaurii) Hoc, minus nempe, non adeò necessarium est; interim tamen non rejiciendum, nec inconveniens videtur propter amarorem: ejusdem extractum solitariè optimè in forma pilulari assumitur pro febribus intermittentibus, vi suâ diaphoreticâ curandis;

Vel

℞. *excr. gentianæ,*
zedoar.
absinth. āā gr. vj vel viij.

M. F. *pilulæ*, dandæ bihorio ante paroxysmum.

Videb. eandem formulam præscriptam in *Colleg. Pharm. in Schrœderum.*

Hæc sufficienter rigorem febrilem tollunt & sudorem movebunt; utut æstum contrà intendant;

Vel

℞. *dictorum extractor.* part. æqu.
adde
laud. opiati gr. ij.

M. in *formam pilularem.*

Tonsorum causa) Globuli ex gentiana facti prostant pro conservandis fonticulis in fluxu, ubi fluere nolint; non secus quoque gentianæ radix comminuta calloso orificio fistularum absumendo convenit, instar turundæ intrusa: aliàs pro fonticulis apertis servandis optimè laudatur globulus ex ligno hederæ perforatus, & in balsamo ♃is maceratus.

*Juniperi baccæ p.*254.) Uti lignum hujus optimum est sudoriferum; ita & baccæ ejusdem inter alexipharmaca & diaphoretica laudem merentur. Cæterum hæ ipsæ crudo ratiùs, inter præparata verò

Robieu succus eorum melleus ex recentibus baccis elicitus & inspissatus, & à ʒj ad ij in aceto assumptus potentissimè ciere solet sudorem, & in affectibus malignis & pestilentialibus egregiè succurrit; unde etiam vocatur Theriaca Rusticorum: sicut & rob juniperinum loco mellis compositionibus theriacalibus potest admisceri; quod mel aliàs partim pro corpore firmando, partim pro specierum ingredientium fermentatione promovenda additur; hinc *Arabes* dictitarunt, non nisi post decennium compositionem theriacalem stare venalem. Cùm verò theriaca vim fermentandi à melle habeat, hac fermentatione resolvuntur species aromaticæ, & ita resolutæ evadunt penetrantiores, sicque intenditur vis sudorifera theriacæ; hinc non solùm rob juniperinum ingreditur theriacam loco mellis, quia illud imbecillius per se in motu fermentativo, quin potiùs associatur idem melli, præsertim cùm sic respectu potentiæ diaphoreticæ & alexipharmacæ in triplo mel superet. Porrò ex baccis aut rob baccarum paratur essentia duplex; quarum altera est communis illa, *Malvaticum juniperinum*, ob colorem coccineum, nec non saporem & odorem, vinum Malvaticum repræsentantem, vocatum, quæq; paratur ex *Rob juniperi* cum ∽ *ub baccarum proprio, per fermentationem* confecto. Egregia hæc est in usu præservativo nephritidis, itemq; in affectibus stomachi ex acido viscido enatis corrigendis, vi autem alexipharmacâ non æquè insignis. Altera autem est magis *composita essent a* ∽ *proprio* ♁ destillato baccarum & ⊖ fixo ex ♀ exttacto, redactis omnibus in Q. E. quæ tamen omnia non adeò firmiter cohærent.

Spiritus) ∽ *ex baccis juniperi* duplicitèr paratur: nunc per simplicem V à baccis abstractionem, nunc verò ex iisdem baccis recentibus per fermentationem, quorum hic egregiè inservit Ris & Essentiis alexipharmacis parandis.

∽ *macidum* p.255.) Ex ligno juniperino destillatur ∽ acidus volatilis rari usus, nisi quod ad solvenda corallia vocetur; pro quo tamen & alii ∽ ex vulgaribus lignis destillati sufficiunt.

Selectui nostro) Sufficiat ergò in genere ex baccis paratus ∽ per fermentationem, & rob earundem.

Zedoariam) Ex 5. his recensitis speciebus meritò *AUTOR* eligit hanc ceu æquiponderantem reliquis 4. nempe radici dictamni albi, vincetoxici, succisæ, ulmariæ, adeò ut eadem zedoaria loco cujusvis radicis anthoræ aut contrayervæ commodè substitui possit in quocunque remediorum genere. Sic præfert, & rectè, hanc dictamno albo, sive Cretico, sive nostras fuerit; parum tamen in usu est, unde qui eundem adhuc in affectibus mulierum, tàm partutientium, quàm non ritè menstruantium, commendant, non norunt vires pulegii dictamno exotico longè anteponendi; utpote quod est egregium in non ritè menstruantibus & aliis affectibus mulierum, & parturientibus: similiter nec vincetoxicum adeò singulare quid præstat pro scopo sudorifero, utut pro hydrope, ascite & anasarca curanda non semper contemnendum sit; interim vincitur & illud à zedoaria, utpote cujus pulvis in compositionibus theriacalibus frequentissimi usus, & ∽ ejus per abstractionem V paratus egregie fit diaphoreticus carminativus; succisa tandem & ulmaria non adeò singulare quid pollicentur; unde his optimè carere possumus.

Magis temperatiora, pag. 256.) Scilicet *AUTOR* post lignorum considerationem videtur triplicem simplicium diaphoreticorum classem constituisse; quarum *Ima* tractat aromatica diaphoretica, ut valeriana, enula. *IIda* amaricantia acria; qualia sunt gentiana, myrrha, zedoaria, centaurium minus. *IIItia*, temperata; ubi præmonet, quod pro superioribus temperatis longè præstent ♂ialia, cervina, & ♃æ minerales alexipharmacæ; unde fixa ♂ialia habentes carere his temperatis possumus, cùm ea saltem per traditiones adhuc in usu sint; atq; talia sunt doronicum, uva inversa, scorzonera, galega & sambucus.

Doronici pag. 257.) De hoc monet, quod non adeò ampliùs sit in usu ob deficientem effectum alexipharmacum; sunt enim, qui putarunt, radicem doronici esse malignam & virulentam: interim malè. & conferatur *VELSCHIUS Dissertat. 1. de Ægagropilis*; contrà alii eam commendant pro vertigine, utpote cum rupicapræ hâc ipsâ se à vertigine præmunire dicantur; unde & persuadetur funambulis, ut se præservent hâc ipsâ ab eodem morbo; ast frustraneus est ejus usus, cùm nec vi diaphoreticâ adeò polleat, proin exulet.

Uva inversa) Uva inversa, seu herba Paris est ex solanorum speciebus, ac externè quidem eadem insignifer convenit in bubonibus pestilentialibus, non secus ac in cancro quoque exulcerato mitigando. Signatura aliàs baccarum refert capitula rotunda, aut & pupillam oculi; hinc quidem multa hariolantur. Attamen vi sudoriferâ parum instructæ sunt, ingrediuntur simpliciter pulverem Saxonicum, cujus descriptionem habet *Dispensatorium Augustanum*, ubi tamen hujus quoque pulveris vim *ANGELUS SALA* potissimum deducit ex radice angelicæ. Si objicis hujus ipsius solani vim anodynam, & huic rectè *AUTOR* hyoscyamum substituit.

Scorzonera etiam nostras) Scorzonera Hispanica non est melior nostrate, nec tantâ vi, quantâ putatur, insignita. Nostra potest concedi, & est suo modo egregia, utut non singularis sit efficaciæ.

Galega p. 258.) Hujus vim alexipharmicam mirè deprædicat *FORESTUS Tract. de Incerto Urinar. Judicio*, ubi testatur: à morsu viperino se hâc ipsâ curare lacertam; interim tamen nec galega nec onobrichis ullâ hactenus vi diaphoreticâ insignita innotuerunt, quantumvis galegâ superstitiosè mulieres in epilepsia utantur.

Sambuci flores p. 259.) Sambucum quod attinet; hæc plurima quidem suggerit remedia, interim tamen non adeò necessaria, utut flores ejusdem sicci in erysipelate, ubi non sunt contemnendi, itemq; in quarumcunque partium inflammationibus, tàm in forma pulveris, quàm decocti aut forma cataplasmatis, egregii sint. Præterea nonnulli ex floribus ejusdem recentibus cum saccharo conditum parant; sed nauseosum hoc est, & parvi usus. Rob ex baccis satis usitatum est plebejis pro scopo sudandi, quod pariter in suo pretio relinquimus, cùm penetrantioribus & volatilioribus salibus ex regno animali longè cedat. Porro sese offert Tragea granorum actes contra dysenteriam, quæ est pulvis crassus ex succo baccarum, cum farina subacto, & in furno coquendo paratus; de quo vid. *HARTMANNUS in Prax. Chym. cap. de dysent.* Verùm cùm meliora specifica antidysenterica similiter præstent, ut priapus ceti & cervi, ceu nobiliora ea, substitui commodè possunt trageæ.

Tinctura actes) Hæc paratur ex baccis sambuci exsiccatis, cùm ∽ earundem (de qua vid. *CROLLIUS in Basil. Chym.*) daturq; ejus cochlear. j ad ii, ceu specificum non contemnendum in passione hysterica per sudorem curanda; interim rectè negligit *AUTOR*, quia nobis alia prostant antihysterica,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1174-5 DFG

v. g. castoreum, &c. plus effectus habentia, quam hæc ℞.

~ è baccis ~ tàm ex flotibus, quàm baccis sambuci, suo loco relinquitur; inservit non tàm sudori ciendo, quàm aliis simplicibus infundendis, atque Tincturis & Essentiis extrahendis.

Temperatior p. 260.) Dicit hîc *AUTOR noster*, ▽as destillatas simplicium diaphoreticarum nullum usum habere, nisi quod loco vehiculi aliorum remediorum sudoriferorum inserviant; adeoque non opus ▽arum tantarum farragine; sufficere ergò nobis unâ vel alteram ▽ destillat. flor. sambuci, cardui benedicti & ▽ fumariæ; quarum hanc eligit cum pauco spiritu vini destill. pro usu vehiculi loco omnium *AUTOR*. Etiam per se destillata usurpari potest.

Spirituosas) Considerat hic *AUTOR* ▽as diaphoreticas, tam simplices quàm compositas, & refert huc essentias, itemq; elixyria alexipharmaca nota. Quoad horum autem præparationem, insulsum *ZWELFERI* nisum ridet, quò hîc per ▽as & phlegmata succinum elicere in essentiam alexipharmacam intendit. Insuper circa essentias has spirituosas alexipharmacas elicitas tria taxat, nempe

1. Earum superfluam copiam,
2. Earundem insufficientiam,
3. Ipsarum non semper tutum usum.

Quando vel sic sæpe prostat ~ Zedoariæ, angelicæ, theriacalis simplex & camphoratus, ▽æ vitæ antipestilentiales; quorum omnium loco sufficere possent infusa quædam in ~ ardenti, vel & ~ theriacalis abstractitius ritè paratus, nempe ita:

℞. *~ baccar. juniper. per ferment. parat.* vel loco hujus *~ flor. sambuc.* vel *~ Zedoar. & angelicæ:*

Hicq; affundatur selectis quibusdam simplicibus diaphoreticis jamdũ recensitis, nempe *Zedoariæ, radici angelicæ*, &c. & digerantur omnia probè: dein ~ affusus per ℳ abstractus aliquoties cohobetur pro ~ *THERIACALI*, qui solus sufficit. Vel

℞. *Idem Spiritus sine abstractione* per filtrationem saltem *separatus à simplibus infusis:*

Hicq; sub nomine *ESSENTIÆ THERIACALIS, alexipharmacæ* vel *BEZOARDICÆ*, &c. asserveturi; & sanè sufficit.) vel & dicti ~, vel baccarum sambuci vel juniperi, affundantur theriacæ, myrrhæ, croco & camphoræ in debita proportione; & hinc post digestionem debitam abstrahatur aliquoties ~ theriacalis camphoratus in debita proportione; & hinc post digestionem debitam abstrahatur aliquoties; sic habetur *Theriacalis Camphoratus*, qui sanè itidem loco omnium esse poterit.

Quod II. insufficientiam spectat: certè in majore malignitate parum præstant, nisi socientur cum ⊖ibus volatilibus animalium, ⊡æ, C.C. ⊖e ♀i; tunc enim demùm potenter fiunt diaphoretica, speciatim si præter dicta salia volatilia etiam aliquid de opio addatur.) Tandem III. taxat ~ uum horum ardentium non undiquaque tutum usum, cùm præsertim Praxis ostendat, quod interdum ejusmodi volatilia ♃ea, tàm præservativè quàm curativè propinatæ, soleant excitare corporis æstuationes, & disponere ægros ad delitia, & anxietates præcordiorum intendere: nam observatum fuit, & solam theriacam in constitutione pestilentiali crebriùs usurpatam in superveniente morbo reddidisse ægros admodum proclives ad delitia. Jam ergò si hoc facit theriaca, quid non de ~ theriacali sperandum est? adeoque igitur ex omnibus alter dictorum ~ um sufficit, qui tamen itidem cautè & in parca dosi cum aliis penetrantioribus sociandus est.

Mixturæ illius simplicis p. 263.) *PARACELSUS in Tr. de Arcanis* primus facit mentionem *specifici* cujusdam *in peracutis & ad caducum. MISTURA SIMPLEX* vocati, inque peracutis morbis egregii, hocq; parat ex 5. partibus ~ *theriacalis camphorati*, 3. partibus ~ ♀i *volatilis*, & partes ~ ⊕i, ejusque non vulgaris, sed itidem *volatilis*, adeo ut novum alembicum (verba ejus sunt summam ejus volatilitatem indicantia) adscendat. Jam ergò ex his tribus quàm nobilis medicina speranda sit, colligi potest; interim, etsi ~ ⊕li volatilis sit rara avis, & non nisi à sublimioribus Philosophis expectari queat; nihilominus vulgares Chymiatri *PARACELSUM* imitaturi, miscuerunt invicem ac destillarunt saltem tres ~ istos communi modo; & ex hac mystura simplici enata fuit illa ℞ *BEZOARDICA* dicta, ubi nempe loco ~ theriacalis camphorati assumpsit *Dn. D. MICHAELIS* spiritus vegetabiles, *sambuci, salviæ, melissæ, juniperi*, hosque affundendo *theriacæ*, & pluribus simplicibus alexipharmacis: fecitque inde spiritum theriacalem; cujus 5. partes junxit cum 3. partibus ~ ♀i *rectificatiss.* & urinosi; ambob° addendo ~ ũ ⊕li *rectificatum*; quæ omnia destillavit per retortam & exactè univit, sub destillatione collo retortæ includendo aliquid camphoræ, v. g. ℥j. ad ℥iß. spirituum: ~ um hunc compositum camphoratum cum santalo tinxit in ℞am rubram, atque sic acquisivit ℞*AM BEZOARDICAM*. Sequenti autem tempore, cùm alii ~ um ⊕li certas ob circumstantias formidarent, sumpserunt loco ejus ~ um ⊙i, & quidem laudabiliori ex instituto, & in dicta proportione hunc reliquis admiscuerunt; quâ ratione etiam vel Misturam vel ℞am bezoardicam nobiliorem acquisiverunt: sicut & alii loco ~ ♀i rectificati ⊡osi assumpserunt ~ m & ⊖ volat. CC; alii ~ m & ⊖ volatile viperarum, hæcque dicto modo cum ~ u ⊙i & spiritu theriacali miscuerunt pro ℞a bezoardica vel mixtura simplici nobiliore. Cæterùm *AUTOR noster* tribus his ingredientibus jungit adhuc opium & castoreum, & opiũ quidem jungit laudabili cum instituto in morbis malignis: Notum enim est, quod ægri in morbis malignis propter anxietates præcordiorum sint inquieti, jactitantes se in lecto difficulter ad sudorem disponere queant, constringentibus se propter anxietates fibris cutis, ut in potis illis absit sudor; unde hæc impedimenta ut præcaveantur, additur opium, cujus vi si non sistuntur, saltem sufflamminantur anxietates præcordiorum, hincq; quieti facti ægri longè copiosiùs sudant, quàm si sudorifera sine opio propinentur. Addit & dictis ingredientibus *AUTOR* castoreum, partim pro mulieribus & imprimis camphoram horrentibus, partim quod vi singulari expulsivâ polleat in purpura mulierum, petechiis, variolis aliisque morbis malignis, ubi excretio cutanea solet contingere. Jam ergo, ut mixturæ simplicis vel ℞æ bezoardicæ habeamus rationem componendi, recipiantur partes 3. ~ ♀i rectificatiss. s. ⊡osi istius volatilis, & ~ ⊕i volatilis, l. ⊙i vel ⊕is parte j. effervescant mutuò commixti, quod signum est horum legitimè præparatorum; hinc ubi motus is cessaverit, destillentur invicem per retortam pro perfecta unione: Hic ~ ita compositus misceatur cum 5. partibus essentiæ theriacalis (non verò ~ theriacalis; nam spiritui theriacali præfert Autor essentiam, resina alexipharmacâ simplicium volatili magis turgidam) paratæ, vel modò suprà allegatò, vel simpliciter ad modũ ~ theriac. camph. per simplicẽ infusionem, digestionem & filtrationem: mista hæc omnia impræg̃nantur camphorâ, addendo ℥iv. vel v.

mistura, camphoræ ʒj, & sic ad digestionem seponenda pro meliore unione; ita emergit *mixtura simplex* seu ℞ *bezoardica*, pro variis usibus celebratissima: si opiatica desideretur, societur speciebus istis opium, loco essentiæ opii; sic enim erit *essentia* aut *mixtura simplex anodyna* vel *cum opio*: cui si *santalum* additur, ℞ *bezoardica* nomen emanabit. Atque hæc dosi à ʒß ad ʒj polychresta est pro scopo sudatorio in genere; sicut in specie in quibusdam morbis malignis & in febribus continuis, præsertim in horum principio, imò & intermittentibus, præmisso vomitorio ante paroxysmum usurpata optima est.

Non rectificati) ∽ ♀i non rectificatus saltem est phlegma fœtidum, non ⊡osum, unde malè illum *AUTOR noster* assumere jubet; quin potiùs ille rectificatissimus basis est hujus compositionis.

Clisso) Loco ∽ ⊕li vel ☽i in compositione misturæ simplicis adhiberi quoque commodè potest clyssus ex ♃io, ☉o & ♃e paratus, quippe tales ∽ ♃ei itidem in morbis malignis multum habent in recessu.

Liquore alexipharmaco p.261.) Liquoris alexipharmaci descriptionem ex myrrha habet *ZWELFERUS in Pharm. Reg.* egregius est (speciatim, quod sic myrrha cum amygdalis dulcibus in emulsionis formam redacta lactescat) in morbis malignis, cum excretione cutanea conjunctis. Elegans est compositio, ad cujus imitationem & alii similes præscribi possent, utut saporis ratione adstrictè dictas emulsiones minus pertineat.

Elixier pestilentiale) Hoc *CROLLIUM* pro Autore habens, & ♁sum existens, vix sine tædio capi potest, & correxit illud *ZWELFERUS in Animadversionibus.*

Tartari verò ∽ u pag. 265.) Hic præmoneo: ♀um nihil aliud esse, quàm ⊖ essentiale, natum ex acido vini rodente feces ejusdem alcalinas, quas feces dum rodit, coagulantur ambo in sal crystalliforme, Tartarus vocatum. Jam verò tartarus est manifestè acidus, & occultè urinosus, quippe fæces vini sunt alcalinæ, quæ roduntur ab acido isto in tartarum. Interim, præter hæc duo principia, inest quoque ♀o coplosum pingue in acido vini & fecibus luxurians; adeoque hæc tria vini ♀um constituunt. Utut autem acidum ejus sit manifestum, tamen si per △em, Prosectorem publicum dictum, examinetur, nullum aciditatis vestigium adest, sed prodit phlegma nauseosum paucus ⊡osus spiritus, & ♁ copiosum fœtidum, remanente terrâ nigrâ unà cum ⊖e fixo. Unde quæritur: cujus naturæ sit prodiens spiritus ♀i? item ubi manserit acidum ♀i? Quoad prius: phlegma ♀i destillans est saltem simplex ▽, ♁ei nonnihil adjunctum habens; hinc amaricat instar ♁i ♀i: ∽ autem paucus ⊡osus est, ac ∽ CC. vel etiam ∽ ⊡æ paucus est; nam maxima ejus pars per rimulas & coagmentationes vasorum prodiit, difficulter coërcibilis est; imò fugaciores in toto vegetabili regno non dantur ∽, quàm ∽ & ⊖ volatile ♀i & fuliginis. Acidum ergò istud ♀i partim colliquescendo cum alcali volatili abit in sal fixum, quod copiosum est in ♀o; partim illud ipsum quoque à pinguedine ♀i fuit inversum, hinc copiosum ⊖ volatile secum univit: quæ tria coëunt in corpus oleiforme, & constituunt ♁ ♀i empyrevmaticum: estque hoc nihil aliud, quàm alcali volatile tartari, à pingui in occulto acido concentratum, & invicem colliquatum in oleiforme corpus; quod probamus ex eo: si enim huic ♁o destillato additur ⊖ ♀ vel alcali fixum, tunc hoc imbibendo illius pingue, & destruendo acidum occultum, liberat ⊖ volatile antea concentratum, sicque ex ♁ ♀i destillato copiosum ⊖ ♀ volatile elici potest: confer. *HOFFMANNI Clavis, ubi de* ♀o. Ut acidum adeoque ♀i, partim cum alcali volatili liquefactum, mutatum sit in ⊖ fixum penetrans, partim à pinguedine occultatum, inversum, & in ♁ concentratum; ita ut ex tartaro non, nisi ∽ urinosus & ♁ empyrevmaticum elici possit. Spiritus ille maximè est volatilis urinosus penetrantissimus, sed difficulter coërcibilis, hinc cautè est destillandus. Residere porrò in ♁ ♀i ⊖ volatile, probatur ex hoc: quod si ex ♀o & ☉o paretur clyssus per retortam tubulatam, tunc, quando ingeruntur, in momento materia à suo oleo & pinguedine incenditur à pinguedine incensa figitur ☉ in ⊖ fixum, & ⊖ volatile ♀i sui juris fit, & in forma ∽ us urinosi transit, ut ⊖ volatile antea sub oleo latitans sub deflagratione olei fiat sui juris, & copiosum ⊖ volatile suggerat.

Jam ut genuinus ∽ ♀i urinosus volatilis copiosiùs, quàm in communi destillatione fieri solet, acquiratur, ♀ tractari debet more aliorum vegetabilium, prout tractanda sunt, quando ⊖ia volatilia urinosa suggerere debent; modi illi sunt triplices, uti dictum:

1. Contingit per putrefactionem, si nempe ad putredinem disponatur ♀, sub cujus motu solvitur ejus corpus oleosum, infringitur successivè acidum, & liberatur ⊡osum, sicque copiosior ∽ ex ♀o elicitur. Ad putredinem quidem disponi potest ♀, nunc cum simplici ▽ coquendo & inspissando ad certum terminum, nunc cum musto, nunc cum urina humana; quorum hic posterior modus mihi maximè placet; utut enim sic ∽ coplosus mistus prodeat cum ⊖e volatili ⊡æ infectus, tamen & hic concinnus est, imprimis, quando expetitur pro mixtura simplici conficienda, vel pro ingrediente aliorum remediorũ.

2. Alter modus ∽ um ♀i ⊡osum acquirendi fit per concremationem, quâ ipsâ destruitur ♁ pingue, in recessu acidum, ligans ⊖ volatile urinosum, & cum eodem coiens in ⊖ fixum alcalisatum; sic ⊖ volatile fit sui juris: & quidem concrematur mediante ☉o in retorta tubulata pro destillando ∽ u ♀i clyssiformi, addendo ☉o & ♀o simul aliquantum ⊖is fixi, nam sic copiosior ∽ prodit

3. Tertius modus tandem peragitur mediante digestione olei ♀i fœtidi cum sale ♀i fixo; nam & ita sublimatur sal ♀i volatile. Conf. *HOFFMANNUS in Clave Pharmacevt. Schrœder.*

Non ardelionum isto venali,) His præsuppositis *AUTOR noster* dicit: quod in usum vocandus sit ∽ ♀i genuinus, i. e. volatilis actis ⊡osus, ferè instar ∽ salis ✱ci; vulgaris enim ∽ ♀i est phlegma amaricans saltem: Hæc saltem ambos hos intercedit differentia, quod ∽ ♀i ob ♁ tantillum admixtum, fœtotem nauseosum & empyrevmaticum præ se ferat, in ∽ salis ✱ci non observabilem.

Fugientis volatilitatis conservatione) Spiritus tartari sub destillatione tàm subtilissimum & volatile gas eructat, ut vix coërceri queat: Aut igitur rimas penetrat, aut vas illud disrumpit. Cæterum modus coërcendi consistit in eo, ut ♀ in debita proportione, respectu retortæ, simpliciter per retortam destilletur, apposito capacissimo recipiente, quantum haberi potest, aliquid ▽æ communis (quidam infundunt ▽ ♀satum) in se continente, & sub destillatione △em successivè & graduatim dirigendo, quò nempe ex ♀ pedetentim, non verò

verò impetuosâ effervescentia liquescente, ~ eliciatur: interim hisce omnibus bene observatis, neq; hâc ratione potest impediri, quin ~ illius magna pars effumet per rimas, licet nobis insensibiles.

In retortiformi, desuper operculato & circumfluo plumbo nequicquam munito vase) Prior modus in vase retortæformi cum plumbi videri potest in *GLAUBERO in Part. II. Furnor. Philos.*

Inq; Retortis tubulatis vel inferiùs apertis,) Hoc modo copiosiùs acquiritur ~, quàm aliàs solet, ubi ☉i & ☿i ana destillantur, addito, ut ⊡osior evadat, pauxillo salis alcali fixi.

Per cucurbitam) Hac ratione difficulter res succedit, subtiliori ~ substantia ex rimulis evaporante, præter periculum fractionis metuendæ.

Foraminulum) Scilicet, quando copiosior quantitas ☿i unâ vice destillationi subjicitur, periculum est, ne is omnia diffringat; unde pro hoc evitando foraminulum inter retortam & recipientem relinquitur: interim hoc cum insigni jactura ~us penetrantioris conjunctum, adeoque paucum ☿i pro semel destillandum est.

Cum ⊕i crudi ana vel dimidio p. 266.) Sunt qui vel ⊕lum crudum, vel colcathar ejus seu ⊕lum calcinatum, cum ãã ☿i miscentes destillant; licque compositum ~um acquirunt: interim acida phlegmatica ⊕li substantia seassociat ~ui tartari, hicque inde evadit ~ ⊖sus & minus diaphoreticus, non secus atque aliàs ~ aperitivus Penoti prodit paucus acidus volatilis sine ullo saporis urinosi vestigio.

Cum ana aluminis crudi vel usti) Sunt, qui cum additione ana aluminis ~um ☿i destillant, nunc crudi, nunc usti; ubi tamen ex ☾ne usto & ☿o crudo destillatus ~ parum differt à vulgari ~u ☿i, nisi quod ille non æquè phlegmaticus, sed nonnihil acrior & penetrantior sit: qui verò cum crudo est destillatus, copiosior admodum est & penetrans, compositus tamen is ex ~u ☿i & ~ ⊡æ; præsertim cùm ad ☾is confectionem addatur copiosa ⊡a, quâ ipsâ uberior pinguedo mineralis separatur ab alumine, & hinc etiam promovetur aluminis crystallisatio in majores crystallos: sic nuper amicus quidam ex aluminis & ⊖is ☿i ana mixtis destillavit ~um volatilem urinosum satis copiosum, putavitque se accepisse ⊖ ☿i volatile, cùm tamen id sit ex urina alumini addita; idque confirmabam, non credens, quod cineres clavellati additi eundem ~um volatilem redderent. Adeoque ☾ plus minusvé de ⊡ participat, eatenus quoque plus vel minus hâc ratione ~us ⊡osi acquiritur.

Crudus saltem ☿:) Pro spiritu ☿i conficiendo vulgo recipitur ☿ depuratus, quod tamen superfluum: nam licèt depuratione istâ communi separentur duæ substantiæ à ☿o crudo, nempe materia ⊽ea bolaris, ex fecibus vini nata, & frustula quædam assularum, ceu in quibus ☿ concrescit, adhæreant; tamen huic ~ui destillato nulla noxa affigitur, quin potius ⊽a illa bolaris ~um ☿i augmentat; frustula verò tantillum phlegmatis acidi præbent, quod rectificando ~ ☿i potest corrigi: Ut taceam, nullam deprehendi differentiam in ~u ☿o crudo & ☿o depurato confecto; uterq; siquidem æquè fœtet.

~ *simpliciter*) *AUTOR noster* exhibet pro usu ☊ ☿i absque ulla rectificatione, quod tamen mihi non placet, sed potius eum rectificandum esse suadeo ab acido volatili, sive super proprios cineres, sive super ⊖ ☿i fixum, quò phlegma undique delitescens remaneat, & acidum volatile absorbeatur si adhæreat, & sic ☊ ⊡osus transeat.

Infractionem fœtoris p. 267.) Fœtor empyreumaticus semper & rectificatissimo ☊ui ☿i adhæret, adeoque hunc dicit *AUTOR* corrigere quosdam per acidos ☊, ut ☊um ⊖is, qui coëunt cum alcali ☊ ☿i; sic separatur ☌ ☊ ☿i cum phlegmate; ast hac ratione ☊ ☿i reverà infringitur, quia specificus sapor destruitur; quin potius is per se aliquoties rectificatus à ⊖e proprio adhibeatur pro usu Medico; quantumvis adhuc aliquantisper fœtet.

☊u fuliginis) Quia spir. ☿i dictâ ratione paratus est egregium diaphoreticum, propterea ☊u fuliginis (præ quo & ejusdem ⊖e volatili post ☿i ☊um & ⊖ volatile fugacius subjectum non datur) optimè carere possumus.

Zemblicam) Pro ⊖e volatili fuliginis per retortam △e aperto destillando rectè adduntur cineres clavellati, quò eò magis horum activitate acidum in fuligine occultum enervetur, & sic ☊ & ⊖ volatile penetrantiores acquirantur. De cætero *GLAUBERUS* alium modum præpararandi spiritum & ⊖ volatile fuliginis habet, nempe solvit fuliginem in ▽ simplici, usque dum hæc rubedine tingatur: deinde coctum frigori intensissimo exponit, ut congeletur; sic liquor in centro spissior colligitur, ex quo evocat spiritum & ⊖ volatile.

Cum alumine vel etiam spiritu vitriolico) Quidam fuliginem cum ♁e & ⊕lo miscent pro destillando illius spiritu: verùm sic acquiritur spiritus ⊖sus duplicatus, qui beneficio ⊖is fixi additi sal volatile fuliginis & spiritum suggerit; tamen hic spiritus non differt à spiritu ⊖is ✱ci.

☌o *pag. 268.*) ☌ istud fuliginis, quod cum spiritu ejusdem prodit, rectificatum est efficacissimum & penetrantissimum; hinc quidam ad aliquot guttas propinant agonizantibus, persuasi, si hi desuper sudent, eos evasuros; sin minus, morituros esse. Verùm dicimus potiùs: inservire illud egregiè hystericis mulierculis & viris colicis, non æquè aliis excitandis. Præterea idem ☌ externè ad effectus nervorum & partium nervosarum, ut contusiones, contorsiones, & luxationes, commendandum est, ceu quod penetrantissimum est, & sale volatili copioso concentrato constat, utut hujus loco sufficere queat ☌ ☿i volatile fœtidum secundùm *AUTOREM*; quod tamen rectificandum est per retortam, vel cineribus lignorum, vel CC. usto repletam; ita ☌ hoc ☿i omnia illa præstabit, quæ fuliginis, aut alia similia propinata.

Aceta diaphoretica vel alexipharmaca) De his vera est *AUTORIS nostri* epicrisis. Etenim si quid aliud præservativum in morbis malignis quibuscunque & pestilentialibus requiritur, illud esse potest acetum vini crudum, ceu unum ex optimis, cui magis, quàm omnibus compositionibus theriacalibus possumus confidere; nam & *SYLVIUS* binas pestes Amstelodamenses perferens, simpliciter se præservavit hoc ipso aceto vini. Unde si hoc acetum vini imprægnetur substantiâ volatili quorundam alexipharmacorum simplicium aut diaphoreticorum, præsertimque myrrha & camphora, tunc habebitur acetum eò magis efficax, & tutum remedium. Cæterùm notanter dicit *AUTOR noster*, quod cùm hypochondriaci & hystericæ non æquè ferre possint ejusmodi acida (nam in his ordinario peccat acidum plus minus austerum) minus talia aceta assumere valeant; proinde iisdem succus citri, & aliorum vegetabilium acida mediocria melius conveniunt. Porrò quoque proficuum est dictum acetum curativè; siquidem hinc est, quod remedia

media theriacalia mediante vehiculo aceti in malignis propinentur : nam hac ratione theriaca assumpta longè potentiùs sudorem movet, quàm si sine acido propinetur : quod de omnibus compositionibus theriacalibus verum est : Jam verò acetum vini commune longè melius est aceto destillato, ex eo, quod illud plus de substantia acida ♀ea fixa participet : Interim, quia destillatum acetum durabilius est, propterea non destillatum recipiatur, si mox illud dispensandum sit ; adeoque sufficiat unicum acetum per experientiam laudatum, illud nempe, quod describit *KIRCHERUS Scrutin. Pest. p.346.* & speciatim camphora impræegnatum; vel loco tanti apparatus recipiatur simpliciter acetum infusionis theriacæ, huicque post filtrationem addatur camphora minutim trita, & utut hæc non solvatur ab aceto, tamen eadem acetum aliquo modo impræegbit. Vel :

℞. *bacc.junip.* (ex sicc. si ✠ asservari debet, vel recentium, si id mox dispensandum sit)
part. jv.
myrrhæ part. j.
Hæc infundantur in ✠ :

hinc filtratum id impræegnetur camphorâ, & usurpetur omni manè & vesperi cochlear j vel ij pro scopo præservativo ; vel recipiatur pro scopo curationis theriaca in hoc aceto.

Tandem sunt etiam, qui *acetà artificialia* parant ex *decoctis lignorum* unà cum *passulis* & *floribus sambuci*; decoctumque in loco tepido acescere sinunt: verùm pompa hæc inanis est, & sufficere nobis potest acetum vini.

De ☉rum pag.269.) Equidem efficacissima sunt ☉sa alexipharmaca, præsertim camphorata ; item ☉ destillatum succini, juniperi, rutæ, &c. interim ubi complicati sunt morbi maligni cum febre intensiore, aut speciatim cum symptomatibus capitis, deliriis, agrypniis, &c. in talibus casibus ardentia ista minus tuta sunt. Aliàs si requirantur talia, instar omnium, tàm simplicium, quàm ☉rum, nobis sufficere possunt internè ☉ *antipestilentiale Heinsii* ex ☉ *destillato succini, citri, & camphoræ*, cum oleis per retortam destillatis facto, usurpatum; quippe quod ad gutt. vj, viij. ad x, vel per se, vel in vehiculo aceti assumptum, adeò potens est sudoriferum, ut sudor quoque camphoram redoleat. Pro externo autem scopo loco ☉sorum omnium sufficit in subjectis delicatis balsamus apoplecticus cum camphora paulò copiosiùs impræegnatus; vel destillatum baccarum juniperi societur probè cum camphora, & ita illud illinatur temporibus, carpis manuum & scrobiculo cordis; sic habetur præservativum non contemnendum; non verò applicetur naribus, cùm camphora nocear olfactui, eumque hebetet : vel etiam si placuerit,

℞. ☉ *destillat. juniper.* ℥ij vel ℥iij
citri,
succin. āā ℥j.
camph. gr. xxjv.

Mixta, dicto modo externè usurpetur.

Vel

℞. ☉ *destillat. ruta*,
citri,
succini āā ℥j
baccar. juniper. ℥ij
camphor. ℈j.

Misc. pro *Balsamo externo.*

Pro olfactu externo tandem vel acetum blandè camphoratum, vel ♀ camphoratus, aut cum spongia aut linteolo naribus applicetur in casu locorum fœtentium, aut ob malignitatem suspectorum.

Electuarium seu Bolum diaphoreticum p.270.) Sanè si ullibi est luxus ingredientium, hic erit in electuariis diaphoreticis, quorum mater est theriaca Andromachi & Mithridatium. Cæterùm *origo* tantæ *farraginis ingredientium* pro compositis & ex his factorum decompositorum est *duplex* : Quarum *prima* existit *Autorum ignorantia de natura venenorum*, & horum nocendi modo, quæ themata hactenus usque torserunt Medicos theoreticos; hinc cùm neque eorundem varietas, neque modi læsionis facti sint perspicui, propterea universale aliquod alexipharmacum introducere habuerunt. *Altera* verò *occasio* fuit, quod non satis habuerunt perspectam naturam & efficaciam simplicium, & hinc prodeuntium compositorum Autores; quin potiùs, quicquid fallax experientia docuit, convenire in morbis malignis, in venenis, &c. sive casu, sive studio & certo invento institutum, hoc omne unâ vice compilatum fuit in talem horridam compositionem, v. g. theriacæ; cujus basin, innuente licet etymo, non constituerunt trochisci viperini, quippe qui minimum de viperis participant.

Jam verò pro meliore intellectione horum electuariorum observandum : quod v.g. in theriaca, mithridatio, electuario de ovo, diascordii Fracastorii, & similibus, duæ primariæ operationes addendæ sint, à Veteribus suppositæ : harumque

1. fuit, ut dicta composita, propter opium adjectum, impetum spirituum influentium consopient.
2. Ut ob ingredientia aromatica, amaricantia, imprimis, & hinc gummata, potenter sudorem excitent.

Ratione prioris conduxerunt omnia illa in agrypniis (NB ubi opium ab initio & incremento, non in statu, adhibendum) doloribus capitis, vomitibus, dejectionibus alvi, anxietatibus præcordiorum, inquietudinibus, febrium malignarum ordinariis comitibus, & similibus affectibus; qui tamen effectus omnes simpliciter otiuntur ab opio, ita ut ad dosin unam theriacæ, quæ est v.g. ʒj, grana duo vel iij opii semper correspondere soleant; posterior verò effectus notus est ab ingredientibus reliquis, primariò aromaticis & amaricantibus, & hinc gummatibus: quippe quorum vis in resina subtiliori, adeoque ⊖e volatili ☉so, consistit, & hujus ratione illa sudores movent. Tandem his omnibus superadditum fuit mel, & hinc nata fuit fermentativa turgescentia totius compositi, cujus beneficio non saltem correctum fuit opium crudum, ut mitius & tutius id factum fuerit, sed & in specie reliquarum ingredientium particulæ ☉sæ & resinosæ resolutæ, indeque penetrantiores & magis activæ factæ fuerint : adeoque ut ex dictis mithridatium & theriaca sint nihil aliud, quàm mistura ⊖ina, oleosa, volatilis, anodyna & sudorifera. Jam verò si loco theriacæ reciperetur ~ C.C. ⊖e suo volatili oleoso non adeò rectificato turgidus, & impræegnaretur gr. j. vel altero laudani opiati, vel ℞æ anodynæ gtt. x; sicque daretur à ℥ß ad ℈ij vel ʒj, tunc sanè habebitur remedium ejusdem valoris, atque est integra illa multiformis compositio theriacalis. Interim eo ipso, dum theriacæ præparatio per tantam annorum seriem continuata est, cum successu, usque ad hæc nostra tempora, non rejiciendus est omninò ejusdem usus, utut ea correctione indigeat ; quin potiùs adhibenda ea in morbis malignis & aliis casibus, sudore & vi anodynâ opus habentibus, tàm

præ-

præservativè, quàm curativè, & nunc cum aceto, nunc sine eo: cum aceto quidem vel acidis in morbis malignis & febribus acutis, quibus insignis æstus & symptomata capitis, aliaque conjuncta sunt; sine aceto verò in casu minoris æstus & minoris febris, contrà ubi majoris malignitatis ratio per sudorifera & anodyna eliminanda; insuper adduntur his pro necessitate camphora & ☿ alia fixa, ita ut v.g. in febre ardente maligna sub forma liquida præscribatur:

℞. ▽ *fumar.* vel *flor. sambuc.* ℥ij ad ℥iij
✠ *vini simpl.* aut *rutac.* aut *sambuc.* aut *theriacal.* ℥ß ad ℥vj.
theriac. Androm. ℥j. ℥jß ad ℥ij.
☿ *ii diaph.* ℥ß ad ℈j.
camph. gr. jv.
syrup. card. bened. ℥ij.
M. F. Potio.

Detur pro duabus dosibus expectando largum sudorem; Vel in forma sicciori:

℞. *Conserv. pulp. citr. rec.* ℥ij
theriac. ℥ß ad ℥v
☿ *ii diaphor.* ℥j ad ℈jv.

c. s. q. *succi citri* fiat *electuarium*, pro 4. vel 5. dosibus usurpandum.

Conserva citri est confortativum alexipharmacum. Interim cum theriaca sit compositio ⊖ina & ⊖sa volatilis ex antea dictis, propterea in morborum malignorum & acutorum principio saltem & incremento, non verò in statu, tutior est ejus usus.

Porrò quoad correctiones compositionum theriacalium, & hinc factorum decompositorum ex mille compositionibus unum vel alterum *AUTOR* eligit, cujus vestigiis insistamus. Videntur nobis jam veteres Arabes harum inconcinnitatem respectu ingredientium prævidisse, hinc *MESUES*, ille Pharmacopæorum Primicerius, evulgavit suam *Theriacam diatessaron*, ex *gentiana*, *myrrha*, *aristolochia rotunda*, & *baccis lauri* ana, miscendo cum melle & subigendo: cui si adderetur opium in s. q. & reponerentur omnia ad fermentationem, tunc hæc compositio tantum valeret, quantum reliquæ omnes veterum.

Unicum tantum p. 271.) Si Autoris nostri vestigiis insistere volumus, possumus nobis parare talem theriacam:

℞. *rad. zedoar.*
gentian. āā ℥j
tormentill.
angelic. ℥jß
pulv. viperin. ℥iij.
myrrh. elect. ℥j ad ℥jß.
sigillat. select. ad ℥ij.
flor. ♃*is* ℥j
croci ℥ß vel ʒvj
cinnam. ʒvj vel ℥j
caryoph. ʒiij
opii succo citr. express. & inspiss. ʒiij ad ℥ß vel ʒvj.

Quæ omnia cum triplo *mellis* & *Rob juniperi* ana mista subigantur probè, & in debitam consistentiam redigantur, terendo & agitando; deinde ad aliqualem turgescentiam fermentativam seponantur. Ita hoc dosi à ʒj ad ʒij pari ratione atque alia theriaca capi potest, sufficitque loco omnium: atque similem ferè compositionem habet *HORSTIUS pag.* 319. *Dispens. sub titulo Theriaca Germanorum.*

In Veterum Theriaca est opobalsamum; sed hoc nos destituimur; cujus loco ad nostram summus oleum nucistæ expressum, sed loco hujus juxta *AUTOREM* potest substitui oleum destillatum succini, rutæ, caryophyllorum, &c.

Viperæ, pag. 272.) Communis persuasio est, viperina remedia fœtum pellere; sed inanis metus hic est, & non adeò nocent gravidis, præsertim cum ℥j trochiscorum de viperis genuinæ horum substantiæ vix aliquot drachmas contineat, sed plerumque ex pane constent.

Theriacâ Diatessaron pag. 273.) Hac carere possumus, utut illius adhuc usus esse possit, si cum opio ammetur.

Electuario de ovo) Aliàs bonum est, & unum ex penetrantissimis remediis; sed loco hujus substituatur superius: nux vomica & crocus mulieribus sunt suspecta.

Orvietano p. 273.) Hujus electuarii nulla est certa compositio: interdum theriacæ similima est. Ergo carere possumus.

Olea p. 274.) Quod si misturam theriacalem *AUTORIS* p. 271. acuere gestiat quis per olea destillata, tunc vel sub mistura ejusdem adjicere potest olei destillati juniperini & citri ana ℥j ad ℥jß; vel tempore dispensationis & usus dosi ejusdem etiam aliquot guttas ejusmodi oleorum adjicere: sicut pari ratione sub dispensatione camphora vel ⊖ia volatilia eidem combinari poterunt, adjiciendo misturæ ℥ß ad ℥j, ⊖s volat. CC. gr. vj ad ℈ß, vel etiam eadem mistura cum ☿ialibus misceri poterit, jungendo illius drachmæ uni ☿il diaph. vel bezoardici miner. ℈j, & camph. gr. iij vel jv; sicque vel in liquida vel in consistentiore forma propinari. Et sanè parata ita cum camphora vel volatilibus hæc mistura idem præstabit, quod Electuarium camphoratum Kegleri, & de croco dictum aliàs præstant, in se scilicet satis efficacia.

Opium p. 276.) In febribus malignis saltem in principio & incremento propinetur, non autem in statu, ubi periculosissimum est, quia tunc cephalalgiis & deliriis vexantur ægri: item quia fiunt cessationes, excepto sudore & hæmorrhagiis narium, tollit. Compositiones theriacales recentes magis narcoticæ sunt quàm veteres, quia per diuturnum tempus & fermentationem opii vis narcotica corrigitur.

Extracta antifebrilia pag. 275.) Extracta vegetabilium diaphoretica speciatim antifebrilia dicta, ut absinthii, cardui benedicti, centaurii minoris, gentianæ, & similium, eaque vel simpliciter cum ▽, vel ad modum extractorum circa helenium suprà descriptorum parata, quibusdam in locis adhuc in usu sunt, specialiter pro cura febrium intermittentium horum unum vel alterum ante paroxysmum usurpando, in forma præsertim pilularii: v.g.

℞. *Extract. card. bened.*
absinth.
cent. minor. ana gr. vj
myrrh. elect. gr. jv
laud. opiat. gr. j.
M. f. *pilulæ.*

Jam verò de his Extractis monet *AUTOR*, unum alterumve horum sufficere, nempe extractum absinthii, aut loco hujus gentianæ, loco omnium aliorum, imo etiam loco ipsius Chinæ Chinæ famosæ seu antiquartii Peruviani hujusmodi extractum esse poterit. Cæterùm ejusmodi extracta antifebrilia commodiùs propinantur in casu, quando majus frigus & rigor urget, quippe quæ symptomata

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1179-6 DFG

hinc egregiè imminuuntur, non verò, quando æstus major existit: nam hic eorum usu intenditur, unde quoque rarò eadem usurpantur. & si usurpantur, tunc extractum absinthii vel gentianæ sufficit.

Morsulis) Morsuli bezoardici non ampliùs sunt in usu.

Pulveres p.279.) Pulveres diaphoreticos minus commodè ex vegetabilibus parari insinuat *AUTOR*, cùm illi drachmatim propinandi sint, & stomachus demùm eorum vim elicere debeat prius: sicut nec magisteria animalium eosdem, sed mineralia potius, & ex animalibus desumpta efficaciora, constituere debent.

Affectibus pag.280.) Insinuat hîc tacitè *AUTOR noster* remedia:

1. In febribus continuis cunctis solitariis, tàm benignis, quàm malignis.
2. In iisdem febribus cum inflammatione partium internarum conjunctis.
3. In febribus intermittentibus usitata.

Inter alia autem evporista allegat pulverem aliquem polychrestum diaphoreticum, cum aliis pro lubitu specificandum; estque talis compositio:

℞. *CC. sine* △*e* ʒij
Terræ sigill. silesiac.
unicorn. fossil. ana ʒj. M.

Hujus dosis ʒß esto in quocunque vehiculo expectando sudorem. Et potest hic pulvis pro circumstantiarum varietate cum aliis sociari, v.g. cum volatilibus: Sic:

℞. *pulv. hujus diaph.* ℈j ad ʒß.
⊖ *volat. C.C.* gr. vj ad ℈ß.
camphor. gr. j. M.

Vel etiam cum ♁ alibus diaphoreticis ita:

℞. *pulv. hujus diaph.* ℈j
bezoard. min. vel ʒii *diaph.* ℈ß.
camph. gr. ij vel iij.
M. Fiat *pulvis* in malignis egregius.

Sic si pulvis ille vi anodynâ impræguandus est, tunc

℞. *ejusdem pulv. diaphor.* ℈j
♁ ʒii, vel ʒii *diaph.* vel *bezoard. min.* gr. xij.
laudan. opiat. fermentat. gr. j.
M. f. *pulvis.*

Atque hi ipsi pulveres in febribus continuis benignis & malignis sufficiunt: Præter quos etiam mihi alius pro sudore in frequenti usu est, nempe:

℞. *CC. sine* △*e* ℈j
bez. min. ℈ß.
⊖ *volat. CC.* gr. v. vel vj. M.

cui nunc aliquid de laud. opiato, nunc de camphora q. s. addo.

Pannonico rubeo pag.281.) Hic pulvis dosi ʒß ad ℈j in morbo Hungarico, itemque in febribus malignis cum alvi fluxibus conjunctis præstabilis aliàs est.

Alexipharmacorum antipestilentialium p. 282.) Notat hic *AUTOR ZWELFERUM*, pulveres introducentem hosce; quoad basin tamen eadem ingredientia habentes, quæ nimirum supra recensitum pulverem constituunt, saltem iisdem *ZWELFERUS* addit ☉ cum succo scordii crystallisatum: interim nitrum & nitrata, vel pura vel insuccata, in malignis cum diarrhœa vel vomitu conjunctis, non conveniunt, quippe hunc augent, & quoque aliàs ægros tales ad excretiones alvi proclives reddunt. Præfert ergo suum pulverem *AUTOR noster.*

Pulvis ille) Suprà dictus pulvis tenellis ab *AUTORE* ad gr. j. vel ij, & grandioribus ad jv in terroribus & caloribus vagis datus; interim pulv. hanc dosin esse nimis exilem, ex eo, quod tenellorum ventriculi ut plurimum pappis seu pultibus viscidis sint repleti, adeoque hæ, uti omnium remediorum, ita & alexipharmacorum horum vim obfuscent. Potius ergo tenelli quoad omnium remediorum usum, tanquam trimuli puelli tractandi sunt ob allegatam stomachorum obfuscationem, hincque pulveris illius gr. vj, viij, x ad xij iisdem exhiberi possunt in variolis, morbillis, diarrhœa, torminibus alvi, &c. Imò si idem pulvis associandus esset anodynis, tunc assumatur theriaca ad gran. j. vel alterum. Opium siquidem pro iis est nimis generosum, & solitariè datum pro infantibus suspectum. Aliàs pro puerulis insultibus febrilibus vexatis præscribitur hic pulvis polychrestus:

℞. *CC. sine* △ ʒß
myrrh. elect. gr. vj. vel jx.
⊖ *volat. CC.* gr. vj.
Theriac. gr. iij vel jv.
M. pro 4. vel 5. dosibus.

Sanè hic pulvis tàm in febribus malignis, quàm in insultibus epilepticis mitioribus, & torminibus sufficiet: cui, si minus urgeat febris, sed potius tormina ex acido lactis, addantur aliquot guttæ ♁ destillati anisi vel caryophyllor. v.g. pro ℈ß vel gr. xij illius, hujus gutt. j.

Ita porro) Adducit hic *AUTOR* remedia pro febribus continuis comitatis, seu cum pleuritide aut reliquorum viscerum inflammatione conjunctis; pro quibus loco tot pulverum & specierum antipleuriticarum eligit hunc expertum pulverem:

℞. *ost. cap. luc. pisc. pulver.* ʒij (non solas maxillas)
sangu. hircin. rite præparat.
sl. △*is* āā ʒj. M.

Detur ℈j ʒß ad ℈ij in ▽ cardui benedicti pro dosi. Pulvis hic tempore usus, præsertimque in principio harum febrium cum inflammatione alicujus partis internæ (namque ubique eadem valet methodus medendi) conjunctarum, dari potest cum aliquot granis ⊖*i*, volatilis, v.g. C.C. magis specificè verò cum gran. jv. vel v. ⊖is volatilis maxillarum lucii piscis, quæ copiosissimum ⊖ suggerunt. Sic quoque exhiberi dictus pulvis potest cum gr. j. vel jß laudani opiati, singulæ illius dosi, præsertim in principio morborum & extra statum addendo: Etenim singularis est encheiresis, hisce febribus mederi mox in principio per ⊖ia volatilia & opiata, æstu, quantumvis maximo, nihil obstante.

Ossium capitis p.283.) Ordinariè aliàs in pleuriticis curandis præscribuntur maxillæ lucii piscis; verùm rectiùs integri capitis ossa in usum vocantur, nec enim ulla præ aliis ossibus capitis maxillis tribuenda est prærogativa.

Sanguinis hirci) Sanguis hirci è pudendis sit emissus & exceptus.

Absque tribulorum, carduorum, &c.) Aliàs carduus benedictus, carduus Mariæ, papaver erraticum, sunt specifica antipleuritica: quorum tamen loco sufficit supra dictus pulvis, & sufficit loco omnis V.S.nis, quæ aliàs frequentissimè adhibitur, sed malè, quia hic pulvis longè tutiùs curat.

Abs-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1180-7 DFG

Absque omni V.Sne) Egregia sententia! Equidem vulgò inflammationes internæ febribus comitatæ per venæ sectionem tractantur, sed sic sine ratione debilitantur ægri; quin potius tutiùs per sudorem quàm per V.Snem morbi illi curantur: imò hoc certum est, quod si sine sudore per V.Snē iidem curentur, nihilo seciùs ad suppurationem iidem tendant; quæ tamen per sudorifera posset præcaveri.

Si pleuritis ferocior) scil. ita se habeat methodus medendi: In pleuritide maligna, ubi principium curæ fiat à penetrante sudorifero volatili, v. g. mistura simplici ℞ CC. & ⊖e volatilitejus vel maxillarum lucii piscis, maritato unà cum laudano opiato, plus minus ab initio sociando; quò facto pulvis supra dictus aliquoties reiteretur: Hinc tandem in declinatione morbi cancrina, & corallia præparata, item ♁ diaphoreticum & similia prosunt, & ita totam absolvunt curam: Et quidem in principio tutissimè opiata sociari debent, si speciatim inflammationes pectus occupent, quod etiam necessarium est; ita enim horum medio sistetur dolor & tussis, & inflammationes avertentur; contrà in incremento & statu morbi, quando tussiendo multa expectorantur, opiatorum exhibitio periculosa est; aliàs enim sisteretur tussis, & excretiones sufflaminarentur, excernendaque diuturniori morâ viscidiora redderentur. Cæterùm dictis remediis expectorantia interponantur, & in principio quidem & incremento temperantia pro incrassandi materiam scopo, quales sunt scabiosa, violæ, & papaver erraticum; quæ sufficiunt pro incrassatione materiæ expectorandæ: in statu verò, ubi expectoratio materiæ incrassatæ supervenit, usurpantur expectorantia, incidentia, nempe ex Nicotiana, hyssopo, & erysimo parata.

Febribus continuis & pleritiq; malignis) Docet hîc *AUTOR* methodum curandi febres continuas acardentes, benignas pariter ac malignas, discursum illum, quem *pag. sup.* 237. & 239. habuit, magis applicando (has dicit sine V.S. vel laxatione esse curandas) & quidem V.S. in febre ardente continua benigna tarò in usu est; in maligna verò eadem periculosa est, ubi sc. in benigna non adfuerit plethora ingens, aut æger sit juvenis, aut febris illa ex potuum generosiorum abusu fuerit nata, aut denique mulier ægra fuerit plethorica, & vitio vel obstructione mensium correpta, opus erit in eadem V.Sione. Malignæ autem febres per ejusmodi deteriorantur, quod observavi imprimis, si talis febris ex contagio fuerit nata, quo in casu VS. est pessima, quippe hac ratione contagio quasi porta aperitur, ut illud integram M.Sam afficiat, & ℞ depauperet, sicque vires prosternuntur, quæ aliàs in malignis debiles sunt. Sin vero febris illa sine contagio fuerit, tunc pariter VSione labefactantur saltem vires, nec ullum commodum inde habetur; unde caveamus nobis in tali casu à VSne. Sic nec clysterisationes, nec laxationes in tali casu requiruntur. Equidem non raro in principio, tàm benignarum quàm malignarum (etiam à contagio ortarum) febrium vomitoria adhibita, sunt tuta, imo & necessaria, eaque intermissa nociva, præsertim in juvenibus, aut quando à contagio extrinsecus hausto natus fuerit morbus, affligente sic contagio regionem stomachi & primas vias, adeoque inquietudinem causante; in quo casu sane nil melius est vomitorio, & quidem in principio primo adhibendo, à cujus usu quidem debilitantur ægri, sed cum euphoria, imò ægri per totum morbi cursum quieti sunt, quod sanè magnum juvamen Medicis curantibus præstat; deinde & mox in principio talium febrium præcordiorum anxietates vel humorum motus juxta hypochondria, vel iterum circa hypochondria turgescentia observatur, itemque in primo principio illarum febrium in usu sunt, quando æger talis erit nauseosus, vomiturit; his enim in casib' maturè imitemur naturam, & adjuvemus per blandum vomitorium; quo præmisso vel omisso, mox in principio ad sudoriferum aliquod volatile secundùm *AUTOREM*, v.g. ℞ am bezoardicam, vel mixturam simplicem, vel ℞ CC. accedamus, adhibendo eadem vel solitaria, vel præsente vomitu symptomatico sociata opiatis; hinc sudore unâ alterâve vice continuatò, advocentur in usum paulò fixiora, v. g. pulvis allegatus subinde variandus: sicut juxta finem morbi exhibenda erunt cancrina, corallata, &c. Cæterùm, quò magis ægritaliter constituti sudant, eò magis vires debilitantur; unde, ut viribus prospicamus, danda erunt intia & post sudorem blanda acida, præsertim cum potu ordinario, ita ut v.g. in mens. ß. cerevisiæ instillentur guttæ 50. vel 60. clysi ℥ i, vel ℞ ⊖i dulcis, vel tartaris mineralis; quod est phlegma ⊖li acidulum, & commodè juscipis ex ▽ fontana cum Infuso rosarum vel violarum vel tunicæ factis, ad gratum acorem instillatur; vel denique misceantur partes ji. *cerevisiæ secundariæ* cum part. j. *vini*, qui potus etiam potest sulphurari à sulphure accenso.

In anxietatibus pag. 484.) Dixit etiam *AUTOR*, quod volatilia sudorifera in principio propinanda sint, in malignarum verò statu nunquam: limitat nunc, quando nempe anxietates præcordiorum adsunt, ubi pars tertia vel quarta doseos illius, quæ alias datur, unà cum paulò fixioribus exhiberi necesse est, ne tumultuentia nova excitentur; non secus, ac quoque contra urgentia symptomata dicta ante & post statum cum anodynis, vel laudano opiato, acuari poterunt, in ipso tamen statu omittendo.

Antifebriles (*intermittent.*) *pulveres*, *pag.* 285.) Sunt, qui pro febrium intermittentium curatione usurpant ʒij. pulveris carduibenedicti; sed minus efficaces hi sunt, & nimis nauseabundi, quin potius loco horum à modernis diaphoretica & præcipitantia alcalia fixa usurpantur, quibus tamen nec ipsæ quartanæ cedunt: sed in his ad volatilia accedendū est, die intermissionis tractando patientes per ☌ialia; adeoque præmisso vomitu, eoque interdum repetito (quippe sine quo quartanam curare impossibile est) die invasionis biborio ante paroxysmum exhibeatur ℞ ⊖ ✱ citrite parat° & fortificatus, à ʒß. ad ʒj. vel quibus hic ingratus est, illi accipiant pulverem lapillorum cancrorum, coralliorum, &c. cum sacchari ♓i gr. xij. ad xv. loco hujus ℞; Atq; hæc internè. Externè verò, quia in quartanis ferè semper subest aliquod vitium splenis, imponatur regioni splenis emplastrum de Nicotiana. Simili ratione pro tertiana & quartana curanda, præmisso vomitu, instante paroxysmo, & subsequentibus reliquis, exhibeatur pulvis ex marinis & ⊖ bus fixis constans ut ut & his præferendus sit ℞ ⊖ ✱ c ad ʒß. vel ʒj. utut maximè æstuent ægri:) e. g. pulvis concharum ex conchis probè lotis, vel iisdem calcinatis, vel matre perlarum compositus v. g. ℞. *test conchar. præp. l. matr. perlar. præp.* gr. xxv. ad ʒß. ⊖is *absynth.* gr. xij. ad xv. & *destillat caryoph.* gtt. j. m. f. *pulvis*, horâ unâ vel altera ante paroxysmo

roxyismum propinandus (pulvis gentianæ idem præstat.) Vel

℞. *Lapit.* ♋ *prep.* ℈j ad ʒß.
ʒ *Diaph.*
⊖*is absynth.* āā ℈ß vel gr. xv.
laudan. opiati scilicet in febribus inveteratis, aliàs duplicatas eas reddit) gr. j.
M. f. *Pulvis.*

Vel si intensior æstus afflixerit in paroxysmo, & hujus quoque respectus haberi debeat, ut in febribus intermittentibus scorbuticis, tunc

℞. *arcani duplic.* (propter ☉) ℈j.
lapill. ♋ *prep.*
⊖*is absynth.* ℈ß.

M. F. pulvis repetitis vicibus usurpandus, donec febris profligetur.

Arcanum duplicatum vix in intermittentibus usurpamus, nisi adsit æstus, vel febres intermittentes scorbuticæ.

Aluminis mitificati p. 286.) Ex alumine præcipitari solet ♃ aluminis, saccharum ejus aliàs vocata, quæ figendo intermittentes curat, non secus ac quoque ♀ aluminosus Rolfinccii id præstat: Interim minus tuta hæc remedia puto; figunt siquidem & suspendunt paroxysmum, & si æger tantillum peccat, mox redit.

℞ i Caryophyllorum) ℞ caryophyllorum Internè & externè in rigore est egregium; externe scrobiculo cordis illitum, tollit rigorem intermittentium; pro alio autem scopo illud non conducit.

TITULUS VIII.

DE

DIAPHORETICIS ANIMALIBUS.

A *Nimale regnum, pag.* 287.) Hoc quemadmodum respectu purgantium est pauperrimum, ita quoad diaphoretica ditissimum. Ex tam larga luxurie *AUTOR* præmeditatè eligit cervum & Viperam.

Cervo) Ex cervo eligit *AUTOR* CC. sine Δe, hinc ejusdem ∽um & ⊖ volatile: Cùm illo accidentariò quoque se offert nobis Gelatina: Sicut ex viperis pulverem illum viperarum, aliàs *bezoardicum animale* dictum, qui, quò simpliciior, eò melior est. Rectè aliàs dicitur: quod totus cervus sit alexipharmacus, cum ex toto remedia parari queant.

Typhas) Typhas CC. rejicit *AUTOR*, quæ in quibusdam locis sunt usuales; & quidem ex iisdem ▽m tàm simplicem quàm compositam destillant, quarum illam sub nomine ▽æ typharum CC. commendant ad mensium & locchiorum fluxum nimium supprimendum; compositæ verò vires analepticas tribuunt. Verùm omnes ex animalium partibus destillatæ ▽æ sunt nuda phlegmata, adeoque inertes, omnique virtute Medicâ spoliatæ, nisi fortè per accidens quasi juvent, dum de ⊖ volatili animalium illorum participant; unde par judicium de ▽ typhorum quoque formandum erit.

Immaturis cornu.) Quidam recipiunt CC. jam recens perfectum, cruentum tamen adhuc & sanguinolentum, quod in ▽ destillant, arque in ℳB philosophicè calcinant in vase clauso: Interim cum hoc ita recens nondum ad perfectionem debitam pervenerit, nec ⊖e volatili sufficienter impregnatum fuerit, propterea iidem meritò CC. perfectum præferendum, præsertim, cum immaturioris illius dosis ʒß ad ʒj magnam quidem molem referat minus tamen efficaciæ promittat. Cæterùm CC. medium quid est inter animalia & vegetabilia concreta; quippe quod cum Vegitabilibus hoc commune habet, quod unà crescere incipiat tempore verno, successivè adolescat cum illis, & marcescentibus illis etiam decidat tempore autumni. Ad hæc eorum structura perfectum lignum refert, tandem exsiccando corneam acquirens subsistentiam.

Nec sanguinē inde vel cor: p. 288.) Scilicet sunt quidam, qui ex corde cervi ▽am destil. ac ∽um, ubi ▽ ejusdem naturæ cum ▽ typharum est; ∽ ille verò minus nobilis ∽u cornu cervi utut vana hominum persuasio imponat nobis, quasi vitalis vis cordi esset insita: sic neque ∽ Cordis cervi & ∽ sanguinis cervi, ullam essentialem differentiam fovent, nisi quod ille sit dilutior, quàm ∽ CC. Cæterùm circa ∽ & ⊖ia volatilia ex animalium partibus liquidis destillanda observeretur hæc encheiresis, quod v.g. sanguines & ⊡æ recentes præter copiosum phlegma parum ∽ & ⊖is volatilis largiantur; econtrà verò putrefacta, seu per putrefactionem resoluta eadem, copiosum & acerrimum sugerunt ∽m & ⊖ volatile (dicerem duplo plus quàm aliàs:!) Atque eadem ratio valet de quibusdam solidis animalium partibus, specialim in secundina humana, quæ recens parù mputrefacta autem copiosum ∽ & ⊖ volatile suggerit.

℞ fœtido) Ex sanguine cervi, speciatim non putrefacto, præter spir. & ⊖ volatile, copiosum ℞ etiam elicitur, quod tamen vix prærogativam habet præ ℞ sanguinis humani, aut CC. aut fuliginis; Unde hæc promiscuè loco illius adhiberi poterunt.

Liquores & mixturas antipodagricas) Ex ℞ sanguinis cervi cum spir. & ⊖ volatili mixturas has quidam Autores parant, ut *SCHROEDERUS*, & externè in podagra applicant: Verùm placet mihi hac in parte *AUTORIS epicrisis p.* 289.) quia ℞a ista non proficua sunt ejusmodi ægris; scil. in podagra nunc peccat acidum plus minus volatile & acre, nunc plus minus obtusum, vel moderatū & viscidū; si acre acidum subest, tumor erysipelatodes adjunctus est podagræ, & dicitur die heisse Gicht; sinverò id obtusum seu temperatum, adest tumor œdematosus, quem die kalte Gicht tunc vocamus. Jam verò utroque in casu ab acido oriundo eidem opponenda sunt ⊖ia volatilia ⊡osa: Interim in specie in priori convenit sperma ranarum ⊖e temperato ⊡oso volatili constans, ∽ ⊖is ✱ci cum calce viva, addito specialim ♈u, paratus, ⊡æ, ∽ lumbricorum ⊂stricum; imò quando tumor erysipelacues adjunctus est, præter ∽ ⊖is ✱ci illum cum ♈ paratum locum etiam habet camphora, ceu effective summum refrigerans existens; contra in altera podagræ specie, ubi acidum viscidum peccat, dictis ∽ibus volatilibus subinde sunt jungenda ℞sa quasi ferventia, v.g. ℞ea destillata cum volatilibus illis combinanda, item interdum balsamus ♃is; sicut & tandem, cujus in *AUTORE nostro p.* 289. mentio fit, balsamus cervinus antipodagricus interdum locum invenit, sed non semper.

Nec cerebrum p. 289.) Cerebra animalium habent consistentiā Δeo pinguem, hinc destillata copiosum phlegma, pauxillum contra ∽ & minimū ⊖is volatilis, exhibent, nec inde nobis singulare quid pro curandaepilepsia promittere possunt. Transeat ergò!

Os de corde cervi) est concursus tendinū circa arterias cordis observabilis, in annosis cervis, bobus, & etiam hominibus, temporis protractu cartilagine-

scentium

scentium, quæ cartilago tandem ossescit; similiter ac arteria magna in homine circa cor in cartilaginea forma observata fuit. Unde & dictum os de corde cervi malè pro alexipharmaco proclamatur, quia potius æquali cum CC. stat pretio.

Sordes è Canthis) Veteribus pro lapide bezoar habitæ sunt, ast malè; cum illæ nihil valeant.

Selectus nostro p. 290.) Eligit *AUTOR* præ aliis CC. illudq; sponte deciduum; Etenim autumno, quando illa cornua matura quasi sunt, spontè arescendo decidunt, sunrque ea majora, duriora & ponderosiora, adeoque copiosiorem ∽um & ⊖ volatile suggerunt. Quod si tamen illa cornua decidua habere nolimus, sumamus eadem paulò ante spontaneum casum, præprimis illa, quando cervi sunt in orgasino, utpote jam matura, quæ à sanguine non alterantur.

Cervini quoque cranii.) Hoc pro cornu ejusdem quidam substituunt, & res sanè perinde est. Ergo *AUTOR* seligit pro quibuslibet cornibus animaliũ.

Rhinocerotis cornu) Hoc, quia carius & rarius, propterea & in usum Medicum tractum est, merâ vanitate licet. Non enim est alexipharmacum tale, quale venditant: Imò putant nonnulli in scyphis ex cornu hoc tornatis infusum vinum nullum ferre venenum: ast vana hæc est persuasio, cùm cornua illa sint ejusdem naturæ, quoad præparata Medica, cum nostro C.C.

Unicornu pag. 291.) Unicornu marinum ex pisce cetaceo, cujus potiùs dens est, testante *WORMIO* & *KIRCHERO in Mundo subterraneo*, & *TULPIO in observat.* circa provinciam Grœnlandiam reperibile, & ex hujus maxilla superiore enascens, structuræ firmioris existens, desumitur; contrà unicornu ex quadrupede, terrestre dictum, est Non Ens, nisi intellecta velimus cornua orygis asini Americani. Insuper datur & ebur per ⊽am excavatum sub titulo *Unicornu*; sed hoc impostura est; aliàs Unicornu illud marinum æque ac dens hippopotami per vim △is dat eundem ∽um & ⊖ volatile & ♁, ad morem CC. & similium. Horum tamen ratione non habent illa singularem præferentiam præ hoc, quippe in quò crudè raspato similiter vis antepileptica reperitur, non secus ac dicta marina, quæ quoad præ parata quoque cum CC. conveniunt.

Rupicaprarum) Rupicaprarum in montibus Tyrolensibus reperibilia cornua quoad usum Medicum ejusdem sunt cum CC. naturæ.

Mollificatum) Seligit *AUTOR* CC. Philosophicè calcinatum: se. frustula majuscula CC. vel in ▽ communi blandè ebulliunt, vel, quod alii curiosius faciunt, in alembicum, ex quibus ▽as vegetabiles destillant, reponunt, ut ita successivè molescant illa; ubi tamen melius est, si in ▽ simplici successivè ebulliendo præparetur, sub nomine CC. sine △e (actuali sc. △e) calcinati; hac enim ratione fit tenerum, ut nigra crusta exterior abradi, & medulla interior facilè separari possit. Cæterùm ▽a illa decoctionis evaporata concrescit tandem in gelatinam in febribus malignis admodum proficuam, quæ cum per se diutius asservari nequeat, cùm putrescat, hinc vulgò, sed malè, cum ∽ibus acidis solet condiri gelatina. Hæc sc. est succus nutritius CC. sale volatili ac ♁ turgidus; hinc CC. de vi activâ perdit quantum gelatinæ Impræguatur, quod probatur; si gelatina illa destilletur, ubi reddit ⊖ volatile & ♁, simillima ♁eo CC. & ⊖ volatili; unde & CC. sine △e ebulliendo præparatum, vix dimidium suggerit ⊖is volatilis & ♁ei quantitatem, quàm quidem CC. recens destillatum. At cum CC. raspatum sit durioris consistentiæ, atque resolvendum prius in stomacho, hinc illud præfertur. Huic interim CC. Philosophicè calcinato in malignarum principio pro impetu malignitatis refrænando præfertur ⊖ volatile CC., in progressu autem earundem CC. sine △e est optimum, utut gelatinâ suâ sit defraudatum. Et quidem nobis in more positum est, nisi quid obstet, ut CC. sine △e cum ⊖ ejusdem volatili combinemus, quò sic illud quasi acuetur, & concinnius operetur: vg.

℞. *CC. sine △e* ℥j.
⊖ *volat. CC.* gr. v. vel vj. M.

Ustum pag. 292.) CC. ustum est adhuc satis diaphoreticum, & speciatim in fluxibus alvi, ut diarrhœa & dysenteria, locum habet; quo in casu adstringit imbibendo acorem præternaturalem, & simul diaphoresin ciet. Cæterùm reverà in C. C. usto est aliquid ⊖is fixi, de quo quidem *AUTOR noster* dubitat. Interim res est clara & probatur, si CC. ustum ignitum aliquoties extinguatur in ▽ simplici, tunc enim huic vestigia & saporem sui imprimit, adeoque paucum ⊖is fixi illud obtinere, necesse erit. Interim idem CC. non est adeò diaphoreticum, quàm quidem CC. sine △e; contrà calcinata marina, ut conchæ calcinatæ, ex quibus constat specificum antifebrile Crollii & Strobelbergeri, habent se instar calcis vivæ; terrea verò, qualia sunt ossa calcinata animalium, non æquè sunt ⊖ina; unde & illa pro his magis sunt diaphoretica.

Dictis ∽ p. 293.) Eligitur ab *AUTORE* ceu potentissimum & penetrantissimum sudoriferum, & consistit ejus vis in ⊖e volatili: quod nunc in forma sicca habetur, nunc in forma fluida, dilutum à phlegmate, sicque ∽ audit; nunc & in media consistentia, nempe ♁, quod est ⊖ volatile ab acido pingui concentratum, ex quo ♁o destillato, non secus ac ex ♁ destillato ☿i, per additionem ⊖is alcali fixi, & intervenientem digestionem, elici potest ⊖ volatile copiosum.

Siccap. 294.) Utendi modus est, quod ⊖ volatile non siccum per se usurpetur, quia avolat; sed in ejusdem ∽u. Cæterùm malè ∽ CC. cum ▽ ab *AUTORE* laudatur, qui hac in parte fallit, utut super alcali rectificatus; etenim illâ ratione fit nimis pinguis, sicuti hôc modô ipsô ⊖e volatili & ♁ proprio adhærente privatur; quin potiùs, post separationem Olei crudioris per filtrum & chartam bibulam madefactam, ∽ per se ex cucurbita altiore rectificandus est; hac enim ratione post secundam vel tertiam rectificationem spir. limpidus specificâ adhuc vi sui Olei turgidus, ut & ⊖ volatile nivis instar prodit. Spiritus dosis est à ʒß ad ʒj, ⊖is volatilis à gr. xij. vel ℈j. in febrium malignarum & epidemicarum principio, itemque in affectibus capitis justo tempore egregius omnino est.

Fixato) Quidam ⊖ volatile CC. cum spir. ⊖is acido vel alio figunt; Verum emanat sic ⊖ cum, ut etiam supra dictum; unde hoc ⊖ additione ⊖is fixi denuò reducitur in ⊖ volatile, sed vi specificâ destitutum. Fixatio ergo hæc est frustanea; unde potiùs ⊖ illud CC. volatile, vel per se, vel ejusdem spir. adhibendus est.

♁) ♁ destill. CC. redigunt quidam in Essentiam CC. nempe quemadmodum ▽ rectificatissimus prompte imbibit, & sibi unit Olea destillata; ita & ▽ ☿satus Oleo CC. rectificato, seu à CC. usto abstracto, affusus, copiosum ♁ & ⊖ volatile imbibit: interim habetur sic tantùm ⊖ volatile CC. oleosum, vulgo *ESSENTIA CC.* dictum.

Magisterium) Magisterium CC. præparari debet

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1183-5 DFG

non per ~ ⊖ ✱ci ☵ationem, sed per abstractionem ~ ☽i, quod pro infantibus *AUTOR noster* commendat; scil. solvitur CC. in ~u☽i, hinc à solutione filtrata abstrahitur ~ ☽i ad dimidium, deinde diluitur reliquum ▽â simplici; sic hac ratione ☵atur Magisterium candidum quod est ~ CC. à ~u ☽i acido saturatus; sub quâ saturatione cornu cervi, & cum acido sese uniens, ⊖ volatile cum ~u ☽i abit in ☽ volatile; adeoque hoc est corpus salsum volatile, pluribus usibus in morbis malignis conveniens. Atque hoc Magisterium præferit *AUTOR* cornu cervi tàm Philosophico, quàm usto ⊕latis, seu ~ ⊕li imprægnatis; cùm hâc ratione emergat quasi concretum semialuminosum; terrestris enim substantia in CC. usto imbibit ~ acidum ⊕li ad satietatem, & fit tertium adstringens quasi aluminosum.

Cervina p.295.) Cervina remedia pro Diaphoretico scopo eligit tria; nempe CC. sine △r, ~um & ⊖ volatile: Quibus tamen nos addimus gelatinam in febribus ardentibus vi analepticâ temperativâque magni usus. Nam est diaphoreticum blandè sudoriferum analepticum, maximè, si in ▽is cordialibus propinatur: reverà scatet ipsa succo nutritivo cum ⊖e volat. & ☍, cùm & vi diaphoreticâ simul corpus continuè in blando sudore conservet. Modus utendi est hic, ut ℥j ad ℥jß in cochleari super △e soluta injiciatur potus ordinarii mensur. ß; Nam non potest longè asservari. Ubi tamen non paranda est gelatina cum ✚to, nec addantur Rœ florum cum ~ al quo acido paratæ; Nam, utut illa sic diutiùs conservetur, ~ tamen & ⊖ volatile in ☵gelatina latitans simul castratur in vi sua, & figitur ab acido, hoc in ⊖ tertium cum virium defraudatione transmutante.

Lapide bezoar pag 296.) Conferatur de ejus putativa efficacia *ZWELFERUS in Pharmac. Aug.* flocci faciens lapidem Bezoar; idque

1. Cum maxima illorum pars sit adulterina, ut inter centum vix 2. genuini reperiantur,
2. Quod vulgo in tam parva dosi, nempe gr. iv. ad ℈ß detur, ut nil possit efficere, cùm tamen ad ʒj præscribendus foret.

Cæterùm si velimus, inquit *AUTOR*, adhibere Bezoar assumantur nostrates, & qui reperiuntur in ventriculis cervorum, quoad vires lapidi bezoar, sive occidentali sive orientali, æquipollentes; non secus ac Duelech humanum probatum satis in morbis malignis & ultima peste Londinensi, ubi in una die 1000. mortui sunt dosi, ℈ß ad ʒj assumptus; ut taceam ejusdem vires contra philtra: sic & aprugnus è vesica lapis est bezoardicus egregiè, utut rarior is sit.

Equinus) Tandem & hippolithus, Bezoar Orientali simillimus, huic commodè potest substitui. Cæterùm cum omnes hi lapides per △em examinati suggerant ~um, ⊖ia volatilia & ☍ea, simillima iis, quæ ex aliis animalium partibus destillantur, proinde & hæc in specie CC. loco illorum sufficere poterunt.

Rupicaprarum glomi) Hos describit *VELSCHIUS in binis Dissertationibus*, & solent magni æstimari à Tyrolensibus. Interim si iidem ritè considerentur, sunt nihil aliud, quàm filamenta tenaciora graminum, radicum, herbarum & fructuum, quibus vescuntur rupicapræ, inviscata muco quodam chylioso in ventriculo, hincque consistentiam lapidis mollem & friabilem repræsentantia. Cæterùm horum globulorum vires paucæ sunt, & parum habent in recessu nihilque valent, præsertim cùm & non rarò in nostratum ventriculis reperiantur.

Magisterii pag.297.) Sunt, qui cum ~ acido Magisterium ex lapide Bezoar conficiunt; ast sic destruuntur ejus vires per ~ acidos in Magisterio illo.

Tinturæque) hanc aliqui cum ~u ☽i ex bezoar parant; cùm is crudus sufficiat, quid opus ejus præparatione?

Viperas nostrates & Colubros) Utraque æquè bona sunt atque Apulejorum ac Lombardorum.

Bezoarticum illud animale) Paratur ex viperis pulvis viperinus; bezoarticum animale aliàs vocatus. Nam ~, ⊖ volatile & ☍ destillatum ex iisdem, nullam habent prærogativam præ illis, quæ ex reliquorum animalium partibus destillantur; cùm △is virium specificarum sit destructor, & hujusmodi producta ejusdem naturæ ex omnibus animalibus reddat. Pulvis ergo viperinus tantùm in usum Medicum venit.

Præservatoriè) Sunt qui pulverem viperinum præservatoriè commendant contra venenatorum animalium & viperarum morsum, sed male; interim in morsu jam facto, itemque in febribus malignoribus & pestilentialibus dosi à ℈ß ad ʒj assumptus, reverà sat efficax est, utut in extremè malignis non sufficiat.

In inveterata Psora & leprosis dispositionibus pag. 298.) Multi ex traditione veterum contra lepram & scabiem repulsam & ferinam pulverem viperarum laudant ex eo, quod jam *GALENUS* Vina viperina & *Helidæus Paduanus* Decoctum viperinum leprosis commendavere; quin & *TACCHENIUS* luem Gallicam hôc ipsô se curasse testatur. Et sanè verum est, viperina in scabie ferina & lepra Græcorum multa præstare; imò observavi egomet essentiam viperarum in casu retropulsæ scabiei per externa fuisse egregiam, utut aliàs viperina in perfectè leprosis vix sufficiant. Dicunt singulare quid esse in viperis, quia excoriant pellem; sed etiam cancri, & alia insecta v.g. aranei, hoc faciunt.

Pulvis ille simplex pag 299.) Hic cùm facile ad putredinem ruat, hinc condiendum illum suadent quidam vel ☍eis destillatis, vel floribus ⊖is ✱ci; de qua præparatione videatur M. A. *SEVERINUS de Viperis.* Interim verissima est *VELSCHII* epicrisis dicentis; *pulverem* illum, *quo simplicior, eò meliorem* esse. Cæterùm optimum modum præparandi pulverem hunc docet *CHARAS Tr. de Viperis.* Nempe truncantur viperæ capite, hinc detractâ pelle (vel & eâ cum cauda integrâ servatâ, utpote ⊖ volatile coplosum continente) viscera eximuntur iisdem, abjectis saltem intestinis, hinc in aliquot frustula concissa lenissimè in ℳß ex cucurbitula exsiccentur; vel & in loco umbroso calido suspendantur pro exsiccatione exacta, sub quâ, avolante phlegmate, ⊖ volatile, ☍, & similes partes essentiales medicamentosæ remanent: hinc eædem unà cum visceribus exsiccatæ in mortario lapideo pulverisentur, irrorando eosdem sub pulverisatione ▽ myrrhâ probè imprægnatô (vel quod melius, ▽ camphorato, utut hæc mox avolet) simulque aspergendo aliquot guttulas ☍ destillati caryophyllorum, & ita in vase probe clauso omnia asserventur sub pulveris viperini denominatione; sic hic ab omni corruptela verminosa

minosa immunis dosi ʒß ad ʒj exhiberi poterit. Similiter & inter hæc viperina inveniuntur trochisci de viperis, veteribus pro basi theriacæ, sed falsò habiti, cùm illi more veterum cum pane parati parum valeant, ac eos sufficienter culpaverit *ZWELFERUS in Animadversionibus*. Cæterùm, quibus placet trochiscos viperinos in usum vocare, illi præparent eos vel more *ZWELFERI*, vel Domini *FEBURE Pharmacopæi Regis Angliæ*, qui boni sunt, ita olim conficere mihi dicentis: nempe ex viperis coquendo eliciebat, ad modum CC. ac aliorum animalium partium duriorum & molliorum, gelatinam, cui, ut parum phlegmatis adsit, asperſit & immiscuit pulveri viperini q. s. & hinc trochiscos efficacissimos & integram crasin viperarum continentes paravit, quos successivè exsiccavit.

Essentia) Hujus præparationem cum ∽ vini, ⊖e volatili viperarum acuato, docet *ZWELFERUS in Animadversion.* Interim præter hanc ex inventione Dn. D. *MICHAELIS* alii eam parant cum ∽u ⊕is, quem exsiccatis affundunt, hinc factâ eorum solutione menstruum in ℳ abstrahunt (quod adhuc acidum est cùm nihil de aciditate perdat) deinde magma residuum extrahunt cum ♈, & ita fit *essentia viperarum*, magni æstimanda in puncto scabiei retropulsæ expellendæ, aut aliis quoque affectibus cutaneis rite curandis: Laudatur quoque ad morsum viperæ.

Cupedias) alludit *AUTOR* ad Italos, vescentes carnibus & jusculis viperarum pro scopo sanitatis & longæ vitæ, imò & pro scopo sterilitatis corrigendæ; quo in casu jura & pulli gallinacei viperis nutriti laudantur Italis magnatibus.

⊖ia theriacalia pag. 300.) Ad ⊖ia theriacalia pergit *AUTOR*. De his ⊖ibus Veterum quidem omnium optimè agit *TACHENIUS in Hippocrate Chymico*, ostendens eadem fuisse de genere ⊖is ✱ci, constantia ex ⊖e volatili viperarum, & ⊖e acido Cyrenaico. Cæterùm hæc ipsa Veterum ⊖ia theriacalia in desuetudinem abierunt, loco hujus ergo in usu est ⊖ volatile viperarum vel ∽ viperinus; interim de his sincera quoque prostat *AUTORIS* epicrisis, quod nempe eadem cum ⊖e volatili & ∽u C.C. ejusdem sint naturæ, utut in radice sui essentialiter differant; dum enim ignis vi alterantur, specificam vim exuunt.

Figatur) Quia ⊖ volatile viperarum maximè volatile est, quidam nonnihil annixi fuerunt hoc figere: ubi tamen fixatio illa sine acidis planè impossibilis est; contra per acida facta ⊖ volatile illud nonnihil castrat; Acida enim ⊖ volatile figentia illud destruunt: proin consultiùs est, ut ⊖ illud volatile in phlegma dilutum, h. e. in spiritum, assumatur.

In Essentiali) *TACCHENIUS* multum facit lucri cum ⊖e volatili viperarum fixato, & quidem figit ⊖ volatile viperarum cum ⊖e essentiali seu ♃a foliata ♀i; interim hæc impregnata acido aceti imbibit ex parte sal istud volatile, adeoque nonnihil simul figit.

Pinguedinem) Viperæ & serpentes habent copiosam pinguedinem: Hæc pinguedo viperarum separata, & in vitro inclusa, soli exponatur; depurata ita egregia est in affectibus partium nervosarum à causa externa inductis; v. g. contusionibus, vulneribus, puncturis, speciatim circa articulos: Adhæc eadem pinguedo nobilis est quoque in affectibus oculorum, quàmplurimis, v. g. pustulis, vulneribus & ulceribus eorum, ac ophthalmia: quemadmodum hujus rei experimentum constat in Misc. A.N.C. *Ann.* 2. Obs. 125. Est autem ejus utendi modus, ut blandè illinatur oculo se malè habenti, sic sufficit loco omnium sief seu pulverum istorum subtilissimorum veterum ad oculos: quorum compositiones vid. in *Pharm. August.* *Præstat eadem*, inquit *AUTOR*, *quæ infusa ♃ialia ex ♃io & ejus croco*, quæ in affectibus oculorum externis, nebula, cicatricula, panno, ophthalmia, imò & ipsa suffusione, cataractâ, &c. aliàs à *RULANDO* commendata sunt; rem ego experientiæ relinquo, an pinguedo illa infusis his præferatur? quæ tàm ex croco, quàm præsertim ex vitro, & posthac ex ☉o butyri ♃ii ritè parata infusa, & filtrata, nobilia fuisse expertus sum.

Infusis ♀is p. 301.) *ANGELUS SALA in Septenario Planetarum ♄strium cap. de ♀e*, habet remedium ophthalmicum ex infusione vini malvatici in pelvim æneam, quâ ratione acquirit ferè ℞am sapphirinam, ex acido vini rodente venerem emergentem: ac experimenti hujus exemplum non contemnendum prostat in *BARTHOLINI Tomo 3. Act. Haffn.* cui etiam *AUTOR* præfert pinguedinem viperarum.

Hepatis mustelæ) Quod si non in promptu sit viperina pinguedo pro oculorum affectibus, poterit eidem substitui hepatis mustelarum liquor oleaginosus: scilicet tempore æstivo mustelæ hæ grandiora magis habent hepata præ hyberno, quo eadem ob impregnationem exsiccata quasi sunt, quæ transfiguntur ligno, & in vitro radiis solaribus exponuntur; sic enim defluit illud in ☍, proficuum per experientiam *FORESTI* in panno, cicatrice post variolas relicta, in ægylope, & carne excrescente; Conf. *HARTMANNUS Praxi Chymiatr.*

Parturientium umbilico) Illita umbilico pinguedo, & lingua viperis vivis evulsa, aut exuviæ earum coctæ, an conducant pro promovendo partu difficiliori? experientia consulenda erit.

☍ *viperinum simplex aut compositum* p. 302.) Illud paratur incoquendo viperas in ☍o olivarum, & laudatur vulgò contra morsus viperarum: interim, cùm morsus nostrorum serpentium sint minus noxii, & in viperæ morsu præsentiora adsint remedia, proinde his oleis carere possumus.

Scorpionum ☍, saltem simplex) Hoc sit instar omnium loco nempe ☍ei viperarum, vel bufonum, vel aranearum; & quidem illud vetus, & per repetitam recentium scorpionum infusionem magis exaltatum.

Aranearum ☍) In specie ☍ aranearum commendatur vulgò ad curandas febres intermittentes chronicas, pulsibus die intermissionis illitum, non secus ac ex araneis majoribus parat antifebrile suum emplastrum *STROBELBERGERUS*; & ego novi rusticum febres intermittentes quasque curantem per pulverem aranearum contusatum propinatum. Cæterùm, si modum harum rerum operandi indagemus, patet ex oleo & emplastro Strobelbergeri, quod illud soleat post applicationem excitare maculam rubram, & continuato usu pustulas, ad instar debiliorum ex cantharidibus paratorum vesicatoriorum; unde missis illis ex araneis præparatis operosioribus omnibus, autor sum, ut pro curandis febribus chronicis intermittentibus die intermissionis pulsibus applicetur simplex emplastrum vesicatorium; sic enim certò subsequens paroxysmus erit mitior. Hoc multo-

multoties expertus loquor, præsertim cùm & nuper adhuc febrem intermittentem cum ophthalmia conjunctam applicando nuchæ vesicatorium curaverim.

Bufoninum pag.303.) *Bufonum* ♁ cum ♁ olivarum paratum pro usu cosmetico laudat *SCHROEDERUS.*

De zenechto è rubeta) Hoc commendat *HELMONTIUS Tr. Tumulus pestis*, in pestilentiali constitutione, dum bufonem pedibus superioribus suspensum, & ad mortem usque ita cruciatum, pro zenechto habet: necesse hoc de nihilo suspicor inde, quod iidem bufones sic tractati appensi, vel axillis subligati, in febribus malignis periculosas hæmorrhagias symptomaticas stitisse expertus sum, unde non dubito, quin & in pestilentiali constitutione insignes sint bufones, quorum tamen loco & lapis magneticus arsenicalis Angeli Salæ adhiberi poterit.

Caravitino scorpionum magno) ♁ hujus scorpionum compositum, à *GEORGIO CARAVITA* ita dictum, descriptum videmus in *MATTHIOLO*: sicut *magni* illius *Ducis Hetruriæ in Pharmacopœa Augustana*: interim omnibus his præstat ♁ *scorpionum simplex.*

Præcordiorum inunctiones pag.304.) Sunt etiam qui ♁ viperinum per infusionem paratum externè præcordiis & carpo in constitutione pestilentiali illinunt: sed imbelle hoc est remedium: alii verò eodem utuntur ad provocandas petechias febrium petechialium, idque *AUTOR noster* sufficere ait, testantibus *BRUNNERO, TIMÆO & WITTICHIO in casu*, quando nolunt petechiæ istæ erumpere, fricando ægros cum eo. Vel hoc:

℞. ♁ *chamom.*
rut.
scorp. āā ℥ß.
℄i ℥iij.

Mistisque hisce inungatur corpus largiter pro evocandis petechiis: vel substituatur huic composito simplex oleum scorpionum, utut ejusmodi litus in malignis ferè in desuetudinem abierit.

Coronam viperinam) De hac duplex impostura viget:

1. Nempe datur dens moralis maxillæ inferioris ex porcello juniori evulsus, politus ab Empiricis, loco hujus coronæ: de quo vid. Misc. A.N.C. Ann.3. Obs.128. in schol.
2. Obtruditur pro corona viperina chelæ squillæ marinæ interioris combinatio: interim fraus est & falsissimum, quicquid de hac corona circumfertur: Plura videb. apud *AUTOREM p.304.*

Alexipharmacum de ciconia pag.305.) Hujus descriptionem habet *SCHROEDERUS cap. de Electuariis*, & paratur illud cum ♁ pini. Cæterùm suspicionis alexipharmacæ in ciconia occasionem dedit hoc, quod eadem vescatur serpentibus: ubi tamen dico potiùs, cum serpentum vis specifica in stomacho alteretur, viperina remedia loco ciconiæ excellere.

De cervis) Dicunt nonnulli: cervum habere vim alexipharmacam, ex eo, quod deglutiat is serpentes: quod testatur *AUTOR* in M.A.N.C. *ann.1. obs.14. p.57.* ubi allegatur serpens in ventriculo cervi petrefactus: ubi interim, cùm hoc fuerit potiùs concrementum lapideum anguis formam repræsentans, dico, vim alexipharmacam cervorum ex propria sua natura derivandam esse, non autem ex comestis serpentibus.

Ex homine in sanguine p.306.) Sunt etiam in usu remedia ex sanguine humano, sed non præstant cervinis. Hic sanguis in usu est internè pro scopo antepileptico, & externè pro antipodagrico, at præstat spir. cornu cervini.

Ossibus) *PARACELSUS* habet pulverem arthreticum purgantem, cujus descriptionem videb. in *HARTMANNI Praxi Chymiatr. cap.2. de arthrit.* huncque ingrediuntur ossa humana, sed vano consilio: cum enim illa saltem acidum arthriticum absorbendo juvent, idem facient ossa alia, adeoque non opus erit ossibus humanis.

Mumia) Mumia exotica exulet. Nostras autem rarius in substantia usurpatur, quæ aliàs artificialiter paratur, ut modum ex *PARACELSO* docet *SCHROEDERUS*, dum scilicet frusta carnis humanæ exsiccata spiritu vini, aloë & myrrhâ irrorantur: vel quod melius, alii frusta illa exsiccata spiritu ⊖is, aloë & myrrhâ condiunt.

Tinctura istius) ℞ mumiæ Crollii parum in recessu habet, & quidem paratur ea vel cum ♈, quæ tamen nihil valet, nisi spiritus vini sit acuatus cum ⊖e ♀i: sic enim aliquid extrahet, utut maximum fuerit de myrrha, & de mumia parum participet; Vel & paratur dicta ℞ spiritu vini & spiritu terebinthinæ. Cæterùm cùm pro scopo vulnerario & casu ab alto sufficiant tam lapilli cancror. cum aceto sumpti, sociatis iisdem plus minus alcalibus, quàm sanguis hircinus, proin ℞a mumiæ non habemus opus, neque speciebus diamumiæ.

⊡e∼ p.307.) Hunc pro scopo diaphoretico eligit *AUTOR*, & paratur is duplici modo; nempe vel ex ⊡ in consistentiam magmatis inspissata, ex quo postmodum addito sale fixo elicitur ⊖ volatile & ∼: vel & ⊡ putrefactioni exponitur, dein ex ea spontè blando △e ∼ & ⊖ volatile penetrantissimum elicitur; cùm contrà ex ⊡a recenti antea phlegma saltem, quamvis inspissetur ad mellis consistentiam, prodiret: si verò additur ⊖ fixum, ⊖ volatile ascendit; putrefactâ illâ mistum ⊡æ dissolvitur, acidum ejus pingue fatiscit, & ante phlegma spiritus prodit. Conf. *ZWELFERUS in Animadvers. & Append.* Cæterùm præfert tædiosæ & laboriosæ huic præparationi spiritus ⊡æ humanæ *AUTOR noster* spiritum ⊖*ci, qui pariter est spiritus ⊡æ humanæ, utut tantillum hîc de ⊖e & spiritu volatili fuliginis participet; nempe præsuppono, quod ⊖ *cum paretur ex ⊡æ humanæ quintuplo, additis ⊖is communis partibus ij, & fuliginis parte dimidiâ: quam videbitis in *HOFFMANNI Clave*; ebulliendo omnia: sub qua ebullitione acidum ⊖is communis imbibit & absorbet primariò sal volatile ⊡æ, & secundariò fuliginis; hinc duo illa in loco frigido concrescunt in ⊖ quoddam crystallinum ⊖* vocandum, compositum ex acido ⊖is communis, & ⊖ volatili ⊡æ, quod est ⊖ salsum vel tertium, inter fixum & volatile consistentiæ mediæ. Jam ergò pro parando spiritu ⊖ *ci vel ⊡æ modo quodam succincto, addatur eidem aliquod fixum alcali; absorbens ejusdem acidum; quo enim absorpto, ⊖ volatile ⊡æ sui fit juris, & abit in spiritum, ac quidem alcalinum; corpus illud, quod additur, est vel calx, vel alcali ♀i, vel aliud; utroque enim modo imbibitur acidum, & liberatur spiritus ⊡æ diaphoreticus.

Simplicis ♈ *p.308.)* Sunt, qui spiritum ⊖ *ci parare intendunt affusione ♈, sed in vanum.

Zin-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1186-2 DFG

Zinckum) Aliqui ☾um ⊖is ✱ci parare volunt, addendo Zinckum vel lapidem calaminarem ⊖i ✱co crudo, quæ concreta etiam absorbent acidum; interim non tàm potenter, quàm alcalia fixa: nam illo modo adhuc aliquid acidi de ⊖✱co in forma nativa simul elevatur. Imò si destillatur ☾ ⊡æ & ⊖is ✱ci cum additione ⊖is ♃i, aut alius alcali fixi, acquiritur ☾ & crystalli; sin vero cum calce viva destilletur, nihil in forma sicca conspicitur, sed omnia in liquida forma prodeunt: ac impossibile est, ex hoc ☾u cum calce destillato per se ⊖ siccum conficere: interim si eidem ♁ juniperi addatur, tunc crystallisabitur, quod sanè curiosum est; quoniam sic aliquid acidi ex ♁ acquisivit pro consistentia.

Destillationis residuum) ⊕ destillationis ⊖✱ci cum calce viva, si elixivietur, suggerit cremorem salinum egregium, qui fluit in liquorem lithontripticum, quem alii aliàs parant ex calcinatione calcis vivæ & ⊖is ✱ci: Contrà ⊕☾ ⊖✱ci, ex ana ⊖is ♃i & ⊖✱ci parati, est instar salis communis, & in cubos pyramidales concrescit, nec differt ab hoc, nisi quod saltem illud saporis acrioris & magis diureticæ virtutis, adeoque loco digestivi hypochondriaci & antiquartii inserviat.

Acidum sublimatum pag. 309.) Notandum, quod si ⊖✱cum pro ☾ destillatione debeat exactè exhauriri, illud requirat duplum ⊖is fixi (non verò ana); sic enim ⊕ illud non liquescet in loco frigido: contrà cum *AUTOR* saltem ana salis alcali fixi adjiciat, non mirum est, ☾um non penitus exhauriri, sed intensiore △e crystallos flocciformes, seu flores ⊖is ✱ci tantillum acidos elevari, ⊖✱cum depuratissimum, & egregium stomachale existentes. Quando autem sumitur duplum ⊖is ♃i, hic processus non procedit.

Præcipitatur coagulum acidulum) Ratio hæc est: ☾ nempe ⊕li affusus imbibit alcali ♃i, hinc cadit sal commune ✱cale in forma solida: sic si ⊕uo ☾ ⊖✱ci superfunditur ☾ ⊕li, & destillantur, acquiritur ☾ ⊖is communis; ☾ enim ⊕li sociat se cum alcali ♃i, hinc ☾ salis acidus volatilior, quam ☾ ⊕li, prodit in forma pristina: par ratio est, quando sali communi affundimus ☾um ⊕li & destillamus, tunc enim accipimus ☾um salis, & in fundo remanet *Sal mirabile Glauberi.*

Antiepileptico pag. 310.) Notum est specificum illud Hartmanni contra epilepsiam: nempe ☾ ⊕li epilepticus volatilis, constans ex ☾u ⊡æ, quæ affusa ⊕lo ♀is & digesta destillantur, acquiritur sic ☾ ⊕li volatilis; qui tamen ☾ parabilior est juxta *AUTOREM*, si ☾ ⊡æ misceatur cum ☾ ⊕li: interim hunc processum *AUTORIS* non tacilò verum esse puto, cum ille ex ⊡ ⊕lo affusa per digestionem paratus altioris sit indaginis, ideò quod alcali volatile ⊡æ sub digestione cum ⊕lo ♀is agit in hujus ♁ vel ⊕i, quod rodendo ex parte dissolvit more alcalium, hinc ⊡à mistâ cum ⊕lo ♀is & destillata, sal volatile ⊡æ, dum in ♁ ♀is agit, & ☾ volatilis simul potenter ♁eus acquiritur, qualis ex mistela ☾ ⊡æ & ☾ ⊕li non habetur.

Tubuli illi uterini pag. 311.) Hi singulis septimanis inditi muliebribus, proficui sunt in sterilitate & fluore albo mulierum, & diutina emansione mensium curandis: sic habui sub cura mulierum; post emansionem diutinam mensium capitis dolorem patientem, quæ tamen hunc tubulum cum ☾u ⊖✱ci omni septimana semel cum euphoria jam nunc sibi applicat cum bombace, & semper materiam copiosam viscidam evacuat cum levamine capitis.

In aurium affectibus) Sunt, qui in surditate, tinnitu, & obauditione ☾um ⊖✱ci cum bombace auribus immitti suadent: sed quia maximè mordet, commodius est, si vitrello colli oblongioris indatur ⊖ ♃i, huic super affundatur ⊖✱ in ▽ solutum; sic enim ex ambobus in se agentibus elevatur sal volatile in cavitatem auris: Vel etiam ☾ ⊖✱ci vitro tali inclusus admoveri potest calori candelæ, ut sic elevetur halitus & excipiatur auribus; qui etiam sic in phiola utero applicari potest.

Hypochondriacis) ☾ ⊖✱ci in morbis chronicis, febribus intermittentibus, & aliis egregius est.

Ebur) Hoc cum ejusdem præparatis rejicit *AUTOR*, & quidem rectè: nam quæcunque ex his speramus, in C.C. obtinemus omnia: & sane ebur ustum, itemque sine △e, ejusdem est cum C.C. sic præparato naturæ & efficaciæ. In abortu tamen præcavendo ebur sine △e præstat.

Magisterium quodvis) Magisterium Eboris, tàm per præcipitationem, quàm per abstractionem ☾ ⊕i paratum, æquè est segne, & non tantum præstat, quantum crudum.

Philosophice calcinari cœptum pag. 312.) Nonnulli speciatim hepaticis & uterinis affectibus dicare volunt: interim sine ratione & experientia; nam cancrina & cervina remedia idem præstant.

Gelatinis intestina inviscare) Sanè contra *AUTOREM* gelatinæ non sunt contemnendæ: Gelatinam C.C. supra laudavi, quæ loco gelatinæ eboris sufficit.

Hircino) Alludit ad hoc, quod vulgò suffitus in passione hysterica levanda instituatur, genitalibus vel naribus suscipiendus ex cornu hircino, ubi sanè vis illa consistit in sale volatili & ♁ figente & corrigente per inspirationem acidum illud austerum, in passione hysterica peccans; quò tamen in puncto non est inter cornua differentia aliqua, sicut & pennæ & rasura succini eundem effectum hic obtinent.

In Goa) Subintelligit hic *AUTOR* traditionem illam, quà putatur in urbe Lusitanorum Coloniæ in India Orientali cornua bovina radices agere; cum tamen effecta illa sit in maritos ut plurimum cornigeros.

Concharum) Concharum Universum exercitum selegit *AUTOR*. Imò ostrearum & cochlearum nostrarum testas quoque huc refert, cùm omnia hæc testacea ratione effectus coincidant in usu Medico: Interim tamen nobis si concederetur electio, seligeremus ostreas, quarum rasura aut pulvis singularissimum est præcipitans diaphoreticum, eaque vel cruda usurpata, vel in calcem usta multum valent; quin imò eadem B. Dn. D. *LANGIO* sub nomine *Præcipitantis magni* venerunt; & sane pulvis hic & calx salina ostrearum in febribus intermittentibus corrigendo quodlibet acidum proficuus est, & sufficiunt loco matris perlarum, specificorumque febrifugorum Crollii & Strobelbergeri: & mirum est, pulverem illum vino injectum, acidum hujus imbibendo, illud in saporem subsalsum mutare, diureticamque virtutem eidem conciliare.

Citra aceti accessum) Præparantur vulgò conchæ ita: ut ablutæ in ▽ simpl. infundantur in acetum, eliciens earum mucaginem gelatinosam: hinc istud, quod post mucilaginem ablatam superest, vel pulverisant, vel superfluè calcinant: sed inanis est labor, quia simplex concharum pulverisatio melior est. Conferatur præter *CROLLIUM MYNSYCHTHIUS.*

Blattæ Bisantinæ, Entali, Dentali pag. 313.) Omnes hæ species sunt ex concharum genere, neque aliquid illæ peculiare habent; imò & nostrates cochleæ eundem habent usum.

Perlato) Dictum non differre concharum testas à perlis communi modo præparatis; sed si habemus rorem primogeneum lacteum perlarum, aut qui perlas possunt solvere in rorem lacteum, hi habent arcanum certissimum ad hecticos & phthisicos curandos: contrà, prout eædem vulgo prostant, vel præparatæ, vel calcinatæ, vel in magisterium redactæ, non habent prærogativam ullam præ conchis.

Lucii mandibulus) Seligit Autor lucii ossa, eaque capitis proprie dicta: nam omnia ejusdem sunt cum maxillis naturæ: Seligit verò inter cystria animalia C. C. inter ▽atilia ossa lucii, quæ pulverisata commodè possunt in usum vocari: Sale quippe volatili, & vi diaphoretica acidi absorptivâ, & antipleuriticâ speciali insignita, & satis laudata. Interim hisce lucii ossibus spinæ mustelæ ac lapidis percarum & carpionum quoque surrogantur.

Magisterio proprio sive præcipitato sive abstractitio nitroso, pag. 314.) Magisterium ossium capitis lucii piscis præferendus ossium florum crudus pulvis, utpote ab acido non saturatus, adeoque acidi potenter absorptivus.

Suis leporisque talis) Hi nihil singularis obtinent, quod non jam tum in C.C. vel ossibus lucii piscis reperiatur.

Cervi bovisque priapis) Hi aliàs vi antipleuriticâ & antidysenterica diaphoreticâ laudantur, dando horum rasuram à ʒß ad ʒj: Interim cum in pleuritide nobis hactenus sufficerint maxillæ lucii piscis, & ejus ☉ volatile, illis hoc in casu opus non habemus, utut in dysenteria non contemnenda sint.

Pene Leviathan) Per hoc intelligit priapum ceti, qui in fluore albo, pleuritide & dysenteria aliàs egregius est: In pleuritide tamen præstat maxilla lucii piscis.

Sartoria costa) Sartoria costa est os cetaceum, das Fischbein/ quod coctum dat copiosam mucilaginem. Interim materia illa non prodit de costa ceti, sed est firmamentum maxillæ ceti, ubi radicantur dentes: Conferatur **Gottfried Mergens / Grönländische Reisebeschreibung.** Cæterùm os hoc maxillæ ceti est rarissimi usus.

Verris aut apri, castoris dentibus.) Nonnulli utuntur pro scopo antipleuritico, & diaphoretico: interim his non cedunt maxillæ lucii piscis à ʒß ad ℈ij; quibus si combinetur maxillæ sal volatile proprium, juvabunt præsentaneè magis: cæteroquin castoris dentes specificè quoque pro alterandi scopo contra nimiam iracundiam perpessam laudantur.

Pavonum specula) Nonnulli hæc in usum trahunt pro scopo diaphoretico, & curandis erysipelatibus & inflammationibus mammillarum: ast vano cum instituto; non secus ac ipsæ calamorum animæ.

Hircinus sanguis pag. 315.) Sangvis hircinus prout vulgò prostat, est collectus per subsidentiam, & serum fuit abjectum, nobili sua substantia defraudatus; hinc *HELMONTIVS Tr. Dement Idea*, item *Pleuritis Furens*; eum rejicit, & potiùs commendat sangvinem, ex hirci pedibus posterioribus ad cornua retractis, abscissis testiculis, prolectum, quem exsiccatum & pulverisatum pro usu asservat ad pleuritidem, & sangvinis grumos ex casu ab alto genitos discutiendos. Cæterùm monet *AVTOR noster* benè, quod, cùm *HELMONTII* modo parcus sangvis acquiratur, is ex collo jugulati hirci colligendus sit, & una cum sero excipiendus, hincque in VB exsiccandus: quô facto, si splendeat instar vitri pulverisati, bonus est, cùm splendor ille dependeat à sero chyloso sangvini combinato. Jam ergò ita paratus datur à ʒß ad ʒj pro validissimo diaphoretico in pleuritide & febribus cum inflammationibus internis conjunctis, ac præfert hunc ipsum *AVTOR* reliquorum animalium sangvini. Etenim prostat Compositio quædam, à *CROLLIO antidotus de sangvinibus* vocata ex sangvine ciconiæ, anatum, anseris rubetis vescenti, &c. Interim hæc est nauseosa & horrida, potiùs huic sangvis hirci præferendus, nec non viperina & colubrina.

Columbinus) Sunt qui dicunt: nihil melius esse pro sugillatione oculorum curanda, quam sangvinem istum sub alis columbinis extractum: Verùm parum ille juvat, quin potius loco illius sufficere nobis poterit ungventum Mynsychthii ad livorem extragacantha, radice sigilli Salomonis, & camphora constans; quod externarum quoque partium levioribus contusionibus medetur.

Asininus) Alludit hic *AVTOR* ad illud, quod communiter pro cura maniæ & furoris, philtri & epilepsiæ, sangvis asininus mense Martio ex incisa arteria asini propè aures collectus, & lineo exceptus, commendetur, (de quo videatur *HARTMANNVS Cap. de Mania*: Laciniam quandam sc duos digitos longam sangvine impregnat, haustui cerevisiæ infundendo, & expectando sudorem desuper. Interim exclamat idem: vix drachmam j illius aliquid præstitisse, utut in mania ex philtro aliquando desiderio satisfecerit.

Leporinus pag. 316.) Sangvis ex lepore, præsertim à vertagis agitato, & sub pavoris momento versante (eines gehetzten Hasen) linteo exceptus, singulare quid juxta *HELMONTIVM* in pleuritide & dysenteria præstare dicitur: pro quo tamen scopo sanguis hircinus debitis adhibitis cautelis, seu sub pavore mortis exceptus, parum relinquit effectum, utut *HELMONTIVS* leporinum in specie sangvinem pro scopo diaphoretico (quem tamen & alia præstant) laudet. Aliàs observavi ego ipse sepiùs, linteum tali sangvine infectum convenisse in erysipelate, applicatum parti illi obsessæ.

In dysenteria nil solidè) Non contulisse sangvinem leporinum in dysenteria, autumnat *AVTOR*; ubi tamen reponimus eum ceu specificum opiatis jungendum, quò sic valentioribus viribus illi morbo resistatur.

Ex paucis his selectis diaphoreticis regni animalis miliæ formulæ concinnari possunt: e. g. esto *sudoriferus pulvis* talis:

℞. *C. C. s.* △e ℈j ad ʒß.

Detur in vehiculo calido, stomacho vacuô, & exspectetur sudor; Vel

℞. *rob sambuci* aut *juniper.* ʒj vel ʒij.
C. C. s. △e ℈j ad ʒß.
M. S. Schweiß-Latwerge auff einmahl.

Vel

Vel in forma liquida sic :

℞. ▽ *flor. sambuc.* ℥j
C.C. s. △*e* ʒß.
⊖ *volat. C.C.* gr. v.
Syrup. flor. tunic. ʒij.

M. pro *potione sudorifera* unius doseos.

Sic esto præscribendus *pulvis sistens & sudoriferus in dysenteria benigna* :

℞. *C.C. ust.* ʒß ad ℈ij.
Laud. hyster. gr. v.

M. pro una dosi , & detur in vehiculo calido.

Porrò si præscribendus est ∽ & ⊖ volatile pro scopo diaphoretico, tunc

℞. ∽ *C.C. rectif. & ⊖e volat. acuati* ad ʒij.

Detur pro 2. dosibus , capiendis in conveniente vehiculo.

Vel

℞. ▽ *fumar.* ℥j
∽ *C.C.* ⊖*e volat. acuat.* ʒj
Syrup. card. bened. ʒij.

M. pro potione unius doseos.

Ulteriùs , quibus composita etiam diaphoretica placent , v.g. in diarrhœa maligna hodie familiari :

℞. *C.C. s.* △*e* ʒß.
▽*e sigill.* ℈j
⊖ *volat. C.C.* gr. vj.

M. *pro duabus dosibus* in vehiculo calido.

Vel

℞. *C.C. sine* △*e* gr. xij.
▽ *sigill.* ℈ß
Extr. theriac. gr. iij.

M. pro una dosi.

Capiatur in vehiculo calido ad sistendum fluxum illum.

Vel in forma magis liquida, v.g. in febribus malignis :

℞. ▽ *fumar.* ʒij l. ℥iij
C.C. sine △*e* ℈j
Bezoard. min. ℈j ad ʒß.
Extract theriac. gr vj.
Syrup. cortic. aurant. ℥iij.

M. pro 3. dosibus. S.
Schweiß-Tränckelein.

Vel

℞. ▽ *flor. sambuc.* ℥j vel ℥iij
C.C. s. △*e* ʒß.
cinnab. ♂*is* gr. xv.
⊖*is volat. C.C.* gr. ix. vel ℈ß.
(⊖ia enim volatilia cinnabarina illa exaltant.)
Syrup. fœnic. ℥iij.

M. pro 3. dosibus.

Vel in casu scabiei retropulsæ, pro scopo sudorifero :

℞. *Conserv. fumar.* ℥j
pulv. viperin. ʒß ad ℈ij.
c. s. q. *Syrup. rosar. simpl.* fiat *Bolus.* S.
Blutreinigender Zucker.

Vel

℞. ▽ *flor. sambuc.* ℥j
pulv. viperin. à ʒß ad ℈ij.
⊖ *volat. viperin.* gr. vj.
Syrup. de fumar. ℥ij.

M. pro una dosi.

Porrò pro scopo alterativo & diaphoretico in malo hypochondriaco :

℞. ∽ ⊖*ci* ʒß.

Dentur pro dosi guttæ 30. in vehiculo non acido.

Sic in casu passionis hystericæ :

℞. ▽ *menth.*
flor. sambuc. à ℥iß
∽ ⊖*is* ✱*c.* ℥iß
essent. opii cum alcal. parat. ℈ß.
Syrup. cort. aurant. ℥iij.

Misce Detur cochleatim.

Vel in febribus intermittentibus bihorio ante Paroxysmum :

℞. ▽ *fumar.* ℥j
∽ ⊖✱*ci* ʒß ad ʒj
Laudan. opiat. gr. j vel ij.
Syrup. card. bened. ℥ij.

M. pro una dosi.

Vel in casu paroxysmi asthmatici convulsivi :

℞. ▽ *hyssop.* ℥ij
asthmat. ℈ß.
∽ ⊖✱*ci* ʒß ad ʒj.
Syrup. Nicot. vel loco hujus *de hyssopo* ℥iij. M.

Capiatur cochleatim.

Sic quibus placet ∽ conjungere, illi possunt formare talem :

℞. ▽ *flor. sambuc.* ℥iij
∽ ⊖✱*ci.* ʒj
C.C. probè rectif. ʒß.
essent. opii gtt. xij.
Syrup. de artheniis. ℥iij.

M. D. cochleatim in affectibus mulierum.

Ad hanc misturam pertinet liquor C. C. succinatus , & ∽ ⊖✱ci anisatus.

Porro sit ordinandus *pulvis præcipitans acidum primarum viarum.*

℞. *pulv. testar. ostrear.* , vel *conchar.* vel *cochlear.* ʒj (quæ omnia in effectu coincidunt.)
ossium lucii piscis pulveris. ʒß.
℞ *destillat. caryophyll.* gtt. vj.

M. pro 3. dosibus.

Sic si ordinandum est sudoriferum liquidum in casu pleuritidis :

℞. ▽ *flor. sambuc.* vel *papav. rhead.* ℥iij (Nam ▽æ sunt ▽ æ)
ossium lucii pisc. pulveris. ʒj
⊖ *volac. oss. lucii pisc.* gr. xij ad xv.
laud. opiat. gr. iß.
Syrup. cujusdam v.g. *flor. papav. rhead.* ℥iij l. q. s. pro grato sapore.

M. pro 3. dosibus , expectando sudorem.

Vel in forma sicca pro eodem scopo :

℞. *maxillar. luc. pisc. pulveris.* ℈ij
sangv. hirc. recenter collecti & pulv. ʒß.
laud. opiat. gr. ij.

M. pro duabus dosibus expectando sudorem.

Porro *pulvis ad casum* esto hic :

℞. *lapill. 69. præpar.*
sangv. hircin. aa. ʒß.

M. pro duabus dosibus , in ✠to sumendis expectando sudorem.

Aut esto in forma liquida *Mistura dissolvens sanguinis grumos* hæc :

℞. ▽ *papav. rhead.* ℥ij.
acet. vin. ℥vj.
lapill. 69. præp.
ossi. luc. pisc. aa. ʒß.
Syrup. rosar. simpl. ℥ij.

M. pro duabus dosibus.

TITULUS IX.

DE

DIAPHORETICIS ET ALEXIPHARMACIS MINERALIBUS.

Silesiacam strigoniensem pag. 317.) Sc. cùm multiplices sint boli, terræ & margæ, sub metallorum generatione quasi per accidens natæ, hinc seligit *AUTOR* inter ♁as Silesiacam strigensem, quam hoc in puncto præfert Lignicensi. Ast sunt dicta concreta ♃o metallico plus minus perfecto impregnata, & quæ sunt ex nigro rubicunda, jam de ☉e, jam verò de ♂te participant: Et quidem bolus est martialis, rubrica vero fabrilis est quædam ♁ ♂ialis ac lapis hæmatites immaturus: Sic ♁ strigensis sulphurea pingvedine auri ebria eruitur ex auri fodinis, notante *BECCHERO Phys. subterran. pag.* 198., ubi dicit: *TABERNÆMONTANUM observasse in ♁am ejusmodi redigi posse ipsum solem, & se ipsum scire talem processum.* Ex quibus colligitur: ♁as illas habere suas vires à ♃ibus metallorum concentratis; nam in terrifodinis reperibiles ♁æ participant de natura ♂iali, & sic porro. Cæterum ♁a hæc strigoniensis usurpanda est saltem simpliciter pulverisata modò sit pura (nam ejus lotio est frustranea, imò ☾ acidi in illa latitantis deprædatoria) ita absorbet quælibet acida inimica, & acquirendo hinc texturam quasi aluminis vim stypticam relinquit, privativeque sudores movet: imò ratione immaturæ pingvedinis solaris temperat quoque ea, quævis acria in corpore stabulantia, & in primis vis effervescentiam excitantia. Datur à ℈j ad ʒß.

Rubram) Quæcunque ♁ rubra aut participat de ♂iali aut de ☉ari natura; quorum amborum metallorum ♃, puta ☉is & ♂is, in radice coincidunt.

(ut aliàs) Præsente ♁à strigoniensi non opus habemus Turcicâ seu Lemniâ, plerumque apud nos adulterata; nec bolo Armeno in media Germania sæpe nata; nec Melitensi seu terra è Maltha candida illa instar cretæ, & pro alexipharmaco laudata; nec lingvis serpentum; nec Samia, aliàs coloris cineritii.

Marga, pag. 318.) Ad Margas & pertinet unicornu fossile; non præstant ♁a strigensi.

Galactites) Lapis Galactites cum ▽ tritus, hanc colore lacteo inficit, non secus ac quoque lac ☽æ, quod laudatur aliàs pro augmentando lacte. Interim rectè dicit *AUTOR*; *eandem virtutem & in crystallo reperiri.*

Catechu) Scil. non diu est, cum foro Medico innotuit Catechu ♁æ Japponicæ nomine, colorem ex obscuro rubescentem, & saporem ex dulci adstrictorium præ se ferens; quod artificiale concretum putatum fuit, compositum ex ♁a quadam atramentosa seu ☾lacea, unà cum liquiritia, & similibus, Nativum autem quid esse, & quidem succum inspissatum fractus Arecæ, pulvere corticis late impastatum, adeoque Compositum minus artificiale, probant *M. A. N. C. Ann.* 8. *Observ.* 44. *pag.* 88. & *Ann.* 9. & 10. *Observ.* 194. Cæterum usurpatur internè tam pro scopo adstrictorio, quàm leviter masticatorio: Imò *WEDELIUS* ex Catechu essentiam stypticam in diabete, in mictu cruento, & hæmorrhagiis alvinis usitatam: de qua vid. M. A. N. C. anno 2. Obs. 130. quo in loco effectus hujus Ræ contra hæmoptysin deprædicatur.

Magisterium ♁æ sigillatæ) Magisterium ♁æ sigillatæ per solutionem in menstruo acido, ut aceto, & præcipitationem factum, est deses, & nullius usus & efficaciæ; namque ♃ metallicum fuit hebetatum, adulteratum, & ♁a absorbens saturata.

Ille ☾) ♁ sigillata quæcunque destillata per retortam dat ☾um acidulum, sed parcum; quem commendant multi in febribus malignis, nec inconcinne: sed in tam parva quantitate & subtili acore non habet prærogativam præ ☾ibus acidis ex subjectis ♃eis mineralibus. Interim loco illius etiam sufficere potest ☾ ♃isper campanam, aut ex similibus subjectis ♃eis mineralibus paratus, v. g. clyssus ♂ii, ex ♃e, ☉o & ☽io prodiens.

Tinctura terræ sigillatæ) Terra sigillata si per acida tractetur, texturam aluminis acquirit, quod patet ex illius Ra & liquore: nempe Ra ejus fit, quando solvitur in ☾u ⊖is, dein abstrahitur hic; & postmodum extractio illa celebratur cum ♈; sic habetur ℞ adstringens. Non secus liquor ♁æ sigillatæ componitur cum ☾u ⊕li vel ☉i, quibus à terra sigillata largiter imbibitis in loco humido, ut liquescat, seponitur, hinc liquor pro usu Medico asservatur: quibusdam dicitur de ♃e aurato participare, unde & auri potabilis nomine venire solet. Liquor est stypticus, & maximè adstringens, quia texturam aluminis in se habet: Sed qui Ram veram ♂is adstringentem habent, aut miscent modò ex tempore terram sigillatam cum variis misturis acidulis, tunc ambobus illis, nempe liquore & Ra, non habebit opus. Datur ♁ à ℈j ad ʒß in haustu vini, vel liquore simili acidulo.

Unicornu fossile) Sc. reperitur hinc inde in mineris concretum quasi osseum, quod nunc figuram cornu, nunc dentis, nunc ossium animalium, nunc manuum integrarum præ se fert, omnia tamen sub nomine unicornu fossilis venientia. Confer. *KIRCHERUS in Mundo subterran.* ubi habet historiam speluncæ Siculæ, in qua itidem ossa figuræ variæ sunt reperibilia. Cæterum hoc unicornu fossile nihil aliud est, quàm concretum paulo ♃eum seu marga, & à quodam succo ♋ino in consistentiam osseam mutatum; adeóque primò margæ, hinc ossea sub consistentia, item ossea interstitia, conspiciuntur, ac in substantia quidem insipidum illud est. Interim cum aliis debitis combinatum, in febribus malignis diaphoresi opus habentibus, speciatim in variolis & morbillis cum cervinis sociatum, egregium est: Vid. *modus præscribendi supra sub pag.* 780. ubi facta est pulvaris cujusdam sudoriferi mentio, quem pulverem si habemus, carere possumus aliis sudoriferis.

Quoadresiduas paries pag. 320.) Possidentes unicornu fossile carere possumus ochra, quæ est naturæ ♂ialis; item cretâ, naturæ saturninæ (quippe cum aceto combinata dulcescit ad modum ♄ni) existente, utut aliàs ad ardorem stomachi hæc commendetur: sed terra sigillata seu unicornu fossile potest substitui.

Rubricam) Rubrica fabrilis loco croci ♂is adstringentis a quibusdam adhibetur, nec incongruè; item loco terræ ⊕li dulcis; quippe vi styptica ♂iali omne illud in ulceribus & vulneribus præstat, quod illa remedia alias præstare solent.

E tal-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1190-6 DFG

E talco rubro) Talcum rubrum est fluor ☿ialis metallicus, rubedinem à ♃e ☉is, juxta vulgarem, participans cùm & genuinum aurum inde elici posse quidam dicant, nec incongrue; quippe infusa ℞ eidem rubedinem omnem extrahit, & si hæc solutio præcipitetur, cadit pulvis naturæ solaris, utut mediocriter diaphoreticus à nonnullis pro croco solis commendatus.

Ophiten pag. 321.) Ophites, der Serpentinstein/ reperitur interdum quasi squamosus, quem *AUTOR* imbricatum nominat, & datur à quibusdam internè, sed rarò, pro absorbendo acido colico. Interim potius externe locum is inveniet, sub nomine der Wärmestein.

Gemmæ) In his considerandum suprà montii, esse corpus quod est crystallus, & ℞, quæ dependet ex fluore seu ♃e metallico. Cæterùm in substantia eædem propinatæ æquè stomacho ac porphyrio reniti solent, adeoque in forma, qua assumuntur, iterum egrediuntur: Unde si volumus per has destruere acida, sufficit instar omnium illorarum crystallus præparata, quæ sufficiat pro acido præternaturali invertendo. Quoad Tinctuam autem gemmarum, cùm è silice in vitrum combusto, vel vitro hi, addendo saltem certa metalla, gemmæ artificiales parentur, hinc ℞ illa maximè ex ipsis metallis, non vero ex gemmis istis, quæ parum ejus continent, petenda forent.

Speciebus de Gemmis pag 322.) Cum his nonnunquam tantillum gemmarum ingrediatur, hinc effectus reliquis potius ingredientibus, quàm quidem illis, adscribendus erit.

Calcinationes) Calcinationes Gemmarum cum ♃e vel ☉o sunt calces saturatæ, unde præter incrustationem stomachi juvabunt nihil.

Saphirus) In tumoribus, speciatim carbunculis & anthracibus pestilentialibus, singularis est saphiri vis, quippe circumducto iisdem hoc circulo enervatur virus carbunculi, ut hic ultra vagari nequeat, sed brevi post excidat, & omnes alios similiter excidere faciat: conferatur *HARTMANNUS de Peste* & *MARCUS MARCI Phil. Veterum Restituta de magnetismo sapphyri.* Denique notandum, quod quò sæpius sapphirus usurpetur, eò magis is fortificetur in vi magnetica.

Succinum) *HELMONTIUS Tr. Tumulus Pestis*; annotat: succinum quotidie septem pulsibus planetariis affrictum præservare à contagio pestifero; unde hoc loco sapphiri in usum trahatur.

Rubinus pag. 323.) Est gemma coloris coccinei, de ♃e auri participans, & ita durus, ut eodem etiam adamantes poliri queant; Unde hic unà cum auro intactus hactenus mansit, nisi quod ejusdem ℞ factâ calcinatione prius cum ⌒u æruginis, quanquam vanè, nonnulli extrahere ausi sint.

Smaragdus) Smaragdus est gemma ♂ialis naturæ, propterea que, sed malè, à quibusdam in dysenteriis commendatus. Insuper alii ℞am ex eo parare voluerunt, tundendo eundem in mortario æneo vel ♂iali, & hinc pulverem cum ⌒u ⊡æ extrahendo: ast cum hæc ℞ supposititia sit, loco illius corallia vel ♂ialia surroganda erunt.

♁ *diaphoreticum*) Quoad antimonii diaphoretici, ut & bezoardici mineralis, quæ *AUTOR* pro scopo diaphoretico seligit, præparationis fundamentum quædam monenda sunt: scil. ♁ diaphoreticum Bezoardicum minerale sunt in radice unum idemque saltem remedium, tantummodò in hoc distincta, quod duplici via præparentur eadem; nempe vel in forma sicca, ubi emergit ♁ diaphoreticum; contrà ex humida Bezoardicum minerale, tam simplex quàm compositum. Cæterum sunt ambo nil aliud, quàm regulus antimonii, seu substantia ♁ii ☿ialis, ab acido ☉i soluta, hujusque acidi adhæsione fixata, adeoque ex regulo ♁ii ☿iali, quasi subjecto alcalino & acido ☉i, emergit concretum ⊖ium tertium fixum, indeq; diaphoreticum, in recessu simul ♃eum; quippedum acidum ☉i rodit regulum ♁ii, absorbet simul huic sociatum ♃, idque figit, sicque emergit hinc illa antimonii diaphoretici & Bezoardici mineralis vis, quâ eadem inserviunt.

1. Temperando omni acri præternaturali in corpore, alcalino pariter ac acido.
2. Sudori expellendo.

Dicis: sed crocus metallorum catharcticus etiam paratur cum ☉o! Ast respondeo: sumi iidem partem ☉i; Contrà pro antimonio diaphoretico conficiendo partes iij istius: adeoque ratio effectus distincti amborum hæc est; nempe, quando pro Croco conficiendo pars una ☉i sub detonatione à ♃e Antimonii incenditur, deflagrat sic illud & alcalisatur; hinc alcali illud nonnihil aperit ♁, & vires ejus catharcticas antea latentes in apricum deducit; alias nihil abit: contra, dum antimonium crudum tractatur cum triplo ☉i, non potest tota ☉i copia incendi, & deflagrari, sed integrum ex parte manens mediante acido sui Spiritu rodit absorbetq; ♃, & ita coit in concretum tertium, nempe ⊖ium fixum, in igne constans, temperatum & diaphoreticum. Atque hæc actio ☉i manifesta est in præparatione Bezoardici mineralis cum ⌒u ☉i facta, occulta verò in ♁ii diaphoretici confectione, quod cum ☉ integro tractatur: quæ si attenduntur, plures processus hic occurrentes optimè intelligi poterunt. Jam verò porrò Bezoardicum minerale ritè præparatum ad annos multos est immutabile: contrà ♁ diaphoreticum mutationi obnoxium observatur, dum post aliquot menses vel annos evadit denuò emeticocatharcticum: cujus rei ratio hæc, quod in antimonii diaphoretici confectione triplum ☉i societur integro antimonio, hinc fit, ut ☉i acidum agat in regulum, alcali verò ☉i in ♃ antimonii, sicque hæc omnia alterantur: ast postmodum successivè facillimè ♃ antimonii denuò coit cum suo regulo, quia naturalem inter se habent cognitionem; quæcunque etiam corpora magis amant suam compositionem & texturam naturalem quam artificialem, unde quasi extruditur ☉, & quasi efflorescendo separatur, sicque associante se ♃e ♁ii ejusdem regulo, emergit ♁ quasi renovatum, sicq; illud prius diaphoreticum transit postmodum in emetico-catharcticum. Interim pro hoc incommodo evitando, & ut magis durabile acquiratur ♁ diaphoreticum, notandæ erunt 3 sequentes encheiresis: quarum

1. Est, ut nempe ♁ diaphoreticum durabile præparetur ex regulo, tanquam puriore ♁ii & mercuriali parte, à qua superfluum ♃ separatum fuit; hac enim ratione illud constantius emergit.
2. Fundatur regulus ♁ii cum triplo ☉i exactè invicem mistis, hincque diutiùs in fusione ad horam quippe integram relinquendis.
3. ♁ diaphoreticum ita præparatum, & cum ▽ simplici probè edulcoratum & exsiccatum, misceatur & subigatur cum ⌒u vini, ut hic accensus deflagret; deflagratio enim hæc contra *AUTOREM* maximè neces-

saria est, cùm sic, si quid substantiæ adhuc △ex antimonii in ♃io diaphoretico restet, illud separetur, & hoc durabile magis reddatur.

Clissi florumque pag. 324.) Dum ♂ cum triplo ☉i detonatur, magna pars ∽ ☉i avolat cum antimonii parte, quod, ne fiat, instituatur detonatio in retorta tubulata; sic enim acquiritur clissus, qui est ∽ acidus ☉i, & simul in collum retortæ sublimantur flores Antimonii aliàs avolantes.

Ne particulam) ☉ ex ♂ diaphoretico cum ▽ simplici vel penitus eluitur, vel tantum aliqua ex parte: illic intenditur saltem scopus diaphoreticus ♃ii: contrà relinquitur aliquid ☉i, si scopus sit cum sudore alvum simul laxare, vel & miscere illud ♃ purgantibus aliis Vegetabilibus; quippe hâc ratione idem jucundius operari solet.

Denuò candefactam) ♂ diaphoreticum denuò catharcticum factum facilè corrigitur, si illud in crucibulo de novo candefiat, aut quoque cum ana ☉i de novo fundatur; hac enim ratione obtinebitur pulvis diaphoreticus inlons.

Flores) Quando non ritè miscetur ♂ cum ☉o, tunc in lateribus crucibuli hinc inde flores comparere solent, qui si cum ♃io diaphoretico simul eluantur, sunt iidem origo nauseæ & vomitus supervenientis: vel & in casu particularum ♃u cum ☉o non ritè mistarum interdum cadit regulus parvus sub detonatione, qui postmodum separandus est; si enim cum ♃io diaphoretico is una pulverisetur, evadit hoc simul vomitorium. Interim nunquam antimonium diaphoreticum migrabit in vomitorium, si illud vel per horam vel diutiùs in △e relinquatur, & hic modus præ aliis sufficit.

Tartarisatum, pag. 325.) ♂ diaphoreticum ♀satum prostat in *SCHROEDERO, l. 3. p. 428.* sub qua ipsa præparatione potest acquiri ♀ ⊕*latus Martialis*; recipitur enim *antimonii* pars j.

♀i
☉i à part. iij.

Cum Coralliis Perlisque calcinatum) Quidam cum corallis & perlis calcinant; malè tamen perlæ destruuntur.

Cerussa Antimonii è Regulo) Antimonium diaphoreticum ex regulo paratum vocatur etiam *Cerussa Antimonii* secundùm *SCHROEDERVM.*

Floribus Antimonii fixis) ♂ hoc diaphoreticum, aliàs Magisterii antimonii diaphoretici nomine veniens, (de quo vid. *SCHROEDERVS.*) magni æstimat *TACCHENIVS in Hipp. Chymico.* Interim per placet mihi censura *HOFFMANNI in Clave pag.* 307. quo loco hoc Magisterium, ceu calcem inertem, meritò rejicit; quia enim sic saturatur antimonium diaphoreticum ab acido & alcali, reverà inde calx irresolubilis emergit.

Floribus vulgaribus) Nulla est differentia, sive è floribus, sive è vitro ♃ii, sive ex croco metallorum, sive ex antimonio crudo, paretur antimonium diaphoreticum, utut, quod ex regulo procedit, optimum sit.

Nive diaphoretica, pag. 326.) De Nive diaphoretica vid. *SCHROEDERVS pag.* 442. sicuti ibidem sulphur antimonii proponit, ita etiam ex floribus, regulo, &c. potest procedi; emergit enim saltem antimonium diaphoreticum.

Præcipitato) Vid. *SCHROEDERVS pag:* 430. & 431. est nihil aliud, quam Bezoardicum minerale, cum ♀ vel ∽ ☉i paratum.

Cum C. C. calcinato) Inventio hæc est primaria Poppii (in quem commentatus fuit *AGRICOLA*) vocavit *calcinationem cum cineribus fructus salvariæ*, h. e. C.C. usto calcinationem Antimonii diaphoretici instituentis; nempe antimonium cum aa vel duplo C.C. usti in crucibulo calcinatur. Interim hoc ♂ diaphoreticum cum C.C. calcinatum non adeò est tutum, utut multum tribuat huic *BARTHOLETVS Tr. de Dyspnœa*, cùm illud antimonium diaphoreticum cum ☉o factum, sit tutius.

Bezoardicum simplex) Bezoardicum Minerale est ♂ diaphoreticum in via humidâ paratum: Modum habet *SCHROEDERVS*; quando sc. butyrum antimonii miscetur cum aa ∽ ☉i, ita ⊽atur pulvis flavescens: hinc abstrahitur omnis liquor, deinde novus affunditur ∽ ☉i, demumque abstrahitur, & hoc tertiâ vice reperitur; pulvis residuus edulcoratur cum ▽ calida, & in crucibulo plano imponitur carbonibus candentibus, & ignitur, ut sic ∽ ☉i penitus avolet, atque hac ratione ∽ ☉i figit regulum antimonii Bezoardicum minerale.

∽um ⊕li Philosophicum) Notum est aliàs, quod ex butyro antimonii post ⊽ationem ♀ii vitæ acquiratur ∽ acidus, ∽ ⊕li Philosophorum dictus: Jam ergò, si ex butyro antimonii cum ∽ ☉i paratur Bezoardicum minerale, abstractione elicitur quasi duplicatus ∽, qui singulare Boylei menstruum est pro solvendo ☉e.

A ♀ vitæ communi) Butyro ♃ii infunditur ▽a simplex, sic præcipitatur pulvis candidus vel ♀ *vitæ*, qui cum sextuplo boni ∽ ⊕i (si enim hic non bonus sit, vomitus sequitur) solvitur, hinc per ⊽m abstrahitur, & remanet Bezoardicum minerale, quippe qui pulvis restitans est; & tunc non amplius igniendum & edulcorandum esse *AVTORIS nostri* est sententia: Interim si ∽ affusus fortiter abstractus ab eo sit, potest *AVTORIS* sententia concedi; sin autem pulvis remanens adhuc acidus & corrosivus fuerit, is denuò edulcorandus & igniendus erit.

Cum Croco metallorum pag. 327.) Par hic ratio est, ac quæ cum ♀ vitæ: quippe crocus metallorum cum triplo ☉i detonatus dat ♂ diaphoreticum; cum sextuplo autem ∽ ☉i evadit Bezoardicum minerale.

♃ *♃is auratum*) Quælibet etiam ♃a antimonialia, speciatim ♃ii auratum, cum ∽u ☉i figi possunt in *Bezoardicum minerale*, addendo sc. ∽ illius ☉i sextuplum, eumque hinc abstrahendo, sed est idem remedium: Non secus ac ex iisdem ♃ibus ♃ii, præprimisque aurato, cum triplo ☉i in crucibulo parare potest antimonium diaphoreticum: interim cùm sic dispendium fiat ∽ ☉i; hinc in retorta tubulata detonatio instituatur.

Bezoartici tamen pag. 328.) Quemadmodum antimonii diaphoretici dosis est ℈j ad ʒß, ita Bezoardici mineralis gr. xij ad xv. Cæterùm his Bezoardicis fixis in morbis malignioribus non unicè semper fidendum est; sed his volatilia ex animali Regno, v. g. cervina, &c. prius præmittenda ad depellendam malignitatem, & hinc ad fixa hæc Bezoardica tutò accedendum est.

Vermiculos in sanguine) Febrium malignarum causam supposuerunt olim *KIRCHERVS de Peste*, & *HAVPTMANNVS Tr. de Viva Mortis Ima-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1192-8 DFG

Imagine; quam tamen sententiam castigavit *MARCUS MARCI.* Utut enim vermiculi tales in ejusmodi febricitantium sanguine non negandi sint, tamen est controversia solùm: an illi sint causa? an verò productum febrium malignarum superveniens miasmati maligno? quorum posterius ipse quoque affirmo, non autem formalem rationem febrium malignarum in vermiculis ejusmodi quæro aut concedo.

Solaris operationem cum simplici Bezoardico) Bezoardicum minerale simplex vocatur ita ad differentiam compositorum, v.g. cum ☉e, vel ☽, vel ♃e factorum: et quidem ☉are fit, si ☉ solvitur in ♏, & hinc solutio miscetur cum butyro ♁ii, deinde porro proceditur more consueto cum ∽u ⦶i; sic emergit Bezoardicum minerale compositum purpurei coloris. Interim quia ☉ huic corporaliter saltem est immixtum, quippe facilè illud quoque cum borrace, vel alcalibus educi potest; hinc Bezoardicum illud ☉are prærogativam specialem præ simplici non habet.

♁ *diaphoreticum* ☉*are*) Conferatur *SCHROEDERUS*, sub nomine ceruſſæ ♁ii ☉aris Bezoardicum ☉are describens, quod nihil habet energiæ ab Auro, cùm corporale ☉ inlit.

Dare) Quemadmodum nusquam tuta fides; ita nec in Bezoardico Lunari, quippe quod sæpius nauseas & vomitus movet ideò, quia ut plurimùm sibi sociatam habet Venerem: Unde nisi Bezoardicum illud lunare ex ☽ purissima paretur, vix tutum erit, nec & illi *AUTOR* ero, ut hoc utatur; quin potius Magisterium ☽æ cum ♁atione ∽ ⊡æ factum; vel utriusque loco cinnabaris tàm nativa, quàm præsertim ☿ialis; quarum illam loco ☉is aut ☽æ suadet ♁o diaphoretico vel Bezoardico minerali simplici adjiciendum *AUTOR* & rectè: ita namque in malignis, ut & in convulsivis morbis, insigne anodynum & sudoriferum remedium obtinebitur.

Electris) Electra vocantur compositiones metallicæ: Unde quando miscetur ♁ cum ☉e aut ☽a, prodit Electrum majus; sicut minus, quando miscetur ♁ cum Jove & ♂e. Cæterùm loco harum compositionum eligit *AUTOR noster* Bezoardicum simplex, additâ cinnabari nativâ.

Joviale) Joviale Bezoardicum fit, quando componitur regulus ex ♁io & ♃e, hincque tractatur ille cum ∽ ⦶i, & fit *Bezoardicum Joviale*: vid. *SCHROEDERUS in Pharm. pag. 414.* Plura suo loco.

Venereum pag. 330.) Bezoardicum Venereum, quod *SCHROEDERUS* habet, est minus tutum, sed vomitorium & periculosum.

☿*iale*) Bezoardici Mercurialis præparationem *SCHROEDERUS l. a. pag. 414.* habet: ubi tamen vana est illa persuasio, quâ putant, ☿ vitæ esse prolem ♀ati, quod falsum: potius is est ex regulo ♁ii à ∽u acido ☿ii sublimati corrosus, nec differt à Bezoardico minerali simplici. Ex Bezoardicis sufficit simplex & Joviale.

E ferro,) Subnectit *AUTOR noster* remedium ex ferro & antimonio cum triplo nitri: scilicet ♂em & ♁ cum triplo ⦶i in ♁ *diaphoreticum* ♂*iale* figendo, processus hic est: primò in patella aperta seu crucibulo exponitur limatura ♂is pura carbonibus, ut ea candescat exactè: huic successivè aspergitur antimonii minutim pulverisati ana, agitando semper materiam bacillo ferreo, ut ambo in scorias compositas ex ♁io & ♂e abeant; aliàs enim si non agitetur cum baculo ferreo, ♃ ♁ii rodit ♂em, & ita ex antimonio regulus separatur: factis ita scoriis & pulverisatis, eædem cum triplo ⦶i calcinantur & figuntur ad modum antimonii diaphoretici; sic emergit pulvis obscurus edulcorandus ▽a; & ex hac ▽a prodit denuo ⦶ antimoniatum ♂ale, remedium itidem non inelegans.

♃ ♁*ii pag.* 331.) Aliquod alterativo diaphoreticum, & ex hoc prodeuntem Ram antimonialem diaphoreticam, eligit *AUTOR*; cujus tamen, ratione menstrui duplex differentia occurrit: dum vel per menstruum alcalino volatile, vel per menstruum acidum elicitur.

à regulino consortio) quando ♃ ♁ii eliciendum est, fiat hoc per menstrua alcalia, quippe quæ sola sulphuri antimonii eliciendo sufficiunt, sicuti sola acida in ejusdem antimonii ☿ialem substantiam agere solent. Difficillimè autem habetur substantia ♃ea pura, quia semper sulphuri aliquid reguli adhæret; imò totum ♁ unà cum regulo in ♃eam rubramque faciem converti potest: & utut sulphureæ & ☿iales particulæ in antimonio naturali mistura non adeò sint firmiter unitæ, nihilominus tamen eædem per artem difficulter à se invicem separari possunt; quin potiùs ♃ibus antimonii semper simul ☿ialis ejus substantia adhæret, sicut contrà cum ☿iali parte ♃eæ nonnihil quoque separamus.

Ultimum) ♃a ♁ii elicienda esse dixi per alcalia, ideoque vulgatissimè per præcipitationem ex scoriis reguli antimonii paratur sulphur illud antimonii. Cæterùm regulus ♁ii fit, quando ana ⦶i, ♁ii & ♀i funduntur in crucibulo & detonantur; ita sub hac detonatione, dum deflagrat sulphur illud antimonii, ♀ & ⦶ mutantur in alcalia fixa, hæcq; sub fusionis △e extrahunt ♃ antimonii, sicque pars ejus ☿ialis & reguli a ♃e separati fundum petit, & seorsim potest colligi: supra regulum autem reperiuntur ⊖ia ista alcalia una cum sulphure; hæcq; omnia tunc vocantur *scoriæ reguli* ♁*ii.* Jam verò porro scoriæ hæ solutæ in ▽ simplici dant liquorem lixivialem seu lixivium, quod ipsum per acida, v.g. ✳, vel ∽ ⊕li, ♁atur in ♃ coloris ☉ei, indeque sulphur antimonii auratum dictum. Triplex sic acquiritur ♃:

1. Primâ enim vice cadit ♃ crudius emeticum & cathartcticum;
2. Ubi autem liquore per filtrationem separato instillatur de novo acetum destillatum vel ∽ ⊕li, præcipitatur sulphur mitius & fixius, cathartcticò diaphoreticum existens; Sicuti
3. Si 3iâ quoque vice filtratus liquor per acida allegata ♁etur, acquiritur ♃ ferè diaphoreticum.

Interim si loco acidorum illorum per ⊡am crudam (quod *AUTOR* vult) præcipitetur solutio scoriarum, negotium non succedit, sicuti ipsemet tentavi. Quod si autem ex liquoribus illis ex quibus sulphur per acida aliàs ♁atum est, cum ∽u ⊡æ ♃ ♁atur, tunc cadet hoc nobilissimi & singularis effectus, nec *AUTORI nostro* in cognitum.

Liquor hinc collectus) Quando solutio scoriarum reguli antimonii tertium præcipitata fuit per acida, tunc hæc acida se jungunt alcalibus, adeoque alcalia ista dimittunt sulphur antimonii: jam ergo si acidum hoc ♁ans fuerit ∽ ⊕li, tunc liquor separatus, ex acido ⊕li & alcali ♀i constans, post evaporationem debitam in loco frigido concrescit in crystallos, puta ♀ ⊕*latum*: contra si ♁atio solutionis scoriarum facta est cum acido aceti destillati, tunc liquor separatus inspis-

inspissatione concrescit in ▽am *foliatam tartari*, quæ in loco frigido fluet in *liquorem terræ foliatæ* ♀.

E vulgari ℞ ♂ij *pag. 332.*) Si præfatis scoriis reguli ♂ij, vel croco metallorum nondum edulcorato, affunditur ☿ rectificatus, hic elicit ℞m ♃eo ☉osam concinnam.

Ex ♂io cum sale ♀*i*) Si ♂ cum sale ♀i vel ☉ fixo in crucibulo invicem colliquescant, & massa horum colliquata mox infunditur in ☿ rectificatum, tunc extrahit hic ℞m, absorbendo ex alcalibus ♃ ♂ii. Ex hac *AVTOR noster* parat suum ♃; nam potest ℞ hæc dari vel in forma liquida; vel eadem cum aceto vel ∽u ⊕li potest ▽tari in ♃ ♂ii; ita enim habebitur hoc purum, fixum, & diaphoreticum. Atque hoc est illud ipsum ♃, quod *AVTOR* ex aliis ♃ibus seligit, & hisce præfert.

E cinnabari ♂*ii*) Paratur quoque ♃ è cinnabari ♂ii; etenim cinnabaris illa constat ex ♃e ♂ii & ☿ vivo; quæ duo sub destillatione butyri ♂ii se lociant, & in cinnabarim elevant. Jam ergò ex eadem cinnabari quidam per sequestrationem ☿ij ab ea separant ♃ ♂ii. Modus est: Cinnabarim ♂ii ebullire cogunt in lixivio acri, sic hoc imbibit ♃ ♂ii, & ☿ vivus in fundo subsidet; dein lixivio, ♃e impræguato, instillant acetum destillatum, ita præcipitatur ♃ genuinum è cinnabari elicitum. Cæterùm cùm Cinnabaris ♂ii sit optimum diaphoreticum & anodynum; indeque antiepilepticum: contrà ♃ ex cinnabari antimonii collectum non sit adeò nobile, quàm ipsa antimonii cinnabaris, proinde hâcce præparatione possumus supersedere. Et putat *AVTOR noster* loco illius ♃is aliud, & quidem ex ℞ ♂ii vulgari ▽atum esse eligendum; quippe quod ipsum purius est, quàm quod ex crudiore ♂io elicitur.

Lixivia saponaria) Vulgari modo ♃a ♂ii extrahuntur per lixivium; Salia nempe fixa soluta in ▽ affunduntur ♂io, ebullire sinunt, & sic eliciunt sulphur: Interim, quia hæc minus solvunt Antimonium, & omnia sulphura illa, eò quod participent adhuc de regulo, sunt emetica.

Calcis vivæ quadruplo) Nonnulli miscent cum quadruplo calcis vivæ ♂, ▽m affundunt, deinde coquunt, sicque extrahunt copiosum sulphur; quod tamen non est genuinum, sed participat adhuc multum de regulo Antimonii. Sunt enim in calce viva bina salia, quorum acidum adoritur regulum antimonii, alcalia autem sulphur ejus; hinc hic pulvis sulphuri formis est instar antimonii crudi, quem tractu temporis griseam vestem induere dicit *AVTOR noster*, hoc est, mutatur denuò in genuinum & perfectum ♂ium.

Ex ▽ *regia*) Genuinum ♃ ex antimonio, idque nonnihil viridescens, per ▽iam eliciendi modum docet *TACCHENIVS in Hipp. Chym. cap.* 23. Habetur sic solitarium sulphur, quod quidem est nonnihil anodynum; interim vi diaphoreticâ ipsi æquale est supra allegatum *AVTORIS* ex ℞. Antimonii vulgari paratum sulphur.

Unica aceti destillati abstractione) Quidam figere & exaltare intendunt sulphura antimonii aceti destillati abstractione; & sanè sic fixatum sulphur, imprimis *AVTORIS nostri* sine nausea & vomitu est simpliciter diaphoreticum & sanguinis mundificativum, adeoque in cachexiis egregium. Nempe ♃a ♂ii genuina hunc usum habent, ut singulari vi anodynâ, eaque sine narcosi (quibus aliàs opium) insignita, temperent quodcunque acre præternaturale; crasinque humorum corporis in debita symmetria conservent; sicque sponte natura sequestratur quodvis heterogeneum è sangvine, adeoque sulphur illud corpus animale purificat, sicut & idem sulphur ☉ purum reddit à sordibus heterogeneis.

Panacea nonnullorum pag. 333.) Hanc describit *SCHROEDERVS in Pharmacia pag.* 443. cui tamen *AVTOR* præfert suum ♃ ♂ii.

Nupera cum ☉*o fixo*) Est hæc *Panacea Glauberi* tantum tale Sulphur Antimoniale, paratum calcinatione antimonii c. nitro fixo, ceu suo liquore alcaheſt, hinc hanc mixturam extrahendo cum ☿: quô abstracto remanet pulvis rubicundus, qui est *Panacea* ista vomitoria diaphoretica. Cæterùm *AVTOR noster* in hoc acutus est, quod per acida præcipitet suum sulphur; ita namque illud diaphoreticum fit, adeoque absque abstractione ☿ suum parat sulphur; sic fit diaphoreticum, non verò vomitorium; quod notetur probè.

Tinctura) Jam ergò ne fiat inter ℞as confusio, fundamentum earum proponemus: Nempe ℞æ antimoniales (♃a ♂ialia in consistentia liquida aliàs dicta) genuinæ, & quæ reverà ex sulphure antimonii constant; sunt in duplici differentia: nempe participant eadem vel in genere de sulphure quocunque antimoniali, vel in specie de fixiori ♂ii, sulphure de natura ☉ri: Illæ sunt communes istæ ℞æ antimonii, ex sulphure ☉ato ejusdem prodeuntes; item ℞ ♂ii ♀fata; nec non ista supra dicta *AVTORIS*, ex qua præcipitat suum ♃ ♂ii; Hæ verò ℞æ sunt altioris indaginis, & ejusmodi est *BASILII VALENTINI* ex vitro antimonii parata, quam habet *in Curru triumphali*, quamque indagant curiosiores Chymici. Porrò ℞æ ♂iales cùm sint ♃a antimonialia liquida, in genere duplici labore absolvuntur: quorum prior versatur in sulphuris tingentis extractione: posterior in ♃is extracti exaltatione per ☿ faciendâ; in hoc enim ceu menstruo sulphureo extractum illud ♃ ♂ii quasi liquescit, & ab eodem imbibitur, & sic ℞ paratur. Jam verò pro ♃is tingentis extractione menstrua duplicis generis in usu sunt: nempe vel alcalica, quæ immediatè magis ♃a illa ♂ii extrahunt; vel acida, quæ ipsa præsertim pro ♃e fixiori antimonii, in vitro aut regulo ejus colliquato, requiruntur: etenim dum illa rodunt regulum vel vitrum, fixius sulphur secedit pro meliore ℞â acquirendâ conducens. Porrò sulphura, quæ per alcalia extrahi solent, extrahuntur vel beneficio nitri aut ♀i alcalisatorum, aut quoque alius ⊖is fixi, vel per ⊖ia volatilia, eaque tàm ex ♀o, quam ex ⊡a parata. Et quidem hic alcalia, tàm volatilia quàm fixa, solvunt ♃ ♂iale, & separant id à substantia ♂iali: deinde ⊖ibus illis ♃ibus hisce imprægnatis affunditur ☿, eliciens sulphuream ℞m: sicuti enim aliàs ex ♃e communi in ♃e intensiore cum ⊖e ♀i coliquato per ☿ extrahitur ℞ sulphuris communis, vel ex sulphure communi misto cum calce viva, addito ⊖e ✳co, destillatur ℞ ♃is, ita par est ratio in ℞is ♂ialibus extrahendis, quæ cum ☿ fieri nequeunt, nisi prius ♃ per alcalia fuerit extractum. E contrà menstrua acida eliguntur, quando vel sulphur antimoniale fixius, vel ℞ fixior, eaque magis diaphoretica, desideratur, undeque saltem ex vitro aut regulo antimonii separabile illud est (ceu è quibus ♃ ♂ii superfluum volatile jam extractum) quod postmodum cum ☿ in ℞m exaltant. Ex scoriis reguli cum ☿ extrahitur ℞, quæ in vinosis, item aci-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1194-0 DFG

acidulis, facilè præcipitatur, quia prius per alcali fixum fuit elicitum; Unde acidum dum agit in alcali, ☿atur in pulverem. ♀ simplex ex quolibet ♁e volatili ♂ii parum extrahit, nisi ♃a antimonialia sociata sint prius, & tractata cum alcalibus.

Super retortulæ rostrum, pag. 334.) Sunt, qui ℞as ♂iales mediante ♀ per retortam pellere nituntur, sed labor est frustraneus; quippe paucissimum est, quod prodit: ut taceam, quod eo ipso, quo ♃ antimonii fixius obtinere velimus, eo minus destillationi incumbere debeamus, cum mediante hac illud separare nequeamus.

Ex communi vitro floribusq;) Ambo hæc vix dimittunt ex se aliquid ♃is, nisi acidis menstruis tractata, quippe ♃ ♂ illud fortiùs cum suo regulo colliquatum est, adeoque ex his ☾ vini parum vel nihil, nisi post diuturnam digestionem elicit: quibus verò placet, loco ♀ simplicis assumant ☾m vini cum ⊖✱co acuatum; quem ℞am ♂ii eliciendi modum videte in *KERKRINGII Commentario in Currum Triumph. Basilii Valentini, pag.* 141.

⊙aria verò vitra) Sunt, qui ex vitro antimonii ⊙ari cum ♀ ℞am elicere præsumunt, ast laterem hi lavant: interim processus duos vid. *in SCHROEDERO*, quibus tamen nihil singulare inest, præsertim cum antimoniale nihil in menstruum deponat.

☾ è coralliorum) Loco ♀ quidam pro ℞a ♂ii conficiendæ assumunt ☾ è saccharo ♄i & coralliorum ⊖e prolectum: interim, quia & hic nihil aliud est quam ☾ vini simplex regeneratus, proinde illa quoque ℞ antimonii nihil habet in recessu præ communi.

Per terebinthina parata ☾um) Quidam ℞am ♂ii eliciunt cum ♁ terebinthinæ seu ☾ ejus: Conf. *WILLISIUS de Ferm. pag.* 59. 60. & *SCHROEDERUS pag.* 447. & verum est, elici hâc ratione antimoniale; interim crudum, hinceque pro balsamo sulphuris antimonii, Chirurgicis scopis inserviente, proficuus erit hic labor, præsertim cum balsamus ille taliter paratus nobilior multo sit illo, qui ex sulphure communi cum ☾u terebinthinæ paratur.

Quasi a calo pag. 335.) Innuit hic *AUTOR* ℞am illam antimonii Θεόπεμπτον dictam, quam ex *QUERCETANO* habet *SCHROEDERUS*, itemque elicit ℞as eju modi splendidis titulis præditas. Interim omnes hæ ℞æ non differunt à vulgaribus ♂ii ℞is, sed præter illos nil promittunt, & res est eadem.

Acalium loco Antimonium cum Arcano duplicato fundunt) Sunt qui loco ⊙i ♂ fundunt cum ana arcani duplicati Mynsychthii in corpus itidem ⊙osum. Interim quando ambo illa concreta funduntur, tunc nitrosum corpus à ♃e ♂ii incensum abit in aleali fixum, sicque itidem crocum metallorum acquirimus: ℞ ergo hæc, quæ deinde elicitur, non differt a ℞, quæ ex croco metallorum cum ♀ elicitur.

⊡osum sive lixiviosum aliquod conjunctum) Vera est hic *AUTORIS* epicrisis, dicentis: *si velimus ℞am ♂ii nobiliorem parare, fiat hæc* per menstruum ⊡osum. Sic recipiatur ☾ ex ⊖e volatili ♀i seu ⊖e ♀i volatilisato; cujus plures modos proponit *Dissert. de volatilisat.* ⊖is ♀i; sic enim egregiam ℞am antimonii accipimus: ubi & quidam loco ☾ ⊖is ♀i volatilis recipiunt ☾ ♀i communem, hinceque ex scoriis reguli ℞am parant: vid. *AUTOR loco citato.*

Lili) Tinctura lili *PARACELSO* est ℞ ♂ii beneficio liquoris alcahest parata, loco cujus *AUTOR noster* sumit ⊖ ♀i volatilisatum: ac labor hic ferè idem est, qui aliàs procedit, dum cum ☾u ⊡æ ex antimonio crudo evocatur sulphur, postmodum cum ♀ extrahendum: scilicet irroratur saltem cum ☾u ⊡æ pulverisatum ♂, sic hoc adjuncto ♁e efflorescit in copiosum ♃, quod item cum ♀ extrahi, & in convenientem ℞am ♂ii exaltari potest.

Acidum quidpiam pag. 336.) Pergit *AUTOR* ad ℞as antimonii, paratas per acida, ubi quippe vel sulphur auratum antimonii, vel crocum metallorum, infundit cum aceto vel ☾u viridis æris, quæ eliciunt ♃ ♂ii: deinde abstractô menstruô, sulphur illud cum ♀ in ℞am exaltatur, pro selectu ab *AUTORE nostro commendatam.*

Cum acidis ☾ibus pag. 337.) Acida menstrua varia adhibent Autores; nunc nempe ex regulo floribusque antimonii vomitoriam ℞am; nunc eandem ex ♀o butyri antimonialis, affusione aceti parantes: Verùm hæc ℞ erit parca & vomitoria, nihil in recessu habens: sic dum loco ✝ti ☾um acidum ex minera antimonii destillatum, ☾um mellis, mannæ vel Gvajaci usurpant, nihil peculiare acquirunt, quod non similiter per ✱ & ☾um ⊕is adhibitum potuisset obtineri.

Liquore quasi composito cum ☾u ⊖is extrahitur) Quando antimonio diaphoretico nondum edulcorato affunditur ☾ ⊖is, prodit liquor compositus instar butyri ♂i, ex quo cum ♀ ℞m prolicere volunt, sed frustrà: in ♀ato est ☾ acidus ⊖is communis, qui sub destillatione solvit antimonii regulum, & abit in butyrum.

Ex antimonio crudo ejusve regulo) Quidam ♂io crudo, vel regulo antimonii, vel croco metallorum, vel sulphuri aurato, affundunt ☾um ⊖is; hc misturam hanc destillando acquirunt butyrum antimonii, cui addendo ☾um vini, elicere volunt ℞am: sed est labor inanis, cum lactescant mista aliis, & ♀ vitæ ☿etur.

E butyro pag. 338.) Hoc est è butyri antimonii ♀uo per acida elicere volunt ℞am: contrà alii ♀ eidem ♀uo affundunt, sæpiùs hunc abstrahunt, & per acida elicere volunt Tincturam: vid. *SCHROEDERUS.* Verùm & hic labor est duplicatus & rejiciendus.

Cum ♀o) Tincturam taliter paratam describit *SCHROEDERUS.* Est crocus metallorum cum Spiritu vini extractus. Sic apud multos labores multum fraudis.

Ex ♁o saccharato) De hoc itidem vid. *SCHROEDERUS*; nempe antimonium & saccharum destillata dant liquorem acidum corrosivum, cùm sacchari ☾ acidus rodat regulum ♂ii.

Multas manifesto pag. 339.) Scilicet plures inveniuntur ℞æ antimonii, ast plurimæ eorum sunt emeticæ, non verò diaphoreticæ.

⊖i ♂ii.) Sunt, qui in ⊖e antimonii parando sunt negotiosi: Verùm non datur mica ⊖is in antimonio; Imò si quid ejus acquiratur, erit illud ex ☾ibus ⊖inis acidis. Cæterùm loco talis salis jubet *AUTOR* Tincturam suam antimonii cum acido paratam inspissare.

Aceti destillati robore vel ⊕is ☾u) Qui hæc menstrua non habent, hos monet *AUTOR* sumere acetum vini simplex, & affundere sulphuri aurato in duodecupla proportione, & abstractam massam Spiritu vini extrahere.

De potioribus p. 340.) Eligit adeoque *AUTOR*

1. Sulphur ♂iale ex ☿ ▽atum.
2. Ram cum ☉osis menstruis, &
3. Ram cum acidis paratam.

Sulphur parat, antimonium fundendo cum ⊖♀ vel nitro: misturam cum Spiritu vini extrahit, & Rm cum aceto ▽at: Quoad Tincturas verò, ex antimonio vel ejus ♃e *beneficio menstrui volatilis urinosi, cum acidis ex* ♃e ☉ato cum aceto destillato, menstruo abstracto elicit cum Spiritu vini.

Regulus verò) *AVTOR* hic obiter docet modum parandi regulum, qui est ☿ialis & metallica ♂ii substantia, a superfluo ejusdem ♃e sequestrata: scilicet sequestratio hæc fit, quando ☉, ♀ & ♂ simul mista pro una vice detonantur, hâc ratione ♀ & ☉ in ⊖ia alcalisata mutantur, extrahentia ♃, adeoque regulum dimittunt. Compendiosius autem paratur, si ☿ vitæ fundatur in crucibulo, qui si liquescit, totus abit in regulum.

Tandem malè componitur regulus ille, quando mistura successivè crucibulo ingeritur, cùm hac ratione multum de ♀ & ☉ deperdatur, potius omnia simul detonentur.

♂*ialis*) Regulus antimonii ♂ialis ita fit; nempe ♂i candefacto additur ♂, sic hujus ♃ rodit ♂em, unde regulus separatur. Huic regulo nonnulli ~um ⊕li affundunt, extrahunt, & ita vitriolum ♂iale postmodum acquirunt. Si volumus habere concinnius antimonium diaphoreticum, vel butyrum ♂ii, loco antimonii crudi recipiatur regulus.

Stelliformium) Nonnulli regulum stellatum accipiunt, id quod præterpropter fit ex antimonio puriore: interim stella illa non absolutè necessaria est, cum æquè sine stella regulus adhiberi queat.

Acetosus ejus liquor) Ex minera ♂ii per retortam destillata prodit paucus ~ acidus (minus commodus existens) non secus ac ex antimonio crudo jam fuso (ex hoc tamen parcior adhuc) qui est forsitan à ♃e antimonii superfluo incenso, non secus ac ♃a omnia incensa produnt acidum ~um. Cæterùm loco hujus ex ♂io destillari ~ aciduli clyssus antimonii, vel ros ⊕li, hoc est ♂ ⊕li acidulum, in usum vocetur; sic enim hæc idem, atque illud ♂ii acetum parcissimum, præstabunt.

Liquatio ♂is crudi, pag. 342.) Nonnulli antimonio crudo addunt ⊖♀i, ut hoc superfluum ejus sulphur absorbeat, & acidum prodeat: sed ▽am ex pumice quærunt.

Crucum, aut ipsum crocum) Sunt qui antimonium crudum aut quoque crocum metallorum cum crusta panis miscent & destillant, sic ~um acidulum fœtidum empyreumaticum acquirunt, ▽æ *antepilepticæ* nomine: sed infidum hoc est remedium; nam panis per se destillatus dat ~um acidum volatilem, qui vitro ♂ii vel croco metallorum affusus exhibet Tincturam rubicundissimam: Interim & hoc imposturam sapit, præsertim cum idem ~ panis ∴æ affusus hanc colore rubro tingi soleat, & fere quælibet corpora, si iis affundatur.

Vulgare butyrum) Hujus essentiam enucleans dico: illud esse nihil aliud, quàm solutionem reguli antimonii cum suo ♃e, factam per ~ ⊖is concentrationem mediante destillatione; hâc ratione enim crassus & gummosus liquor prolicitur. Liquor hic gummosus antimonii vocatur *Butyrum* ♂*is* & spuma duorum draconum: Jam vero ingredientia pro butyro antimonii conficienda sunt ana ☿♎ti & antimonii vel hujus reguli; ☿♎tus est concretum ⊖ium, ex ☿ vivo & ~u ⊖is in eodem concentrato constans, qui coëundo cum ☿ vivo formam albam crystallinam repræsentat, nempe ☿♎tum. Equidem vulgò paratur ☿♎ ex ☉ ⊕*lo*, ⊖e *communi* & ☿ *vivo*; at reverà nihil de illis ⊖ibus, præterquam de sale communi, assurgit, hincque de hoc saltem participabit ☿♎tus. Unde quando ☿♎tus destillatur cum antimonio, tunc sub tortura ♃is ~ salis rodit ♂, ♃ ejusdem, & ita invicem in concretum crassum, *butyrum antimonii* vocatum, abeunt.

Sorum saccharatorum aut mellitorum) Antimonium loco ☿♎ti solet & cum melle saccharoque destillari in ☍ saccharatum mellis, quâ ratione & ~ acidus sacchari & mellis sub destillatione rodit regulum antimonii, & invicem in dilutum liquorem destillantur: Conf. *SCHROEDERUS.* Interim omnia ejusmodi destillata sunt pariter acido corrosiva, ejusdem ferè naturæ cum butyro antimonii, nisi quod hoc acidius, & magis concentratius sit.

A humente carne) Quando butyro antimonii vel ☍eo ejus instillatur liquor quidam ▽eus, tunc pulvis albus, ☿*is vitæ* nomine veniens, fundum petit: Par ratio est, si eorundem guttula j vel altera cuti illita liquescit; nam & sic ab humido exhalande ▽atur ☿ vitæ cuti adhærens. Cæteroquin externè butyri antimonii usus in duobus casibus locum habet:

1. Nempe in curandis anthracibus pestilentialibus & carbunculis, hinc & in arcendo sphacelo.
2. In excitandis fonticulis.

Ac quidem pro cura sphaceli in confiniis sanæ partis & mortuæ circumducitur eô butyrô antimonii circulus; sic enim separatur spontè & optimè sine ferro & ♃e sanum à mortuo, vivum à putrido. Par ratio subest in anthracibus, speciebus itidem sphaceli, nempe pennâ butyrô antimonii tincta illinitur circulus, sic illi toti excidunt: Deinde pro excitandis fonticulis conducit butyrum antimonii hac ratione: nempe in calamo cavo tantillum butyri antimonii apponitur parti in qua excitandæ fontanellæ; sic enim hoc coërcetur, ne ultra locum destinatum operari queat, & excitatur feliciter fontanella.

Internos vero in usus pag. 343.) Sunt, qui immediatè butyri ♂ii gutt. ij in ▽eo vehiculo propinant, ita ☿ vitæ ▽atus in stomacho, nunc vomitus nunc secessus movet ad instar ☿ vitæ per se assumpti; non secus ac quidam idem butyrum contra quartanam pro scopo laxativo adhibent: Verùm idem esset, ac si ☿ vitæ per se assumeretur, quippe parum ~ ⊕li Philosophici in una alteraque guttula butyri antimonii reperitur.

Tot quasi parerga) Sub destillatione butyri antimonii, dum acidum ☿♎ti rodit regulum, ☿ tunc ab acido liberatus fit sui juris, hincq; prodit is partim cum butyro antimonii in receptaculum, partim cum ♃e ♂ii separato coëundo, ♂in constituit, in retortæ collo adhærentem, atq; sic una vice & antimonium, & butyrum, & ☿ ex sublimato revivificatus, acquiritur. Cæterùm butyro isti ♂ii infusa ▽ lactescit, cadituq; regulus corrosus sub nomine ☿ii vitæ; liquor autem hicce supernatans filtratus, qui intensè acidus est post rectificationem, dat ~um ⊕li Philosophicum, seu ~um ⊖is rectificatum, ex ☿♎to denuò sequestratum. Tandem eligit *AVTOR* butyrum hoc Antimonii vulgari modô præparatum; nam & aliis modis id elici potest; interim sine ♂ri, si antimonio non additur ☿.

Quam remitentioribus) Sunt, qui ♂ crudum miscent cum ~u salis & aliis salibus, & destillant; qua tamen ratione acquiritur pariter butyrum antimonii, adeoque omnes ejusmodi sunt pomposi processus,

sus, quales habet *SCHROEDERVS in Pharm. l. 3. pag. 437. sub no. 10. e. g. sub nomine magisterii* ♁ii, quod ipsum si ritè examinemus, est nihil aliud, quam butyrum ♁ii, & ☿ vitæ, sic *idem pag. sequente no. 13.* describit ♁ii *crystallinum* ex floribus paratum, quod tamen indem est nil aliud, quàm butyrum antimonii; similiter *no. 14.* habet ♁ *Compositum* ♁ii ad vulnera, quod pariter est butyrum ♁ii; non secus ac *no.* 15. iterum habetur ♁ *ex antimonio cum* ☾u ⊖is *imbito*, itemque balsamus ille vulnerarius Basilii, est ipsum antimonii butyrum.

Loco cellaria repositura) Sunt, qui misturam ☿ati & antimonii, pro butyri ♁ii feliciore destillatione, reponunt in cellam, ut sic ☿atus imbibat ▽eam cellæ humiditatem, solutaque sic in ea ⊖ia potentius agant in regulum antimonii: interim sufficit, si illa mistura irroretur aqua simplici; nam & sic idem effectus obtinebitur.

Butyriformibus Croci metallorum vel sulphuris aurati solutionibus, pag. 334.) Par ratio est, sive ex croco metallorum, sive ex ♃e ⊙rato antimonii, sive ejusdem floribus, sive regulo, ☾u ⊖is interventu destilletur butyrum antimonii.

Rectificationis) Rectificatione butyrum antimonii vulgare non indigere *AVTOR* autumat: interim ego regero, non inconsultam esse ejus rectificationem, cum sic purius, item tenuius liquidiusvè fiat, & ⊖ia magis sub rectificatione dissolvantur, imò tenerior ☿ vitæ, & exactius Bezoardicum minerale acquiretur: Unde quò sæpius ejusdem instituetur rectificatio, eò melius est.

Spiritus ⊕lis Philosophicus) Hunc Veteres dixerunt ita ex eo, quod is se ex ⊕lo in Mercurio sublimato repræsentaret: ast falsum hoc esse demonstrat *TACCHENIVS*, & ascendere solum ☾um ⊖is. Potiùs ergo est ☾ ⊖is ex ☿ato in butyro antimonii vivificatus: quod probant solutiones & præcipitationes cum hoc ☾u vitrioli Philosophico factæ, ejusdem naturæ existentes, quàm quæ aliàs cum ☾u ⊖lis communis factæ: ut taceam, acidum ♁ii parum illi ☾ui subesse, nihilque de acido ⊕li ceu nimis ponderoso ascendere posse, uti nec de ⊕o aliquid sperandum; quippe cujus acidum in sublimati ♁ii confectione per orificia vasorum aperta avolat.

Spiritus tartari antimonialis, pag. 345.) Hic fit, quando flores antimonii & tartarus in anatica portione miscentur, ebulliendo hinc misturam in ▽ simplici, & crystallos inde factos per retortam destillando: Verùm hâc ratione simplex ☾i ☾ prodit, floribus antimonii in retorta sub reguli forma subsidentibus. Unde falsum est acquiri hoc modo ☾um ☾i ♁iatum.

Mercuriale) Ex omnibus ☿ialibus pro scopo diaphoretico sufficere ait *AVTOR* Cinnabarin, compositum illud nobile ex ♃e antimonii & ☿io vivo, sive jam illud sit commune in cinnabari nativa & artificiali (quarum tamen hanc pictoribus relinquo) sive ♃e antimoniali. Cæterum, dum loquitur *AVTOR noster* de ☿ialibus, adhuc de ☿io non nulla præmonenda: Et quidem ejusdem natura fuit in occulto posita, utut rectissime dicant, qui putant: eum esse liquorem metallicum. Cùm enim ex metallicis subjectis, per se in forma liquida nonnihil deprehendatur; hinc ☿ vivus ad eorum solutiones, & inde nata decomposita metallica pertinet: constat quippe ☿ vulgi ex vapore isto humido, qui ceu altera pars cum ♃e metalla componit, quique sibi relictus humidiusculus & unctuosus in illis mineris constituit illum vaporem montanum venenosum, vocatum der Berg Schweden. Jam verò, dum vapor idem in mineris metallicis crudum aliquid dissolvit, cum hoc coëundo facit, ut liquidum hujusmodi quale est ☿ vivus, fluidum, & ratione metalli contenti ponderosum abeat, indeque amalgama quoddam liquidum emergat: de quo conf. *Phys. Subterr. BECCHERI*, & *TACCHENIVS* Mercurii natales egregiè scrutans. Porrò amalgama hoc liquidum, seu ☿ vivus cum metallo solutum, est corpus volatile, & vix ullâ arte coercibile, naturæ in recessu alcalinæ, ratione cujus cum acido ♃eo metallorum coit in miscelam horum perfectam non secus atque aliàs arte ☿ vivus cum ♃e ceu acido in concretum novum, puta ♄im transit: & sicuti ♃ea omnia alcalibus combinata rubescunt, ita & ♃ cum ☿ conjunctum ruberrimam constituit cinnaberim: imò quemadmodum ab isto vapore Mercuriali metalla materialiter componuntur, ita etiam ab eodem superabundante illa denuò quoque dissolvi & amalgamari, h. e. comminui ulterius, possunt: Mercurius ergò hic uti coit cum sulphureis subjectis in cinnabarim ratione acidi, ita & idem cum aliis acidis mineralibus diversimodè congreditur, à quibus etiam alcalina ☿ii natura aliqualiter saturatur, inde apparenter figitur, sicut in Mercurio sublimato & præcipitato hoc patet. Hinc ☿atus est concretum ⊖sum vertium, ortum ex acido ⊖is communis & alcali ☿ii, demonstrante hoc *TACCHENIO in Hipp. Chym.* Jam ergò, cum ☿ vivus sic subjectum alcalinæ naturæ, hinc est, quod in operibus artis acida eum saltem aggrediantur, non autem alcalia, & dum cum illis acidis vel in sublimatum & præcipitatum coit, ab alcalibus contrà denuò revivificatur, destructo his ipsis acido mercurium coagulante, ut inde ab hoc ☿ vivus apparenter saltem figatur: solus autem liquor alcahest adeptis dicitur figere mercurium; Unde ab iis taliter fixatus ⊙ Horizontale vocari solet. E contrà autem metalla sunt corpora composita, ex ♃e & Mercuriali præfato vapore coagulata: si in iis dissolvatur ♃ cum ⊖ibus resuscitativis, qualia sunt alcalia ⊡æ, ☾i, ⊖is ✱ci, &c. denuò prodit ☿ vivus, *Corporum* ☿ tunc vocatus. Etenim differentia Chymicis solennis est inter ☿um vulgi, & inter ☿um corporum seu ex metallis resuscitatum: quorum hic in se purus & defœcatissimus est; è contrà vulgi seu vivus ☿ est corpus impurum, quippe huic in mineris ♃ quoddam volatile superficialiter se associat, quod ♃ in se est acidissimum; & ab hoc ♃e peregrino in se acidissimo (*HELMONTIO* labes originalis ☿ii dicto) arsenicali, promanant nocumenta illa à ☿ialibus remediis in corpore producta, quæ non raro à ☿ii vivi usu solent observari, nempe vomitus, secessus, salivationes, idque eò magis, quò magis per adjumenta Chymica ♃ illud adhærens in ☿ vulgi extractum est, v. g. per ☾um ⊖is & ⊙i ♃eum, extravertentem ♃ illud peregrinum, hincque in Mercurio ▽ato vulgari mala allegata inducentem. Mercurius autem metallorum resuscitatus defectu hujus peregrini ♃is insons planè est, hincque non salivatorius esse dicitur: Conferatur *TACCHENIVS.*

Citra vulgariorum Mercurialium, pag. 346.) Scilicet Præparata ex Mercurio vulgi sunt nihil aliud, quàm magisteria ejusdem, ex quibus tamen omnibus is resuscitabilis est: sic v. g. Sublimata, ♁ea, essentiæ, & præcipitata, sunt larvatus ☿ in

additis vivus, cùm sub △e socius ille fugitivus avolet, relictis additis. Jam verò larvæ illæ saltem inducuntur ab acidis, iisque nunc propriis, quale, est illud △ extrinsecus eidem adhærens, à quo & per simplicem digestionem extraverso per se ☿ figitur in præcipitatum rubrum; nunc alienis, iisque iterum vel macribus, qualia sunt ∽ mineralium acidi, ⊖is, ⊕li, ☉i, ♃is, &c. quæ omnia ☿ium ceu corpus alcalinum non saturatum minus tutum, sed semper ferè nocivum relinquunt; vel acidis pingvibus, qualia sunt ♃a, tàm vulgare quàm ♂ii, redacta in formam cinnabaris; adeoque hæc cinnabaris est vel antimonii vel nativa, nata ex coitu ♃is seu maris, & ☿ii seu fœminæ: quæ invicem generant fœtum rubellum hunc seu cinnabarim; adeoque hoc erit concretum temperatum, tertium ⊖sum ☾sum seu ♃eum, hinc resolutivum, anodynum, moderatè diaphoreticum, & cujusvis acris præternaturalis in corpore temperativum; sicque frequenter proficua eadem erit singulariter in epilepsia & aliis convulsivis morbis. Cæterùm cum allegati cinnabaris effectus omnes dependeant ex textura ejus concreti, propterea eadem sub hac forma relinquenda est integra, prout nempe vel natura cinnabarim nativam, vel ars ♂ialem suppeditavit in usum Medicum trahenda, nec sulphur nec ☿ ex ea eliciendà.

Post diuturniorem assationem) Examinat hic *AVTOR* successivè producta Mercurialia, quæ vulgò ex Mercurio promittuntur tanquam diaphoretica, & rejicit ea, dicendo: quod quicquid & virtutis diaphoreticæ talia promittant, hæc tamen præstantiora non esse, quàm alia mineralia aut ♂ialia diaphoretica; Adeoque non opus est, remedio minus tutò uti. Et positò, esse apparenter fixatum Mercurium, tamen reverà minus tuta sunt quælibet ex Mercurio remedia: posito enim in hoc vel altero subjecto desiderio satisfecisse, tamen in alio nauseas, aut saltem salivationes, variaque Symptomata secundum *AVTOREM* excitare posset.

Aquilas illas, pag. 347.) Sugillat hic *AVTOR SCHROEDERVM* & *ZWELFFERVM in Mantissa Spag.* quorum ille *pag. 415. 416. 417.* aquilas, astra, ∽ & ☾☾ habet; qui tamen omnes processus examinati relinquunt aut communem ☿um præcipitatum; aut si aliquid per retortam prodeat, est illud ∽ acidus additis alijs acceptus ferendus, nihil vero de Mercurio participans.

Miraculosus è Smiride) Tangit hic *SCHROEDERVM pag. 401.* qui Mercurium calcinat cum smiride & habetur, (præsertim cùm smiris sit subjectum ♂iale) aliquo modò fixus; interim tamen hoc ipso non perfectè coagulatur.

Aqua) Hunc ▽ am destillandi modum unà cum instrumento exhibet *ZWELFFERVS in Mantissa pag.* 359. Parcissima acquiritur. Interim litigant inter se *AVTORES*: an liquor prodiens vasi? an ♎i? an verò denique ☿io in acceptis ferendus sit? vid. *pag. 25. 26.*

Pro Mercurialibus nihilominus) Veteres sc. ut & *BILLICHIVS in Observat. Chym.* putat ☿um vitæ esse prolem ☿♎ti: ast malè cùm potius prodeat ex regulo ♂ii.

Qui lentâ continuaque, pag. 348.) Scilicet indicat hic *AVTOR noster* Mercurium per se præcipitatum, cujus modum docet *ZWELFFERVS Mantissa Spagyric. pag.* 353. quo loco habet simul instrumentum, in quo ☿ figendus est. Cæterùm in illo processu hæc adhuc encheiresis notanda venit, ut nempe △ suppressionis supra illud instrumentum adhibeatur; sic enim ☿ nunc per se, nunc additô antimonio vel etiam ☉e figitur, habeturque remedium non inelegans diaphoreticum, præsertim, si cum ☉e illud factum sit; ab hoc enim nonnihil figitur. Interim tamen præter tædiosam hanc fixationem semper tamen adhuc periculum subest, ne salivationes hic quoque ☿ fixatus excitet; unde cùm alia præstantiora prostent, optimè eo carere possumus.

Fato quorundam diaphoretico) est *SCHROEDERI pag.* 419.

Alcahestino) Innuit hic *AVTOR Mercurium diaphoreticum Paracelsi* atque *Helmontii*, tanquam horum universale: ac sanè non figitur perfectè ☿, nisi à *liquore alcahestino*, h. e. ⊖*e circulato majore Paracelsi.* Interim cùm hoc careamus, suadet *AVTOR*, tentemus aliquid cum ejusdem substituto, puta ∽u ⊖is ♀i, quod itidem facit ipse.

Veri Diaphoretici pag. 349.) Nempe ☿ vivus à liquore alcahest solutus dat *pulverem diaceitatessam* vocatum, Mercurium sc. diaphoreticum, & ☉ horizontale. Hic ☿ *fixatus* est Arcanum corallinum Paracelsi; ☿ verò diaphoreticus est, quem hinc inde jactitat *HELMONTIVS*, & dicit: quod operetur istud, quodcunque aut Medicus aut Chirurgus desiderare ab eo valet juxta *HELMONTIVM.* Dicit eum parari cum liquore alcahest, & postmodum cum △e ♀is dulci misceri.

Sulphur Veneris) Insinuat Autor hic illum *HELMONTII locum Tr. Lapis Butleri*, ubi in fine lap. Butleri Drieff suum substituit, parandum ex ♋ ⊕li ♀is beneficio ⊖is volat. ♐æ, à fœtore liberati: Conf. *STARKEY.* Cæterùm differt hoc Drieff à Mercurio diaphoretico, & oleo ⊕li ♀is dulci.

Sublimatione cum ⊖*e* ✱*co pag.* 350.) Hoc ipso innuit *BOYLEVM*, qui in sua *Philosophia Experiment.* proponit modum, quo beneficio sublimationis cum ⊖e ✱co ex capite mortuo ⊕li ♀is succedaneum primi entis Veneris parari queat: nempe ex ♋o ⊕li ♀is cum floribus ⊖✱ci, fateturque se ipsum hoc remedio magna, speciatim in quartana, præstitisse. Cæterum paravi idem remedium aliquando, & successit; interim ejus non adeò insignes potui sperare effectus.

Solutione cum duplicato) Intelligit hic *POLEMANNVM*, impostorem illum, qui *in Tract. de sulphure Philos.* docet parare ∽um quendam duplicatum, hocque mediante solvere ☾em, & ex hac solutione cum ⊖e volatili tartari spiritum elicere: Interim vereor, ne processus hic in Praxi offendatur mancus.

Tam dulce ⊕*lum*) Scil. ⊖ ♂is purgans, quod in *SCHROEDERI Pharm. pag.* 384. Est mixtura acido styptica satis ingrata, indeque per ironiam *AVTOR* dulcem nominat.

Nec cum ⊕*is* ∽*u*) Tentavit etiam *AVTOR* cum ∽u ⊕is, dum etiam imbibitur à Mercurio vitæ, alteratur, sed nil obtinuit.

Operæ precia) Quidam ex Mercurio parare volunt ☉ Horizontale, loco ☾☾i ☾is assumendo ∽um ⊕li penetrantissimum volatilem & rectificatum: Conf. *HELMONTIVS Tract. de Lithiasi pag.* 351.

(*innabaris pag.* 351.) Cinnabaris tàm nativæ, quam artificialis, ex Antimonio & Mercurio paratæ

ratæ usum hic præmittit *AVTOR*, dicendo: quod licet ea per se non sint diaphoretica, tamen aliis addita vim horum diaphoreticam exaltent & promoveant, hocque speciatim vi anodynâ, qua ipsa cinnabaris impedimenta diaphoreseos arcet & sistit, ita, ut Bezoardicum minerale simplex cum cinnabari antimonii debita proportione unita (nempe *illius partes ij, hujus partem j.* sumendo) exhibeat compositum præstantius remedium, ipso Bezoardico solari artificiali, & rectè. Cum enim cinnabaris illa sit egregium temperativum, resolutivum, anodynum, & diaphoreticum, hinc ratione horum effectuum erit quoque ex specificis antepilepticis primarium remedium, adeoque tàm à modernis, quàm à Veteribus, cinnabarina fuerunt recommendata, non saltem specialiter in epilepsia, sed & in aliis morbis convulsivis, iisque tam internis, v. g. colica virorum & passione hystericâ mulierum, quàm partium externarum, morbis spasmodicis. Dosis, si solitariè propinetur à ℈ß ad gr. xv. Vel mista cum antimonialibus Bezoardicis fixis, vel tandem sociata aliis salibus volatilibus animalium, ceu à quibus illius cinnabaris color valdè exaltatur. Imò non tantùm cinnabarina internè adhibita prosunt, sed & juxta nonnullos cinnabaris ex fodinis auriferis eruta, de collo appensa, vel carpis manuum applicata, in convulsivis morbis & paroxysmis epilepticis proficuum observatum fuit: sicuti aliàs internè eadem in vertigine etiam, arthritide vagâ, & quibusvis partium externarum doloribus est apta; item in morbillis ante sui eruptionem cum epilepsia conjunctis, in petechiis cum cervinis sociata, vi diaphoretica non est contemnenda: Confer. *AVTOR noster Dissert. de Volatilisat. ☿i pag.* 70.

Nativa selectior) Ab *AVTORE* hic eligitur Cinnabaris nativa, & postmodum huic artificialis ex ☿io substituitur: Interim quoad nativam illam notandum: non semper æquè tutum esse illius usum, cum subinde nonnihil de ♃e volatili arsenicali eidem adhæreat, tetra non rarò symptomata inferente, testantibus *Actis Haffniens. Volum. I. pag.* 177. Unde depuretur illa prius, si in usum vocanda est; cujus depurandi modum optimum ostendit *HOFFMANNVS in Clave pag.* 29. Ita depurata cinnabaris nativa vix cedit cinnabari antimonii.

Vix in stomacho pag. 352.) Occurrit hic *AVTOR* objectionibus illis, quibus constat: Cinnabarin non solum infantibus tenellis, sed etiam adultioribus datam, eadem, quâ ingerebatur facie, egeri: ac observavi ipsemet in malignis adultorum febribus post exhibitionem cinnabaris secessus illorum alvinos intenso rubore fuisse tinctos, eamque in substantia recedere. Interim & hoc concesso, non erit illa sine usu; cùm (ut nihil de vi irradiativâ quorundam remediorum, quàm introduxit *HELMONTIVS*, determinare queamus) non pauca sint remedia, quæ simpliciter in primis viis operationes suas exserunt, toti tamen corpori succurrunt: sic opium adhuc in stomacho existens, somnum inducere constet; item pilulæ purgantes integræ non rarò excernuntur, subsequente tamen purgatione, ac acidulæ ultra primas vias non operantes, fæces nigras reddentes, usum nihilominus præstant.

Nec per nimiam curiositatem divelli visis) Hoc est, sulphur & ☿ in cinnabari conjuncta relinquantur, nec separetur ♃: nam positò, nos hæc ex cinnabari posse separari, nempe per alcalia addita; sulphur tamen hoc solitarium id non præstabit, quod aliàs integra cinnabaris præstat.

Syndiacrisin) Hisce innuit *AVTOR* ⁊atum illud *diaphoreticum Hartmanni* & *Crollii*, cujus præparatio extat in *SCHROEDERO pag.* 352. fitque per principiorum cinnabaris separationem, & novam iterum compositionem. Hoc ceu panacea ab *HARTMANNO* laudatur; interim non superat id cinnabarim nihil hujusmodi laboris passam.

Abstractione verò acidorum) Sunt, qui ex nativa cinnabari ℞as parant, eæque vel per ♁sa, ut ♁o terebinthinæ, ex quo fit balsamus sulphuris: nempe ex sulphure ☿ii ejusdem naturæ existente ac qui ex sulphure communi pariter paratur; vel per acida, v. g. cum ~ ☉i aut butyro antimonii: Verùm hac ratione pervertitur cinnabaris ⊖ius sapor, & vis ejus alterativa corrumpitur, imò alias vires acquirit cinnabaris illa.

Cinnabaris ☿ialis pag. 353.) Nativam & ☿ialem sociandam esse rectè hic monet *AVTOR*, insinuando simul multiplices panaceas ex concursu ☿ii ☿ii & sole paratas: quarum processus vid. in *SCHROEDERO pag.* 403.: quæcunque tamen suo modò concreta cinnabarina sunt, quibus cinnabaris antimonii præferenda sufficientur. & quidem origo cinnabaris hujus antimonialis est, quod sub destillatione butyri ☿ii acidum ☿⚟ti rodat regulum, hincque Mercurius revivificetur, & sic agat in ♃ antimonii, liberatum à suo regulo ceu ab acido ⊖is corrosso, invicemque tandem abeant in cinnabarim talem Antimonii.

Ex ☿ii crudi) Docet hic *AVTOR* encheiresin acquirendi cinnabarim antimonii in copia, nempe ex ☿ii crudi & ☿⚟ti ana ℔j haberi posse dicit ℥iij ad jv. cinnabaris rectificatæ; quod sanè multum est: Conf. *AVTOR*. Sic etiam acquiritur major ejus copia in retorta collo longiori prædita; si enim fuerit nimis breve illud, tota ferè ☿ in butyrum solvitur. Quoad regimen ignis, observetur: ne sit nimis intensus, sed saltem continuus, ut ☿ agat convenienter in ♃; non sit intensus, aliàs butyrum & cinnabaris in vas recipiens prodeunt.

Citra capitis mortui) Sunt, qui pro copiosiori cinnabari acquirenda (postquam semel partes ij ☿⚟ti, & partem j ☿ii crudi destillarunt, & butyrum cum cinnabari acquisiverunt:) postmodum caput mortuum butyri Antimonii sociant novo ☿⚟to, & invicem de novo sublimando acquirunt copiosiorem cinnabarim: nam regulus ☿ii maximam partem in butyrum est solutus, hincque, quod restat, omne est sulphurea antimonii substantia, quæ coëundo cum ☿io constituit ☿im novam.

♃ ☿ii cum argento vivo) Accipitur sc. saltem ♃ ☉atum antimonii, quod miscent cum aa ☿ vivi, ⚟tur crebriùs tam in vitro cum alembico, quam in crucibulis inversis, in cinnabarim sæpiùs rectificandam.

Joviale, pag. 354.) Pergit nunc *AVTOR* ad ♃ialia diaphoretica, & quia ♃ est metallum luxurians copiosissimo ♃e, hincque ex eodem paulisper fixato ⊖ia tertia egregia emergunt.

Sudoriferi maximi) Eligit *AVTOR noster* sudoriferum maximum ex ♃ialibus, cujus inventor

ventor est P. J. *FABER*, Medicus Monspeliensis, qui *lib. 3. Universæ Sapientiæ cap. de febribus*, hoc Sudoriferum suum prolixius describit, coloris ex albo cœrulescentis existens, cujus tamen parandi succinctiorem modum *AVTOR noster* tradit: Nempe fiat amalgama ex aa. ♃is & ☿ii vivi, quod pulverisatum misceatur cum ☿ati aa: hinc mistura hæc per retortam in blando ☵e △e destilletur in receptaculum, cui ▽ sufficiens infusa sit; sic prodit liquor acidus nonnihil gummosus, qui affundatur denuò ☉o in retorta relicto, hinc omnia digerantur aliquandiu, & postmodum liquor per filtrum separetur, hinc separatus & filtratus misceatur cum ☾•, sumendo hujus ℥ß respectu unius cujusque libræ j. Ingredientia destillantur omnia ex retorta, sic prodit ∽ compositus, seu nitri bezoardicus, ex ∽u ♄is & ☾i constans; pulvis autem remanens à ☾o illo fixatus fuit in remedium diaphoreticum edulcorandum: Atque hoc est *Sudoriferum maximum Fabri*, cujus dosis esse potest ℈ß ad gr. xv. Jam de hoc & similibus *AVTOR* habet epicrises *pag.* 355.

Hyperbolicè pag 355.) Epicrisis hæc est *AVTORIS*, Sudoriferum illud Fabri esse quidem satis magnum, non tamen maximum diaphoreticum.

Bezoardico Joviali) Hoc *SCHROEDERVS* habet nomine Diaphoretici Beguini, estq;, quando è ♃ve & ☿ato paratur butyrum ♃ale, è quo cum ▽ simpl. ☵atur pulvis candidus, quô ipso tamen est præstantius Sudoriferum Fabri.

Bezoardico minerali Joviali) Hoc duplex prostat: cum & sine ♂io, quorum illud procedit ex aa. ♃vis & reguli ♂ii, quæ invicem colliquantur in regulum Jovialem, & destillantur in butyrum additô ☿ato; hincq; hoc cum ∽u ☾i in Bezoardicum minerale ♃ale fixandum est, quod habet *SCHROEDERVS pag.* 414. Sine antimonio paratur, quando supra dictum butyrum Joviale cum spiritu nitri ☵atur, & hujus abstractione figitur: quemadmodum facit hoc *ZWELFFERVS Mant. Spagyr. pag.* 346. Omnia hæc Bezoardica coincidunt.

Antihectico) Intelligitur hic *Antihecticum Poterii*, egregii Medici Bononiensis, quo post *HELMONTIVM* & *PARACELSVM* nobiliorem Pharmaceutam non habemus: atque hic Antihecticum suum præparat ex ♃ve, quod describit *in Pharmacopæa Spagyrica & Observ.* Remedium hocce est excellens in febribus continuis benignis, & hinc quoque in hecticis; non quidem pro scopo sudorifero, sed alterante saltem.

Cæterùm præparatio ejus variat: interim genuina est, si

℞. ♃vis fel. part. v.
♂ii part. jv.

Quæ duo fundantur invicem in *regulum Compositum* instar ☽æ; hinc hic cum triplo ☾i more antimonii diaphoretici figatur.

Ubi tamen iterum notandum: non debere antihecticum paratum cæruleum colorem præ se ferre, quippe hoc est vomitorium, eò quod de ♃is ♃e volatili adhuc participet; quin potius, dum stat mistura in fusione, agitetur eadem bacillo ligneo, sic enim flammam eructat, & sub hac, ♃e Jovis superabundante avolante, candidum acquiritur antihecticum, tutum usurpatu sine omni periculo vomitionis.

Antihectici succedaneo pag. 356.) Hujus eadem præparatio est, ac ♂ii diaphoretici ☿ialis: nempe amalgama ♃vis & ♂ii in scorias redacta, & cum triplo ☾i in crucibulo candenti detonata: Horum antihecticorum dosis est à ℈ß ad gr. xv, vel solitariè, vel cum aliis mistorum.

♄ *è genuina calce.*) Sunt, qui ♄ duplici modo ex ♃e parare volunt: nunc quidem ♃alem calcinatum cum aceto extrahendo & coagulando, nunc verò sal crystallisatione ex minera ♃vis eliciendo, quam tamen acetum simplex non attingit, nisi id acuatum fuerit cum ∽u ☾i: hâc enim ratione solvitur minera Jovis, hinc blanda exhalatione solutio abit in ♄ crystalliforme, quod in loco frigido abit in liquorem. Jam vero de illo ♄e ♃vis magna sed inanis fabula circumfertur, quod in hysterica passione sit egregium: Interim nullam id præ aliis antihystericis prærogativam habet. Sic quoque liquor ille ex saccharo umbilico mulierum hystericarum applicatur, sed in vanum; cùm castoreum longè melius sit cum suis præparatis. Reliqua ex ♃e præparata non adeò sunt necessaria.

Magisterium) Sunt, qui solutionem jam allegatam ♃vis cum aceto factam per ∽ ☾i in magisterium ☵ant: ast hoc nullius est valoris.

Cum ☾o crudo) Scilicet pulvis ex Jove & cum ☾i detonatione factus, adeoque ex ☾o fixo & ♃e fixato constans, est deses. Etenim ♃ est metallum admodum ♃eum, & cui aliud quid, ratione ♃is aperti, non æquatur, hincq; ♃ sociatum aliis metallis eadem irreducibilia aut admodum difficulter reducibilia facit, ac propterea *Diaboli metallorum* nomen assumit: imò ob hanc ♃is proprii abundantiam cum ☾o combinatum, æmulatur subinde virtutem pulveris pyrii, quippe dum ♃is & ☾i aa detonantur, strepitus, fulgor & sibilus oritur: pulvis qui remanet, est partim ☾ fixum, partim stannum fixatum, rari usus. Quidam figunt cum ☾i Spiritu in *Bezoardicum minerale*, sed frustra.

Nec in Spiritu,) Sunt, qui ∽um Jovis ♋isatum affectant, flores ♃is vel ♃em calcinatum in ▽ cremoris ♋i ebulliendo, & hinc crystallisando ac destillando: interim sic ∽ ♋i acquiritur ♃e ipso in fundo manente.

Solutionis nitrosa pag. 357.) Sunt, qui ♃vis cum ☾ detonationem in retorta tubulata capacissima instituunt: Verùm sic acquiritur Spiritus clyssiformis ☾atus acidulus, qui tamen parum de ♃ve participat; nec adeoque prærogativam quandam præ ∽u ☾i habet.

Cygni) Innuit hic *GLAUBERUM in suo Miraculo Mundi* hunc hyeroglyphicum processum habentem; quo in loco etiam figuram ♋æ ferreæ cum duobus rostris describit; Interim destillatur ex illo amalgama ☿ii & ♃vis cum ☾o ingrediente liquor, qui est ∽ ☾i soboles; quod autem remanet corpus, nullius hactenus fuit usus.

E ☉*e pro sudatione pag.* 358.) Præpono: his ex ☉e paratis nos vix habere opus; potius si velimus habere remedia ex eodem activa, requiri ad hoc negotium, ut ipsum corpus ☉are suô modo vel destruatur, ut acquiratur ♃ ☉are, vel saltem ♃ ejus firmissimè cum ☿io suo sociatum paulo magis extravertatur, ut ita anodyna temperativa & diaphoretica ☉aris vis exerceri queat. Jam verò hoc opus hic labor! & facilius est aurum construere quàm destruere, ejusque ♃ extravertere; hinc inter mille præparata vix unicum alicujus est pretii.

☉ *fulminans pag.* 359.) Aurum fulminans probè edulcoratum verè diaphoreticum, minus vero edulcoratum laxativum existit: interim debite tractatum tàm diaphoreticum non est.

magis

Magis cicurati) Cicuratur ☉ fulminans per acida, quibus sic particularum ⊖inarum, præcipuè volatilium textura, in Auro fulminante obtunditur, & plus minus invertitur, ita ut impetus displosivus particularum ⊖inarum (in quarum displosione, fulmen unicè consistit) impediatur, adeoq; ☉ fulminans non magis fulminare possit: indeque ab acidis cicuratum egregium diaphoreticum.

☉is cum C. C. stratificati) Sunt qui ☉ foliatum cum C.C. in taleolas inciso, faciendo S.S.S. △e fortiore per plures dies & noctes calcinant, donec pulvis quidam elegantissimè purpureus emergat: vid. *SCHROEDERUS pag. 365.* ☉ nempe alteratum fuit à sale C.C. Et tale C.C. cum ☉e calcinatum commendatur vi diaphoretica cordiali in febribus malignis, & speciatim in diarrhœa & dysenteria epidemica maligna. Interim quæstio semper fuit: *an pulvis ille operetur magis ratione substantiæ cervinæ? an vero ratione ☉ in pulverem conversi?* Et adhuc sub judice lis est: an verum sit, solutionem istam ☉is esse radicalem? Conferantur lites inter *AGRICOLAM & DETHARDINGIUM* (cui spicula *KIRSTENIUS* fecit) hanc in rem habitæ, ex diversis scriptis petendæ. Ego puto, illum pulverem plus de C.C. participare, præsertim cum ○ corporale exin facilè reducibile sit; ☉ enim pro usu Medico debet esse irreductibile, si rectè operare debet.

Cum ♃e) Innuit hic *AUTOR ZWELFFERUM*, qui in *Mantissa Spag. pag. 310.* hos habet processus, ex quibus emergit Basilii Purpur-Mantel: nempe solvitur ☉ in ♀, hinc solutio, menstruo abstracto, cum ♃e calcinatus repetitis vicibus, sic emergit pulvis purpureus; vel etiam amalgama ☉is & ☿ii ♏æ inditur, hincq; separato ☿io remanens pulvis ☉aris, qui cum ♃e calcinatus evadit purpureus: cui *BASILIUS VALENTINUS* superfundit ♒m ⊖is dulcem, quem abstrahit, hinc ♈um desuper accendit; ita emergit pulvis levis, der Purpur Mantel dictus. Cæterùm commendant aurum ita præparatum inter diaphoretica, epileptica & analeptica: interim hanc laudem *AUTOR* in medio relinquit, præsertim cum remedium hoc rarò usurpetur, imò ridetur ab iis, qui ☉ irreducibile pro usu Medico expetunt, quod est perfectæ ejus solutionis signum.

☉is quoque crocus pag. 360.) Intelligit hic *AUTOR ZWELFFERUM in Mant. Spagyr. pag. 369.* qui per solutionem salium, nempe ♋i, ⊖is, & ☉is, in ▽ facit crocum ☉is: sed integrum corpus ☉is: Vel etiam eadem ⊖ia impastantur cum argilla & destillantur, sic prodit ♒ solvens aurum; quod solutum cum ⊖e ♋i in crocum ♎ari potest: Ubi prior de ♍ aluminis participat; quando enim solutioni illi instillatur ⊖ ♋i, tunc hoc absorbendo acidum aluminis ♍at ejusdem ♍am cum croco simul ☉is, sicque non habetur pulvis ☉is solitarius.

℞ ♂ii) Hunc processum habet *ZWELFFERUS l. c. pag. 321.* & est is, quando crocus ☉is cum ℞ antimonii crebriùs insuccatur, quod incerare vocant: interim talis crocus juvat potiùs ratione Tincturæ ♂ii, non autem ☉is.

Bezoardico ☉ari) Vires suas obtinet non quidem à ☉e, sed ab antimonio: Vid. *SCHROEDERUS pag. 412. & sequ.*

E scoriis) Notum est ex aurifabrorum officinis, quod ☉ corruptum purificetur per ♂ in △ fusionis, quod exprimunt subtiliores & sublimiores Philosophi per devorationem regis sive ☉is à lupo seu antimonio, der Wolff verschlingt den Königs und giebt ihn reiner von sich: ita namque regulus ☉is purissimus in fundo crucibuli remanet; scoriæ autem relictæ dant ♂ solare, quod cum triplo ♋i fixatum, exhibet antimonium diaphoreticum ☉are: interim nec hoc plus præstat, quam vulgare ♂.

Solis & ♂ii.) Dubium oriri potest in sociatione antimonii & ☉is, an non cum ambo de ♃e ☉ari participent, unum aliud exaltet? Sed nil esse probat, quia ♂ diaphoreticum simplex idem præstat: vid. *ZWELFFERUS Mantiss. Spagyr.*

Præcipitatus Solaris regulinus pag. 361.) Hunc processum habet *SCHROEDERUS pag. 403.* sed mancum; potius ita procedendum est: Nempe

℞. *reg.* ♂*ii* ℥j.

Solve in ▽, vel ♀: Dein

℞. ☉*ri fini* ℥ij.

Solve itidem in ♀: Tandem

℞. ☿*ii vivi* (quem omisit *Schroederus*) ℥j v.

Itidem solve in ▽.

Tres has solutiones confunde, & cum hisce deniq; procede *more Schroederiano.*

☿*io dulci ☉ari*) Hunc refert *ZWELFFERUS Mantiss. Spagyr. pag. 355.* ubi sociat cum Mercurio dulci crocum ☉is. Idem amalgama ☉are habet *pag. 359.* spontanea ♒ation̄e paratum.

Sed & absq; Sole) Omnia hæc citata remedia sunt quidem egregia, & speciatim vi diaphoretica insignita; quod verum est. Interim dicit Autor eadem & absque sole viros se sistere; quasi diceret, horum exaltationem cum ☉e non esse necessariam; si modò sufficienter fixata & circumspectè exhibita sint, idem possunt præstare, cum ☿ dulcis per se, pulvis præcipitatus regulinus fixus per se, ☿♒tus per se nobilia sint, etiam absque ☉e.

In ceratione per propria) Hoc ipso intelligit *AUTOR noster* unicornu solare Mynsichthii cum ♒u ex minera ☉is, utut parcissimo prolectò paratum.

Darisvè) *ZWELFFERUS* sc. ex ☽æ minera parat ♒um solventem.

Volatilisationes, pag. 362.) Nonnulli & inter alia è Sole præparata illud volatilisare, adeoque non per retortam solùm, sed etiam per alembicum, mediantibus menstruis deducere voluerunt, promittentes hoc ipso ☌ aliquod Solis. Interim rectè *AUTOR* notat *SCHROEDERUM*, allegantem ☌ aliquod supernatans ▽æ; dicendo: talia ☌ea nihil aliud esse, quam ☌ ♈; quod verissimum sanè est. Positò autem, posse ☉ in corpus ☌eiforme redigi, illud tamen non esset adeò leve, ut supernatet ▽æ, sed cum ☌ cinnamomi & caryophyllorum quoque submergi ▽æ combinatum videamus, multò minus ☌ ☉is ▽æ supernatare poterit. Potius ergo omnia ejusmodi ☌a Solis, ▽æ supernatantia, erunt ☌a ex ♈ addito resoluta. Facilis hic est encheiresis: etenim, si sumatur ♈ rectificatissimus, & hic infundatur ▽æ simplici; tunc lactescit mistura propter ♈ ☌sum, ▽æ impermiscibilem; quinimò, si eadem mistura in loco tepido ad tempus steterit, tunc ☌ paratum supernatare videbitur, genitum à ♈, à consortio ▽æ exclusum. Pari ratione dum liquida Solaria præparantur cum ♈, emergit inde quoq; corpus ☌eiforme ▽æ supernatans, ubi certa esto suspicio, illud à ♈, à phlegmate suo separato, non verò ex ☌ Solis, originem habere.

Post

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1201-3 DFG

Post reiteratas salinorum) Talem processum habet *SCHROEDERVS*, sub nomine ☉i potabilis cum ☾u ♁is; ubi jubet solutionem affuso Spiritus vini per alembicum abstrahi: Verùm ita prodit simpliciter Spiritus vini paulò concentratior ☉e & ☾u ♁is in fundo vasis remanentibus. Et ejusdem valoris est illa Zwelfferi correctio & processus Schrœderianus p. 368. No 8. in Mantissa Spagyr. pag. 322. Sic alius & elegans modus volatilisandi ☉ ut beneficio ☾ ☽i bezoardici, hoc est illius, qui ex Bezoardico minerali ex ☾u ☽i & ☾u ♁is constans abstrahitur, quô ipsô solutum ☉ per retortam posse destilari putatur, apparentibus hinc in ejusdem collo floribus in forma rubinorum & crystallorum elegantissimarum: quemadmodum processum hunc insinuat *SCHROEDERVS pag. 367. No. 6.* At plenius habet *BOYLE Experim. 7. de origin. formarum & qualitat.*; Ubi tamen rubini isti nihil aliud sunt, quàm ☉ corporale, â menstruo impetu △is per ☾am raptum; hinc namque iidem quoque levi ♎ris attactu resolvuntur in liquorem ♁inum, cum quibus est compactum.

Florum forma) Optimus modus est, si in vase argenteo, tubulo â latere instructô, ☉ fulminans ad gr. ij successive injiciatur; hoc enim cum strepitu valido alembicum candescit, ejusque parietibus sub pulveris subtilissimi & purpurei specie adhærescit, a salibus per explosionem liberatum. Flores isti cum ♀u, cum ♁e volat. ☐æ acuato, elegantem ☉i tinctoram suggerunt. Alium modum parandi hos flores per deflagrationem cum ♀, videbitis in *BEGVINI Tyrocinio Chym pag. 356*; ex quibus floribus cum ℞ ☉i extrahi potest elegans ℞ relinquens corpus album in ☉ irreducibile. Alium modum per retortulam cupream parandi flores ☉is ex hoc auro fulminante, vid. in *GLAVBERO P. 2. Furn. Philos. cap. 26.*

Gemma vitæ) Gemma vitæ, quam describit *MYNSICHTIVS pag. 25.* maximâ sui parte constat ex sale; indeque dubium est: an illa salinâ vi? an vero solari, vim suam exserat?

Fluxit, per sacchari colliquamentum pag. 363.) Intelligit hic *AVTOR noster* illius *Anonymi*, qui *TACKIVS* est. *Scriptum de Consangv. ☉is, sacchari, & Spiritus vini*; ubi docet modum parandi ☉ potabile, colliquescendo ☉em cum saccharo, & cum Spiritus vini extrahendo. Interim parum illud de ☉e participabit, utpotè cùm sacchari acidum non sufficiat croco ☉is solvendo.

Querimus in auro temperatum quidpiam) Scilicet remedia ☉aria non habent alium usum Medicum, nisi, ut blandâ diaphoresi ventilent liquida corporis nostri, aut quoque vi anodynâ ☾um impetus sistant: ubi generale attributum omnium ♃rum nobiliorum metallorum vi anodyna excellere (quod itidem facit lapis Philosophorum in fluida adhuc constitutus forma) nec alium effectum positivum obtinere. Quod si ergò hâc vi non insignita fuerint ☉aria, nihil erunt.

Cæterùm justum judicium de ☉aribus ferre volens, tres conditiones ratione usus Medici probè consideret: quarum

1. Est, ut observet: an corpus ☉are magis vel minus sit reclusum? adeoque substantia ejus ♃ea sit magis extraversa? secus enim ☉ in corporali substantia propter indissolubilitatem est sine efficacia, aut si eam habet, nulla erit alia, nisi ut saturet alia acida aurum se solventia; quod in corpore sanè non est impossibile, cùm hypochondriaco Melancholici observati sint (teste *MOEGLINO in Scripto suo Aureum Vellus intitulato*) in quo ℞am ☉arem ex ♃a ☉ari parandam habet;) qui aurum corporale optimè repetitis vicibus dissolverunt. Interim cùm eundem scopum, nempe saturandi acidum peregrinum, suppleant ♂ialia parabiliora magisque præsentanea, præsertim ♂ialia, hinc non opus erit ad ☉aria confugere. Adeò ergò genuina est *PARACELSI* epicrisis, primum, dicentis, gradum præparandi ☉um potabile esse, ut ☉ reddatur volatile, & irreducibile. Hinc & solutiones, quæ aurum magis discontinuant, sunt meliores.
2. Conditio observanda est, ut consideretur: quale menstruum? & quomodo id adhibitum in præparatione ☉is fuerit? pro indole namque menstrui, itemque pro apparenti sæpè hinc nata ℞â, præparationes & vires ☉arium insigniter variant, & ℞æ ☉ares diversas vires acquirunt, quæ non tàm ex Sole, quàm ex menstruis, plerumque ex ☾u ☐æ, salis, &c. sed falso, parantur, originem ducant. Tandem
3. Conditio consideretur, nempe ipsorum menstruorum, cum quibus Sol tractatur, congressus in corpus Solis, exque hoc emergens nova textura, novumque ex ambabus emergens concretum; quæ textura in causa est, ut Solaria subinde vires peculiares, distinctas a menstruorum pariter & Solis viribus, habeant, ut remedium sit activum saltem ratione texturæ. Alii per ♀, per ☾m ♁is vel ☽i Bezoardicum, Sol solvunt, quæ tantùm ☉ rodunt, & in hoc coagulantur: hinc Præparata Solaria, nunc in corpus aluminosum transeuntia, remedia interdum sunt styptica; interdum corrosiva; nunc ratione ♁ium, cum quibus tractatum est ☉, laxantia, qualem & habet ☉ fulminans, quod potestatem nunc laxativam acquirit, nunc sudoriferam, prout plus vel minus de menstruo participat.

♃um ⊕latum ☉arem) Sic simpliciter fit per crudi auri cum ♃o ⊕lato combinationem: Conf. *HOFFMANNI Clav. pag. 610.*

Rubinum ☉arem) *GLAVBERVS* Solis crocum cum ☾o fixo tractando in rubinum redigit, continentem tamen ☉ crudum.

Vehementiores acores) Sc. ordinaria menstrua pro Sole solvendo sunt ♀, ☾ ☽i bezoardicus, &c. quæ dum rodunt ☉, coagulantur cum hoc; hincque aurum nunc stypticam, nunc corrosivam vim acquirit.

♁ofas insuper extractiones) Talem Solis ℞am habet *MYNSICHTIVS pag. 7.* & B. Dn. D. *GANZLAND*, cum ♁o destillato cinnamomi paratam; quæ ipsa aura potabilia egregia sunt propter ♁o destillatum cinnamomi, quod est analepticum per se; color autem promanat ex ♁o isto, coeunte cum ♁e Solis.

Ex carbonibus pag. 364.) *GLAVBERVM* strigillat, qui cum nonnullis ex silicibus rubicundis, carbonibus, & similibus, ℞am ☉arem parare volunt, non secus ac *BALDVINVS* ex aura ☉ capere gestit, habentque omnes pro fundamento hoc, quod omnia regna in radice conveniant, hinc ♃ carbonum esse ejusdem naturæ cum ♃e ☉ri. Interim posito, ♃a ista in radice con-

convenire, non tamen sequitur, eadem quoque in specie convenire, unde & relinquamus silices ☉ares Salfeldianos *GLAVBERO*, Ram ☉is ex iis prolicere conanti: Sic & *AMMELUNGIUS* Ram suam vocat ☉arem, quæ transiret è silicibus istis dictis cum ☽o; putat enim in hisce esse ♃ ☉are, quod per retortam simul transeat; ubi tamen iterum probetur: *an ♃ eorum sit ☉aris, an verò ♂ialis naturæ?*

Mannam, rorem) Hæc plus in recessu habent: Siquidem paratur ex his duobus ~ seu menstruum, ☿ *mannæ* dictum, cujus beneficio quidam Chymici calcem ☉is in Ræ corpus redigunt, propter participationem salis universalis: Conf. *BORELLVS Cent.* 1. *Obs.* 6.

~ ♄*ni)* Cum hoc paratur *aurum potabile Francisci Antonii* seu Londinense, de quo vid. *BORRICHIVS de Hermetica Ægyptiorum Sapientia, pag.* 290. & *HOFFMANNVS pag.* 213. Interim, quia ♄ni ~ non multum differt a ♈, propterea nec ℞ ista tanti valoris est; Est tamen egregia, sed non propter ~um ♄ni. In operatione sunt quædam encheireses non contemnendæ.

Spiritum Microcosmicum) Hic constat ex ~ ☵æ, & Spiritu vini, imbibitque crocum ☉is.

Solis per Antimonium fusionem, pag. 366.) Solis fusionem cum triplo ♃ii institutam pro purificatione Regis per lupum, putat *AVTOR* esse prodigalem, quæ tamen purificatio ☉is optima omnium est, cum ♃ii copiosum ♃ sub ♎e rodat, absorbeat & imbibat quælibet heterogenea, tam metallica, quàm non metallica, Soli admista. Idem fit, quando in cineritio beneficio ♄i purificatur ☉; nam & hic ♄nus quælibet alia metalla imbibit, & sic evadit ☉ purum, utut ☽ adhuc permista maneat.

Ducati) Optimi Ducati sunt Corvini, ex puro ☉e Hungarico confecti; qui si habeantur, non opus est purificatione ☉is. Etenim siquidem ☽ illis adhæret, hoc, dum Ducati solvuntur in ♈, sponte separatum fundum vasis petit.

Calcinationes) Subinde bis tervè quidam menstruum cohobant à soluto ☉e, ut hoc eò magis dissolvatur; interim non opus est: sed hoc labore supersedere possumus, si sumamus pro triplici abstractione triplum menstrui, & solutio in diuturniore digestione servetur; sic hæc tantum præstabit, quantum frequens illa cohobatio, ut non opus sit repetitâ abstractione.

Sublimationes cum Ammoniaco sale) Harum una cum triplo ⊖*ci* instituta sufficit.

Cum ⊖*is & ☵æ ~u*) *GLAVBERVM immit* qui sc. solvit ☉ cum ~ ⊖is, & ♈at cum ☵æ ~u, & ♎at.

Usitatas reductiones pag. 367.) Scilicet hoc vult *AVTOR*, quod, quemadmodum proletariæ ☉is solutiones facilè sunt reducibiles, ita quoque secretiores reducantur tribus modis: nempe

1. Per *alcalica*, v. g. borracem, ⊖ tartari, &c. cum quibus si fundatur præparatum ex ☉e, tunc post fusionem ☉ corporale prodit, imbibentibus alcalibus sub ♎e illa acida, cum quibus tractatum est aurum.
2. Per ♄num, fundendo præparatum ex auro in capella; sic enim sitibundus ♄nus quælibet acida absorbendo, aurum corporale sistit.
3. Tandem par ratio valet, & cum ♃o ita procedendo, quælibet heterogenea auri adhærescentia absorbente: Unde si auro refinato affunditur ~ ⊖is rectificatus, hic extrahet colorem citrinum ex corpore ☉is, remanente in fundo corpore instar ☉is calcis. Solutio hæc tincta assumitur ad guttas aliquot intra corpus, tunc excrementa alvina nigerrimo colore inficientur, simili ratione atque ex remediorum ♂ialium usu.

Jam porrò si pulvis ille in fundo sub lunæ fixæ nomine hujusq; Ræ extracta tractetur cum borrace, aut aliis alcalibus fixis, irreducibilis manebit; sin vero is ♃io combinetur, antiquum prodibit ☉: Unde putant ♃ antimonii Solare ingredi ☽am fixam, & eandem tingere in ☉em. Ast res dubia est, & quæritur; an hoc fiat propter Ram ex auro extractam, per ♂ verò denuò accedentem? an verò ob corpuscula ⊖is intimiùs se illi jungentia & ☉ conspurcantia, ut adeò hujus nativus color hic conspici nequeat? Ex quo patet, quod posito, solutionem aliquam auri non posse per borracem reduci, tamen illud per ♃ii regulum præstabitur, absorbentem ~um salis, & ita aurum pristinum sistentem.

Reliqua p. 368.) Præmoneo hîc circa ☽am, eandem dicatam fuisse à Veteribus capiti ex vana hypothesi, ubi sc. Ræ ☽ares cœrileæ ceu egregiæ contra vertiginem apoplexiam delirium, &c. iisdem fuerunt commendatæ, quæ tamen omnes sunt suppositiæ, & ♀ea potius ex ♀e, latente in ☽a, prodeuntes. Et sanè, quemadmodum aliàs metalla inter se affinitatem habent, ita ☽ & ♀ in radice adeò convenire videntur, ut in rerum natura vix ulla ☽a per se fine contagio ♀is habeatur. Jam verò ♀ per alcalia ista volatilia tractata, semper intense cœrulescit, & *colorem istum ultramarinum* præ se fert, quem nunc ex ☽, nunc ex lapide Lazuli productam esse putant; cùm saltem productum sit Veneris in ☽ vel lapide Lazuli latitantis. Et licet luna non semel, sed etiam bis & ter in capella cum ♄no purificetur, non tamen hac ratione omnis ♀ ex ☽ solo saturno separari potest, hincque *BOYLE in Philos. Experiment.* fatetur, Ram ☽æ genuinam non esse cœruleam, sed albam: quinimò ego ipse à Chymiatro quodam audivi, se ita posse ☽am a ♀e separare, ut illa cum ☵osis menstruis millies etiam tractata, neutiquam cœruleseat, sed obscurè rubescentem Ram sistat: conf. *Volum. I. Act. Haffn. pag.* 132. Cum vero hæc remedia fuerint ad capitis affectus dicata, dubitatur: an ☽ adeò capiti conferat? uti vulgò dicitur.

Lapis Lazuli, pag. 369.) Hic & ejusdem frater nondum maturus, Lapis Armenus, imprimis participant de ☉lo ♀is, de ☽ parum; imò sunt, qui & aurum è lapide Lazuli elici posse contendunt, quo de vid. *BOETIVS de Gemm.* Interim dubito hic, an iste sit verus Lapis Lazuli? Qui lapidem Lazuli in Ram cogunt, hi nauseam illa ipsa concitantes, nihil efficaciæ ejusdem usu in Praxi Medica præstant.

Lunæ fixæ ex Aqua fortis cum muria præcipitato Magisterio) Sanè Magisterium ☽æ nullius videtur pretii: posito tamen, non concesso, ☽m usum habere in corpore humano, *AVTOR* bina selecta remedia ex eadem ponit: unum siccum, estque hoc Magisterium ex ☽, cum ♈ soluta, & cum muria ♈ata factum, muria enim optimè ♈at ex ♈ ☽m purum: si cum alcalibus ♈etur, alcalia acido ♈ adhærent, & sic novum concretum emergit.

Ram quorundam siccam) Hæc fit ita:

℞. ⊖ *vol.* ☵æ:

Hocq; *pyxidi argenteæ* inde, sic illud successivè rodit pyxidem in colorem cœruleum: Hoc ⊖ abluatur & extrahatur cum ♈, ita dicunt prodire *essentiam* ☽æ *Lazuriam*, cum tamen sic simpliciter ea ℞ ex ♀e.

Liquidum pag. 370.) ☵osa hic allegata ☽am

puram

puram non attingunt, sed si aliquid simili modo per ⊡osa volatilia ex ☽ eliciatur, erit illud simpliciter ex ♀e, non vero ex ☽a; qualis ℞ & hæc *AVTORIS* est. Imò observavi aliquando, cùm puero, sub omnibus ☽æ mutationibus epilepsia correpto, daretur ℞ ☽æ, hunc toties vomitum passum, quoties illam assumeret. Vis autem vomitoria saltem est ex ♀e.

E ⊡osis ☽æ crystallis) Processum hunc vid. *l. 2. Furnor. Philosoph. GLAVBERI*, ubi crystallos ☽æ cum ▽ factas beneficio ∽⊖✱ci redigit in ℞am cœruleſcentem.

Volatilisationibus) *ZWELFFERVS* scil. Lunam in ▽ solutam cum ⊖✱co ≏at in flores cœruleos, sed ♀eos; hosque cum Spiritu vini in ℞am reverà ♀eam extrahit.

Extractionibus) Extractiones ☽ares semper ferè sunt simul ♀eæ.

Aut Luna prius pag. 371.) Innuit hic *AVTOR* ⊕ ☽æ, quòd *SCHROEDERVS* habet; estque, quando Luna cum floribus ♃is calcinata solvitur cum ▽ simpl. in Solutum ⊕laceum cœruleum. Par ratio est, si cum ☿io calcinetur.

Per ♃ calcinationibus) Per calcinationem cementatoriam cum sulphure, secundùm modum nempe *POTERII*, aperitur corpus ☽æ nonnihil, ut usui Medico fiat aptior.

℞. ☽ *a cupellata* part. j.
♃*is tritus* part. ij.

Ex ☽ *in bracteolas redacta* fiat stratum supra stratum in crucibulo, atque tum △e, supposito crucibulo, deflagrat ♃; acida tamen ejus ⊖ia Lunæ plus minus adhærere solent: Repetitur hæc operatio bis vel ter, donec ☽ perfectè sit calcinata.

Florum inter nitrosorum crystallorum detonationes) Innuit hic *GLAVBERVM*, qui crystallos ☽æ cum ▽ paratas miscet cum aa ⊕i purissimi, deinde misturam carbonibus ardentibus injicit, sic transit ∽us ⊕i, ubi simul transcendere putat flores Lunæ, sed saltem ∽ ⊕i prodit, & si quid prodit, est ☽ corporalis.

Destillationem) *GLAVBERVS* etiam crystallos Lunæ cum ▽ paratas ebulliendo cum ▽ & ♃o solvit, hincque iterum crystallisatas destillat, ita prodit ∽ ♃i volatilis, de ☽ nihil participans.

Vulgaris ⊕-li ☽aris) Hoc fit Lunam in ▽ solutam in crystallos inspissando: minus autem vulgare ⊕ ☽æ paratur, solvendo Lunam cum ∽ ⊕i, & simul ▽ando cum ∽u ⊡æ l. ⊖✱ci, juxta *GLAVBERVM Part. 2. Furn. Philos. cap. 95. pag. 145.*

♁o è digestis pag. 372.) Scilicet reverà corpus oleiforme supernatans ▽æ è solutionibus prolectum, est proles ▽ in ♁o redacti, ut in ⊙o dictum.

♃ ⊕*lato* ☽*ari*) Tartarum ⊕latum ☽arem vid. in *HOFFMANNI Clave* solutioni cum ▽ instillatur ♁o ♃i, ▽atur calx ☽æ, nullius effectus.

♃) In hoc duæ substantiæ excellunt: qua
1. Est pingvis & ♁osa; unde Balsamus;
2. Acida mineralis universalis.

Illud conflagrat, hoc ferit nares: Inter præponderat, cui quasi pro corpore associatur acidum minerale primogenium.

Hinc porrò in præparandis ex sulphure remediis duo scopi attendendi sunt: vel enim ex eo efflagitatur substantia pingvis temperata, diaphoretica, eaque in specie balsamica existens (hujus enim ratione quoque ♃ *Balsamum pulmonum* ordinariò vocari solet) cujus ratione ad febres malignas & pestilentiales expedita: Vel substantia ejusdem sulphuris acida in febribus ardentibus & æstuationibus, item solutionibus & extractionibus Chymicis usitata. Atque hæ duæ substantiæ ♃is ad oculum patent in ejusdem incensione, ubi, quod flagrat, est pingve resinosum; quod verò nares ferit, est cruda saltem pars ♃is, nempe acidum.

Crudum selectius) Tale ♃ pro usu Medico eligit Autor, nempe purum illud, nec quisquiliis alienis mistum: Atque studio hoc facit, cùm notum sit, ♃ pro usu Medico aliàs depurari, idque ideò, quòd subinde ♃i minerali communi quoddam volatile arsenicale miasma & venenum ♃eum adhæreat, pro cujus separatione variè depuratur ♃. Nihilominus tamen crudum sulphur præferri ejusdem floribus, eò, quòd æquè sub hujus ▽ratione illud arsenicale sulphur ascendere queat.

Citra præparationem pag. 373.) Hâc nempe triturâ ♃is cum ▽ non opus est, sicut nec extractione, nec inceratione, quas habet *ZWELFFERVS in Mantissa Hermet. pag. 307.* dum liquefactum ♃ nunc in ▽ calcis vivæ extinguit, nunc cum cera liquefaciendo illud depurare intendit: Conferatur *THVRNHEVSERVS de Aquis mineral.* Verùm his præparationibus defraudatur magis sulphur suâ pingvedine, quæ tamen maximè desideratur.

Cum ⊖is ∽u) Hanc habet *GLAVBERVS part. I. Oper. pag. 105.* præparationem, qua flores pariter ac sulphur ipsum purificare intendit, sicut & alii recipiunt ♃ crudum, huicque affundunt ∽um ⊖is, ut instar pastæ concretum emergat, quæ destillata suggerit liquorem lacteum, constantem ex ∽u ⊖is & ♃e, ac admodum laudatum ad hydropem.

Sublimationem) Solent communiter pro purificando sulphure id in flores ▽are, quæ ▽atio à præsenti ♃e est superflua, cum, quicquid volatile eidem adhæret, hac ratione non corrigatur. Cæterùm, quemadmodum si flores expetimus ejusdem, idem ex ♃e crudo simplicissimè parati sunt optimi; ita, qui per addita varia acida fiunt, ut plurimum sunt nullius pretii: quippe cum ⊖e communi aut ⊕lo calcinato ≏ati flores ♃is, corrosivam vim acquirendo, magis sic castrantur, quàm exaltantur, & ♃ ipsum patitur jacturam, annotante *HOFFMANNO Clave pag. 300.* Par ratio ergo, si sublimatio florum ♃is cum coralliis additis instituitur, quasi nempe aliquid ♃is ex coralliis unà in sublime veheretur. vana est persuasio; non secus ac inanis operatio, quando flores ♃is unà cum gummatibus, v. g. myrrha, thure, mastiche, croco, &c. ≏antur, quippe sub sublimatione florum sulphuris, intensiorem △em requirente, gummata illa addita comburuntur, & empyreuma contrahunt, inde flores sulphuris empyreumatici surgunt deterrimi saporis & odoris, imò & virtutis destructæ existentes.

Formulas, pag. 374.) Quia Sulphur crudum selectius & flores ejusdem possunt ex tempore aliis remediis admisceri, hinc non opus habemus compositionibus ex sulphure prælongis.

Pulverem pag. 375.) pectoralem polychrestum hic intelligit *AVTOR*, constantem ex aa sulphuris puri, radicis ireos Florentinæ, & radicis aronis: quæ tria sunt pro pulvere pectorali aliis admiscendo. Prodest hic pulvis in affectibus pectoris à lympha ⊖sa acri orundis: & si combinetur cum opio, medebitur tussi catarrhali; sicut cum Antihectico Poterii in metu hecticæ, & cum ☿io diaphoretico in

in metu pleuritidis suppuratæ aut quoque empyematis, egregius erit.

Lac ♃is) *SYLVIUS de Phthisi §. 191.* Sulphur crudum seu ejus flores lacti ♃is anteponit. Notetur autem circa hoc in genere: Sulphur ratione pingvedinis occultæ acidæ imprimis solvi per alcalia, operantia in pingvi acida; econtrà menstrua acida non agere in sulphur; indeque præparare Autores ex ♃e remedium, dum illud cum alcalibus, nunc quidem in forma sicca; nunc verò humida, diversimodè solvunt, & fieri solutionem rubram (nam alcalia cum ♃eis ex pingvibus combinata rubescunt) quæ ab acido ▽atur in lac sulphuris ita vocatum. Cæterùm prout variant alcalia, & prout variant viæ siccæ & humidæ, ita multiplex datur modus parandi lac sulphuris. Et quidem in via humida recipi solet lixivium ex ⊖e tartari, vel ☉o fixo, vel ♆ paratum, quæ lixivia omnia solvunt ♃ in rubicundam ℞am, ▽andam per acida, atq; ☐am recentem; ita calx præcipitata vocatur Lac ♃is.

Vel in via sicca:

℞. *flor.* ♃*is* f. ♃*is crudi,*
⊖ ♃*i* à part. æqv.

Hinc Sali in crucibulo fuso ingeratur ♃, sic ambo coëunt in corpus rubrum excellenter fœtidum: dein concretum hoc solvatur in ▽, & ▽etur per *acida*, ut *vinum*; vel ∽*um* ⊕*li*; sic cadit pulvis candidus.

Interim cum hoc lac sulphuris per ▽ationem acidorum paratum participet simul de acido ▽ante & alcali solvente, hinc rectè *ZWELFFERUS in Mant. Spag. pag.* 400, & 401. hoc Lac ♃is rejicit, imo ego nunquam hoc usus fui; per præcipitationem enim cum acido factam virtus ♃is maximam partem destruitur, ut etiam indissolubile fiat, & vim △is magis sustineat.

Florum extus albicatorum, pag. 376.) Sunt quidem ita operosi, ut ♃is floribus per acida, nempe ☉i vel ⊖is ∽um, eosdem tractando colorem albicantem concilient; ubi tamen loco ipsorum lac ♃is sufficere potest.

Balsamicorum) Balsamorum omnium fundamentum hoc est, quod præprimis ℞ea destillata, & hinc expressa quoq;, turgeant ⊖e volatili ☉oso (Cùm verissimum putem, ℞ea destillata esse salia volatilia concentrata) sicque eorum salia agant in pingvedinem ♃is occulte acidam, hancque pro more omnium alcalium solvant, ut adeoque ab oleis istis sulphur solutum denominetur *Balsamum sulphuris*, interno pariter pro usu, quàm externo chirurgico, egregia. Cæterùm præfert *AUTOR* Balsamum sulphuris therebinthinatum, qui in phthisi specificus est, itemque in nephritide, & speciatim in mulierum affectibus, obstructione mensium, & tormina abdominis; ex acido viscido natis; sicut loco ℞ei terebinthinæ *cum ℞eo destillato fœniculi vel anisi paratus balsamus sulphuris* dicatus est pectori; item cum succini ℞o pro affectibus nervosarum partium; & tandem cum juniperi ℞eo pro renum affectibus: ac dosis omnium esto guttæ x, xv, ad summum xx.

Ris illis) Sunt, qui ex sulphure crudo per Spiritus vini parant ℞am; interim tamen parum ▽; nisi imprægnatus fuerit ⊖e tartari, ex sulphure elicit: Alii à balsamo ♃is terebinthinato abstrahunt ▽; hincque ex magmate extrahere volunt ℞am; ubi tamen hæc parum de ♃e participat.

Vitæ Balsamo, pag. 377.) De hoc *CORNERUS Tractatum specialem ejusdem nominis* edidit; interim modo habeatur balsamus ♃is, tunc is ex tempore cum myrrha misceri poterit.

Corallisato) Ex coralliis taliter nihil extrahitur.

♂*iato*) Hic balsamus paratur more consueto loco ♃is communis sulphur ♂ii auratum sumendo, & sanè egregius hic est pro usu externo: Conf. *POLEMANNUS.*

E crudo) Si è Sulphure parandus est balsamus, vulgò ad part. j ♃is solvendi duplum olei solventis sumere præcipitur, cum tamen potius partes jv. vel vj. olei, uni parti sulphuris respondeant; & quidem non per digestionem diuturnam, sed simplicem ebullitionem procedendo in ☾a, adhibendo paulò fortiorem △em, sic intra horæ spatium fieri potest.

♃*is hepate*) Præparatio hepatis procedit viâ sicca ita: nempe

℞. ♃*is*
⊖ ♃*i* à part. æqu.

Liquefacta in crucibulo exhibent corpus rubrum, ejus *hepar* dictum: Huic adhuc calido affunditur ▽, sic emergit ℞ Sulphuris elegans intense saturata.

Vel & affunditur hepati illi ℞o terebinthinæ internè; vel hyoscyami vel raparum pro usu externo: Sic genuinus paratur Balsamus sulphuris; quippe dum alcali illud fixum dissolvit pingvedinem sulphuris, hincque ▽ superfundatur, radicaliter fit ejusdem solutio, & elegans fit ℞ ♃is.

Cum ammoniaci consimilive urinoso spiritu p. 378.) Taliter parata ℞ ♃is alius est usus, & conf. *BORELUS Tr. de Coloribus*, ubi docet hunc modum:

Nempe

℞. ♆*a*
⊖ ✱*ci* à part. æqv.
♃*is* part. dimid.

Destillat per ☾am, ita prodit ∽ rubicundissimus seu ℞ sulphuris instar sangvinis rubra, à ∽*u* ⊖✱ci soluta.

Cæterum hanc ℞am non adeò æstimamus, quippe si tantillum ▽ æ eidem adspergatur, crudum denuo Sulphur ▽atur, vel etiam, si aliquandiu asservetur, ∽u volatili sponte exhalante, crudum ♃ in fundo subsidet.

☽*am*) Mineralia & Vegetabilia sulphura cum alcalibus soluta, si iisdem calidis intingatur ☽; hanc instar ☉is, sed superficietenus; rubificant: Sic solvi cineres in ▽a & pulvere carbonum inspersa solutioni filtratæ fervidæ immissi monetam argenteam, quæ tincta fuit colore flavo.

℞*us ille liquor*) Hunc *SCHROEDERUS pag.* 507. habet suo nomine ℞*ei* ♃*is Clossei*; cujus processum tamen rectè hic *AUTOR* corrigit.

Reliqui communes) Præparationes sulphuris reliquæ cum pumice *pag.* 507. sub nomine *olei sulphuris* ☉*ati*, item cum colcothare factæ in *SCHROEDERO* & aliæ sunt saltem lusus quidam.

Externum Balsamum pag. 379.) Docet nunc *AUTOR noster* parare *Balsamos* ♃*is ad extra* cum ℞ *hyoscyami*, vel *papaverino*; quæ si deficiant, ℞ *nucum expressum* assumi poterit: Talis Balsamus in mammarum affectibus, & omnibus recentibus vulneribus & ulceribus egregius est. Imo mihi consuetum, ut recipiam ℞ *infusum florum hyperici*, cui addo 6tam vel 8vam partem ℞*ei terebinthinæ*: dein in 6ta vel cucurbita, addendo flores sulphuris, ebulliendo compono *Balsamum sulphuris vulnerarium ad extra*, quòd citò, tutò & jucundè curat vulnera.

Amygdalino) Cum hoc ☵eo paratur *Balsamum* ♃is *externum Rulandi*, cujus descriptionem habet *KOLFINCCIVS Chym. pag.* 224. Interim, cùm sal ☿i nimis sit acre, potius solvatur ♃ in ☵eo illo, hincque addatur camphora, quæ constat alcali volatili oleoso; quod Balsamum in casu inflammationum, absorbendo acidum, est nobilissimum.

Consimile è Sutoria pag. 380.) *Emplastrum dia* ♃is optimum fieri potest ita:

℞. *pix Sutoria:*

Cui liquefactæ inspergatur ♃ *minutissimè pulverisatum*, vel *myrrha*, *cerussa* & alia pro diversis intentionibus: hinc benè agitata redigantur in formam emplastri; quod extendendo super lintea pro emplastro dia sulphuris Rulandi extemporaneo potest adhiberi.

▽ *calcis vivæ*, ♃*e saturata*) ▽ *calcis vivæ*: cui incoquatur sulphur, & addito parum ▼ est remedium externum in scabie, abluendis ulceribus, erysipelate, &c. egregium. ▽ calcis vivæ sulphur, & ▼ pro quibusvis indicationibus Chirurgicis sufficiunt.

Spiritus) Acidum hujus ♃is per se collectum dicitur ☾; ubi tamen notandum: quod ☾ ♃is & vitrioli sint unum & idem, cum acidum sulphuris in mineris, venam ♂is & ♀is rodendo, in ⊕lum coeat, quod & destillatum exhibet ☾um. Hoc probatur: si enim recipiatur ♃ & limatura ♂is, & invicem calcinentur in crucibulo, tunc sulphuris ☾ acidus rodit ♂em; hinc mixtura extincta in ▽ simplici & evaporata dabit ⊕*lum* Martiale, quod destillatum dat ☾um ⊕li acidum, qui est ☾ ♃is, quem prius imbiberat mars sub calcinatione; Ut itaque præsente ☾u ⊕li rectificato, carere queamus ☾u sulphuris. Interim si non fuerit ☾ ⊕li rectificatus, & participet de substantia ♂is & ♀is, (quæ simul sub ignis tortura per retortam transeunt, ubi tamen suspecta est substantia metallica) tunc melior est ☾ sulphuris; præsertim cùm ejusmodi ☾ ⊕li instar ▽æ limpidus, post aliquot septimanas in vitro asservatus evadat obscurus; nempe substantia metallica sponte præcipitatur: contrà ☾ ♃is semper manet immutabilis. Jam verò fundamentum ☾ ♃is parandi consistit in hoc, ut pingvedo ejusdem à substantia acida separetur, adeoque seorsim habeatur ☾ sulphuris: Hoc autem optimè fit, si pingvedo inflammetur; sic enim acidum seorsim acquiritur, nec deflagrat illud contra *BECCKIUM.*

E campanis, *pag.* 381.) Si paulò copiosum Spiritum per campanam habere velimus, incendatur in eodem conclavi, ubi est campana, ☉; hac enim ratione acidum hoc ☉i instar magnetis se habet, ♎ris acidum allicientis, adeoque ♃e incenso acidum ejus intendentis in se parcissimum. ⊖ ex ♀ ☾ sulphuris parat idem *SCHROEDERVS*, interim nisi illud denuò ☾u ♃is irroretur parum aut nihil accipietur.

Perfumationibus) ▽ simplex sulphure acidulata prodest vel per se pro corpore Juleporum, vel rectificata pro ☾ ♃is collectione.

Liquorem in florum confectione) Scilicet dum ♎ntur flores sulphuris, in supremo alembici foramen aliquod relinquendum est pro phlegmatis, vasa aliàs rumpentis, prolectione, quod ejusdem naturæ est cum phlegmate ⊕li acido. Quidam apponunt recipiens.

Factitio ✱*co*) ⊖ sc. ✱cum est compositum quid ex minerali & animali regno.

Flores pag. 382.) Nempe ⊖is ✱ci purificatio ita instituitur: Solvitur ⊖✱cum in ▽, hincque solutio immittitur cucurbitæ altæ, supernâ sui parte angustæ (der nicht abgesprenget) evaporaturque per ♃am, sic phlegmate evaporante ⊖✱cum purissimum lateribus vasis adhæret, quod sufficere potest interne pro scopo diaphoretico. Interim communissimus modus est sequens:

℞. ⊖✱*ci*,
⊖ ♀ à part. æqv.

Destillantur blando igne, ita prodit ☾ ♀osus & volatilis: hinc ♀ in cucurbita alembico suô munita paulò intensiore ♃e urgendum est, ita ascendunt flores ⊖✱ci flocciformes & lanuginosi candidi, & egregii pro scopo diaphoretico & stomachico.

Corallia) Sunt, qui miscent anaticam aut duplicem partem ⊖✱ci cum ♀ parte coralliorum, hæcque probe trita sublimant; sic acquirunt flores ⊖✱ci nonnihil incarnati coloris, ex quibus quidam Tincturam Coralliorum, utut parcissimam, parare gestiunt; sicut ex adverso alii ex ♀uo relicto eandem quærunt, at itidem parcissimam.

Martiales) Ex ⊖✱co cum limatura ♂is sublimato triplices acquiruntur flores: nempe in sublimiori vasis loco apparent candidi; in medio verò flores flavescentes, & ♃e ♂is aliquantulum impregnatæ; in fundo verò nigri. Cæterùm quemadmodum priores in affectibus hypochondriacis præ ♂ialibus aliis nullam prærogativam habent, sed purum ⊖✱cum sunt; ita nigri flores sunt stypici, & in liquorem intensissime stypticum, præ ℞ tamen vitrioli & ♂is nihil peculiare obtinentem, resolvuntur.

Subtile illud ✱*cum*, *pag.* 383) Si ☾ acidus quoque miscetur cum aliquo sale volatili, obtinetur inde ⊖✱cum quoddam medium, quod tamen nullam præ sale ammoniaco communi prærogativam habet.

E ♂*iali*) Remanentia è ⊖✱co & ♂e, aut hæmatite, in deliquium prona facile in liquorem intense stypticum fluit.

Salis ♂*is purgantis*) Hoc non purgat, quin potius eidem merito substitui potest vitriolum ♂is, idque præcipue ex minera Martialis ⊙ri paratum.

Ex ✱*co acidis* ☾*ibus*, *pag.* 384.) Sunt, qui volunt ex ✱co acidum ☾um parare, præsertim cum huic combinatum Sal commune adhuc habeat suum ☾um acidum. *ZWELFFERUS* parat talem, miscendo hoc ⊖✱cum cum farina: sed hoc modô prodit inde liquor acidulus quidem, qui tamen est ex farina, & non ex ⊖✱co; sicut quem habet *AUTOR pag. præcedente* ex Sale est, cujus ☾ acidus secum simul rapiendo particulas subtiliores ♂is flavescit, hincque aliquali sapore subdulci præditus est.

Nonnemini nuper) Zwelfferus sc. ☾ ⊕is Martialem ex ♂e & ⊖✱co parat, qui tamen prærogativam nullam præ ☾u ⊖is communis habet.

☉*fixum* ✱*cale*, *pag.* 385.) Innuit hic *AUTOR fixationem* ☉i cum ⊖✱co factam, cujus modum docet *WEDELIUS anno* 2. *M.A.N.C. pag.* 298. qui partibus ij vel iij ☉*i fluentis* in crucibulo, inge-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1206-2 DFG

ingerit *part. j* ☉*ci*, sic inflammatur ☽, & alcalisatur in ☽ fixum. Interim fixatio hæc non est adeò laudabilis, cum tarde inflammatio fiat, flammaque non continuetur, indeque acquiratur ☽ saltem semifixum, magnam partem ex ☽o crudo & aliqua tantum ☽i fixi constans. Potius ergo ☽ figatur per subjecta ♃ea.

TITULUS X.

DE

DIURETICIS VEGETABILIBUS.

Diuretica selectiora *ex Regno Vegetabili* sunt: Rhaphani, tàm orbicularis quàm rusticanus, alkekengi, parietaria genuina, pastinaca lutea, fæniculum, daucus, hedera terrestris, betula, cynosbatus, semen violarum, baccæ juniperi, terebinthina, & hinc balsamus de Capaive, tandem tartarus, & hujus ratione vinum & acetum: Quibus accensentur etiam apium, petroselinum, saxifragia, asparagus, fragaria, lithospermon, genista, bardana utraque, pimpinella, faba, tamariscus, item fraxinus, ruscus, filipendula, eryngium, mespilus, amygdalæ amaræ, sisarum, dipsacus, muscus clavatus, lignum nephriticum, allium, &c.

Ex *Regno Animali* selectiora sunt: cancri, lumbrici, cantharides & cantharelli, aselli, scorpiones, testæ ovorum, stercus columbinum: Hisce annumerantur lapilli percarum, carpionum, tincæ, manari, ova struthionis, lepus, troglotides, scarabæi, bufones, &c.

Ex *Regno minerali* ☽, & hinc arcanum duplicatum Mynsichtii, Sal commune, hinc ~ salis dulcis, ~ ☽i dulcis, calx viva, sal volatile succini.

Ex hisce *Præparata selecta* pauca, sed sufficientia, confici possunt, nempe: pulvis diureticus, simulque absorbens, & pro usu lithontriptico cinnabarinis vel opiatis plus minus mistis: Sal fimi columbini vel stipitum fabarum sit loco omnium aliorum: Extractum alkekengi succosum, item rob Juniperi sit loco omnium talium: Oleum destillatum terebinthinæ quibusvis cæteris ☉eis præstat: botulæ liquor alia potulenta diuretica æquat: Tandem infusum ex raphano rusticano, alia utut magis celebria æquat: Syrupus parietariæ, emulsio ex violis, &c. sit loco aliorum congenerum. Denique clysius quidam, tàm acidus ex ☽o, Sulphure, & ♄io; quàm ☉osus ex tartaro & ☽o, cum vel sine ♄io, Rx nephriticæ nomine aliàs veniens, instar plurium aliorum sufficiant.

Tartarus, pag. 386.) De hujus nativitate & natura, indeque parandis remediis diaphoreticis, supra dixi; Unde hâc vice saltem considerabimus ♀um depuratum, & ex eo paratum ⊖ fixum, dehinc ♀um ⊕latum, item Tartarum ♀satum, & Sal essentiale tartari, nec non Tartarum Martialem, quæ omnia sunt egregia remedia: sicut in forma liquida pro selectu sunto Tincturæ ex tartaro diureticæ, hæque ex ♀o Tartarisato, æquè ac ex Tartaro cum ♆ subacto, & hinc ~ volatilis ⊖i præsertim ex ⊖e fixo elicitus; ac tandem oleum destillatum tartari hisce, utut aliis usibus conveniat, hoc quoque simul allegatum sit.

Selectior) Si selectior & quasi per se crystallisatus fuerit, multis laboribus circa depurationem ejusdem requisitis supersedere possumus. Etenim per hanc subtilissima ejus pars ♀o solet subtrahi, posteaquam ordinariò observamus sub ebullitione Tartari acidum aliquod volatile nares ferire, ut taceam, separari hâc ratione saltem recrementa quædam ex ♀o lignea, vel subtiliorem quendam pulverem; quæ tamen in selectiore illo & per se crystallisato non inveniuntur, cujus crassiores arenositates hâc ratione cum ▽ fervida ex Tartaro non separantur; cùm si acidum ♀i potest solvere corallia, multo magis quoque solvere possit has arenulas. Diceret quis: atqui inest Tartaro ▽ei quid separandum! Resp. Fæcem illam ▽eam esse ⊖e volatili refertissimam, adeoque potius retinendam, utpote à quâ maxima virtutis diureticæ pars promanat. Si autem depurandus ♀ fuerit, semel tantùm id fiat; nam quò sæpius depuratur, eò magis castratur ♀.

Cremoris ac Crystallorum) Horum singuli non speciatim colligantur, sed semel depuratus sponte crystallisari permittatur. Cæterum in crystallis non rarò impostura est, quippe grandiores illi præparari solent additione aluminis, cujus tamen usus absterstioni & detersioni repugnat.

Pulveris digestivi, pag 387.) Notus est *Pulvis hepaticus rubeus Dresdensis*, das Sauff oder Leber-Pulver dictus, constans ex *cremore* ♀, ℞ *santali*, & ~*u vitrioli*: de quò confer. *ROLFINCCIUS*, *Chym. pag.* 289. lenissimo vero calore exsiccandus est, quod notetur. Interim ille à cremore Tartari nil peculiare obtinet, nisi quod acidior sit propter ~m ⊕li, adeoque stomacho magis amicus, minus tamen absterstivus. Cæterùm B. D. *MICHAELIS* aa *eboris sine* △*e* & *pulveris* hujus *epatici* ægris phlogosibus ex primis viis laborantibus, item in casu ardoris à crapula, & vini abusu, propinare fuit solitus pro scopo abstergendi; cui tamen cremor tartari commodè substitui potest: Usurpatur ante convivium, pellit ☉am, excitat appetitum, & absumit cruditates.

Vegetabilium) *ZWELFFERUS pag.* 401. *Mantis. Spag.* habet ♀um cum fragis insuccatum: reverà tamen parum de succis vel decoctis horum Vegetabilium ejusmodi ♀i participant, sed est superfluis curiositas.

♀ *aluminosus*) Hic pro febribus fugandis ex *ROLFINCCIO pag.* 289. constat; singulare enim in eo latere Febrifugum dicitur: Sed curant quidem eodem febres, ast palliativè, nec adeò tutò, quin facilè recidivent: Unde potiùs alcalia & ☉ea loco illius sufficere poterunt.

Chalybeatus) Tartarus chalybeatus, compositus ex *Tartaro & ♂e*, præ cæteris in usu est, & in morbis chronicis, cachecticis & hypochondriacis & spleneticis egregium est remedium. Præparationes autem variant, sicut videre est ex *SCHROEDERO*, & *ZWELFFERO Mantis. Spagyr. pag.* 412. paucis tamen fit, v. g.

℞. *Crem.* ♀*i* part. ij
⊕*li* ♂*is rite* (& præprimis ex minera Martialis ☉*is*) *parati* part. j.

Huic solutioni vitrioli Martialis calidæ immittatur Tartarus vel cremor ejus, ebulliendo invicem blando igne; hinc omnia soluta permittantur concrescere in loco frigido, aut saltem ebulliendo inspissantur in mellaginem, ut consistentiam

duram acquirant; ita factus inde pulvis commodè dosi, gr. xv. ad ℈j, & robustis ad ʒß, dari potest.

Vel & alio modo (quo emergit ℞ ⊕*li* ♂*is Zwelfferi sicca*) parari potest *Tartarus chalybeatus* ita; nempe

℞. ⊖*is essent.* ♀*i* (quod est reverà ♀ *regeneratus*) part. ij.
⊕*li* ♂*is* part. j.

Hæc trita in mortario lapideo liquescunt in pulpam rubicundam sub tritura, blando igne siccandam & pulverisandam; ita emergit pulvis obscure rubeus seu ♀ *chalybeatus*, in morbis chronicis dosi gr. xv. ad ℈j mihi usitatus.

Sal ♀*i*) Hoc eligit *AUTOR*: utut enim nulla specialis inter alcalisata intercedat differentia, indeque cinis clavellatus sæpiùs satisfaciat intentioni; tamen, quia sub destillatione ∽ ♀i spontè se offert ⊖ illud, hoc commodè in usum adhiberi potest. Cæterùm loco hujus ex tartaro eliciti, in locis, ubi vitis copiosus crescit, & sal sarmentitium subtilius & minus acre præ ⊖e ♀i communi esse potest.

Quò, etiam ulterius non calcinato, pag. 388.) Sunt qui caput mortuum tartari semel elixiviatum de novo calcinant, & iterum elixiviant; interim hoc labore opus non est.

Cum ♃*a vel supra martem*) Sunt, qui pro acuendo Sale tartari fixo illud cum aa ♃æ in crucibulo fundunt, aut saltem calcinant, hincque elixiviant materiam; ita ⊖ causticum acquirunt: quale itidem obtinetur, si sal tartari cum dimidio limaturæ ♂is calcinatur.

(ultra figulorum) Sunt, qui ex ignavia ♀um figulis calcinandum in sal concredunt: interim, quia hâc ratione ∽ tartari penitus evaporat & deperditur, propterea potius post destillationem ejusdem sal elixiviatur. Tandem aliqui ⊖ ♀i paratum denuò calcinant, usque dùm cæruleum colorem illud acquirat; interim nec hoc necessarium est, quippe hac ratione diuturnioris calcinationis negotio sal tartari tandem in ♡eam seu cineream fæculentiam abit, adeò, ut quantum per diuturniorem calcinationem quoad colorem cœruleum accedit, tantum idem in calcem ♡eam ferè mutetur, quod cuncta & alia salia fixa toties calcinata experiuntur, accedentibus imprimis eorum in ▽ extinctionibus.

Qui fixius tale quid desubitò) Hoc est, qui ⊖ ♀*i fixum* ex tempore facere vult, is recipiat aa ⓘ*i* & *tartari*, hæcq; in crucibulum candens injiciat, sic calcinando & detonando dant ⊖ tartari fixum. Interim tamen id non est purum alcali, juxta *AUTOREM nostrum*, sed de ⓘi acido semper aliquantulum participat, & occultè acidum manet. Hoc probari potest ex eo: quippe ante annum calcinavi ♂ crudum cum aa hujus salis tartari, ex ⓘo & ♀o facti in via humida; ita alcali hoc compositum solvebat ♂ in colorem croceum, huic lixivio filtrato instillabam acetum destillatum pro sulphure ♂ii ♡ando; ast nihil cadebat, ex hac ratione; quod ⓘi acidum in alcali illo composito intensius esset, quàm acidum aceti destillati, unde nil potuit præcipitari: è contrà recipiebam & ⊖ ♀i solutum, iuque permittebamus ebullire cum ♂io, lixivio facto instillabam acetum, & ecce! mox cadebat Sulphur Antimonii. Adeò ergò ad subtiliora producta chymica Sal Tartari purum, non verò hoc compositum fixum, recipiendum est.

℞ *tadiose per deliquium, pag.* 389.) Alcalisata quælibet, qualia sub modo, ut *TACCHENIUS* loquitur: vacua sunt corpora, hinc facilè humiditatem ex ♎re attrahendo, in liquorem crassiusculum solvuntur, ℞ *Tartari per deliquium* vocatum perinde ac si soluta essent cum ▽a: ubi tamen, si solvatur sal tartari, v. g. in ▽, idem præstabit solutio, quod ℞ ♀ p. d.

Tartari ⊕*lati*) Sunt qui ♀um ⊕latum pro catholico digestivo commendant, ast malè; cum observaverim acrioribus suis ⊖ibus varia Symptomata in primis viis excitasse. Cætérum paratur hic ita:

℞. ⊖♀ in ▽ solutum:

Hinc guttatim instilletur ∽ ⊕li usque ad punctum saturationis, ita cadit substantia ♡ea: liquor autem filtratus & evaporatus concrescere permittatur in crystallos, *Tartari* ⊕*lati vulgaris* nomine venientes.

Vel etiam genuinior est modus *TACCHENII in Clave sua*, non ex ∽u ⊕li, sed ⊕lo ♂iali depurato, eum parantis; ita enim prodit pulvis salino-amarus polychrestus, cadente simul croco aliquo ♂is instar croci, internè usurpando pro ℞ ♂is adstringente, item externè pro ulceribus inserviente.

Elegantior adhuc) Elegantior tartarus ⊕latus esse putatur ab *AUTORE*, si recipiatur tartari ♀sati solutio in ▽ facta, huicque instilletur ∽ ⊕li, dein clarus ille liquor in locum frigidum ad crystallisandum reponatur; ita emergit ♀ vitriolatus majore acore præditus; loco cujus tamen tartarum ⊕latum ego commendo.

Alias noxas pag. 390.) Si quæ noxæ è tartaro ⊕lato surgunt, debent illæ ∽ui vitrioli non debitè rectificato, adeoque de liquamine ♀eo participanti, originem: nam hac ratione sæpius vomitus, ejus usum insequitur, qui tamen non est è ⊖e tartari, sed è ∽u ⊕li derivandus.

Succis concretus) *ZWELFFERUS Mant. Spag. pag.* 417. Tartarum ⊕latum purgantem ex ingredientium vegetabilium catharcticorum succis introduxit: interim tamen ille parum de vi purgante participat, cum hæc tàm ab acido quàm alcali adjunctis castrata sit.

Mineralibus) Sunt, qui Tartarum vitriolatum cum mineralibus (sicut de ♃iali & ♂iali suprà dixi) & metallis imprægnant: interim tamen ille de his participat parum, cum sub sui coalitu maxima pars metalli excludatur. Potius ergò tartaro ⊕lato ex tempore ♂ialia vel ♃ialia alia metalla non addi poterunt.

Ex essentiali ⊖*e* ♀*i*) Ex hoc, instillatione Spiritus ⊕li, potest & Tartarus ⊕latus confici: interim idem est corpus.

ⓘ*atus*) Tartarus ⓘatus describitur à *MYNSICHTHIO pag.* 16. qui tamen parum de sale tartari participat.

In ultimo nitri) Sc. ⓘ solvitur in ▽ simplici, hinc additur ℞ei tartari parum; ita ebulliendo ⓘ optime depuratur: postmodum mixtura in loco frigido recondita concrescat in ⓘ, & inspissatione redigatur in tartarum ⓘatum.

Tartarisatus Tartarus pag. 391.) Tartarus ♀isatus ita conficitur:

℞. ⊖ ♀ part. jß, vel ad summum part. ij.
♀*i crudi*, l. semel depur. part. iij.

His

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1208-4 DFG

His mistis affundatur ▽ fervida, invicemque nonnihil in loco calido ebullire permittantur; sic alcali ⊖ ♃i agit in acidum tartari, & effervescunt nonnihil; tandem effervescentiâ cessante, filtratus liquor per phlegmatis evaporationem in tartarum ♃ satum redigatur; ita est egregium detersivum & blandè laxativum: interim rarò per se ♃ ille ♃ satus potest asservari, quin propter alcali copiam liquescat in loco humido; unde potiùs crystalli infundi solent in ♈ solvente eos, adeoque postmodum sub forma ℞æ diureticæ potest exhiberi. Simile est remedium ex tartaro modernorum fermentato, quando alii lixivio ⊖ ♃i inspergunt ♃um crudum pulverisatum, continuando hoc, donec cesset effervescentia, dein filtratum liquorem per phlegmatis evaporationem in crystallos lamini formes concrescere sinunt, quæ tamen itidem sunt ♃ ♃ *satus*, in ♈ solubilis.

Balsami Tartari) *AUTOR noster* hic insinuat *ZWELFFERUM pag.* 417. *ex Mant. Spagyrica.*

Nephriticæ titulo) Hujus ℞æ *AUTOR* est Dn. D. *SULZBERGERUS*, *Archiater Saxonicus*, & sequenti modo paratur:

℞. ♆a part. ij.
♃i *crudi* part. j.

Hæc perfundantur copiosa aquâ frigidâ, probèq; ebulliant ad △em; ita enim perfectè alcalisatur tartarus à ♆a: quò facto liquor filtratione separatus inspissetur in consistentiam ⊖is, cui affundatur adhuc calido ♈ rectificatus, ℞am rubicundam saporis ⊡osi hinc extrahens.

Vulgata) ℞ tartari alias dicta & nota est: nempe

℞. ⊖ ♃i *ritè paratum*:

Huic calenti adhuc affundatur Spiritus vini probè rectificatus, vaseque clauso in △e ∴æ materia diù digeratur; hac enim ratione ♈ imbibit aliqualem alcali tartari partem, quod sapor ⊡osus docet, simulque sulphur vini textura suâ alteratum rubescit.

Dosis hujus est ℈j ad ʒß usque ad ʒj: egregiè solutiva existit, acidi destructiva & diuretica. Cæterùm perinde est, ex quocunque ⊖e ♃i hæc ℞ paretur: Utut enim verum sit, non multum ⊖is tartari ♈ imbibere, aliquid tamen ejus imbibit, sapore testante: Interim hujus ℞æ loco & tartari tartarisati liquor usurpari poterit.

Spiritus vini rectificatior pag. 392.) ♈ ⊖i tartari affusus, intercedente digestione longa aliquam partem imbibit: vel etiam Spiritus vini adhuc phlegmaticus sali tartari affusus, ratione ♃is sui hoc imbibit & solvit, parte illius spirituosa supernatante, & parum vel nihil de ⊖e tartari participante.

E Sale Tartari cum silicibus liquato) Glauberus multa pro more suo fabulatur de liquore silicum ceu subjectorum admodum ♃eorum; hinc & nonnulli, dum funditur in crucibulo sal tartari, adjiciendo pulverem silicum (alcali enim tartari agit in ♃ silicum) vitrum acquirunt, in loco frigido per deliquium facilè fluens: sicut alii tartaro crudo pulverisato affundunt ∽ ⊖*ci ⊡osum in loco calido, & aliquid de acido imbibentem; ubi tamen loco tartari crudi potiùs sal essentiale tartari in ∽u ⊖*ci solvendum est.

Arcanum illud seu sal essentiale tartari) Scil. ♃am foliatam tartari tradit *ZWELFFERUS in Mant. Spagyr.* sicut eadem in lingua Italica describit *LOCATELLI*. Cæterùm constat ea ex ⊖e tartari, acido aceti ad satietatem usque impregnato, quæ soluta in ♈, & abstracto hoc, exhibet sal instar foliorum, quod ♃æ foliatæ tartari nomine venit; quæ ♃ nihil est aliud, quàm *Tartarus regeneratus*. Etenim, quod in destillatione tartari crudo decedit, hoc sali tartari ex aceto redit, quod probatur: Si enim recipimus ⊖ essentiale ♃i, & destillamus per retortam, acquirimus ∽m phlegma & ♁, nullo modo à ∽u & ♁eo tartari communi differentia. Jam verò, quia sal hoc tartari essentiale facile liquescit propterea solvitur illud cum ∽u vini in ℞am, in malo hypochondriaco & affectibus nephriticis egregiam. Interim, quando hunc liquorem ♃æ foliatæ tartari cum aliis remediis miscere desideremus, seligamus ea, quæ ferunt consortium alcalinum; secus enim ♃ario accidit: quod patescit, si recipimus ⊕lum ♂is, hujusque in ▽ solutioni addatur liquor ⊖is essentialis tartari, tùm emergit quidem essentia rubicundissima, quæ tamen mox ab alcali tartari, ♃ante ♂em, post unam vel alteram horam mutatur; Unde hoc circa coralliorum & alias solutiones cum aceto factas itidem observandum erit.

Longè compendiosius pag. 393.) Vulgò in præparatione liquoris ♃æ foliatæ tartari jubetur, ut recipiatur ⊖ ♃i ℔ß. huic affusa ℔j *aceti destillati*, phlegmatis fiat abstractio, affundendo remanentiæ novum acetum, abstrahendo & continuando hoc tamdiu, donec acetum destillatum eodem sapore, quò affundebatur, redeat: Verùm sumatur potius juxta Autorem duodecuplum vel sedecuplum aceti vini destillati respectu salis tartari, hæcque mediante digestione uniantur, deinde quoque unica similiter Spiritus vini abstractio administretur; sic bino labore confectum habebimus; ⊖ essentiale ♃i.

Abstractus in illa salis tartari saturatione liquor pag. 394.) Hoc est, quando ab aceto destillato saturatum est ⊖ ♃i, tunc prodit phlegma quoddam acidulum, quod instar Spiritus mellis vel Gvajaci inservit solutionibus opii, & purgantium Vegetabilium, item marinorum, lapillorum cancrorum & coralliorum.

Arcanum tartari ⊖*i viperino*) Illustrat hic *AUTOR locum illum supra pag.* 300. obvium: nempe sunt, qui salia volatilia figere volunt vel per acida, vel per ♈; ac quidem per illa fit *TACCHENII* fixatio salis viperini per ⊖is essentialis tartari ana vel duplum, ad part. unam ⊖is volatilis; ita acidum ♃i imbibit hoc, & apparenter figendo retinet. Cæterùm loco hujus ex tempore salia volatilia cum ejusmodi salsis combinari poterunt, hinc fit remedium antihypochondriacum Zwelfferi: recipit ⊖ essentiale tartari, illudque in s. q. ∽ ⊖*ci solutum, commendat in malo hypochondriaco: sic, ut & ex tempore præscribere possimus loco digestivi in morbis chronicis:

℞. *liquor.* ♃æ *foliatæ* ♃i ʒij
∽ ⊖*c. ʒj

Mista dentur ad gtt. xxx. xl, l.

Sal ♃i *volatile, sive spiritus salis tartari*) Nempe ex omnibus vegetabilibus diureticis vix meliora nobis, imprimis Europæis vino abutentibus, magis proficua diuretica prostant, quàm ex ♃o parata, utpote quæ in radice cum vino symboli zantia acidum optimè corrigunt, & per ⊡am evacuant. Cæterùm fiunt hæc volatilia alcalia vel ex tartaro crudo, vel ex ejusdem ⊖e fixo: De illis, cum jam suprà sub Diaphoreticorum titulo egerimus, proinde hac vice, quâ ratione sal volatile diureticum, illudq; ⊡osum,

præ-

præsertim ex sale ejusdem fixo, parandum sit, docebo, subjungendo huic deinde sal volatile, quoq; acidum, ex & cum eodem sale ♀i fixo proliciendum.

Salis ♀i selectum pag. 395) Proponit *AVTOR* hic, dicendo: illud solum ex ∽ destillati ♀uo assumendum esse, nec calcinationem ejus ad cærulitatem usq; instituendam, utpote oriundam ex concrematione salis istius, & in ⚶eam substantiam destructione; quin potius causticum illud seu acuatum, & per diuturniorem digestionem mediante mediocri calore in furno digestivo exaltatum, sumendum est, hocq; pro parando ∽u volatili ⊖is ♀i eligit, aut quoq; ex calcinatis vini siccis fæcibus illud evacuandum esse. Etenim notum est, quòd ex fæcibus vini post fermentationem relictis, perq; vesicam destillatis, eliciatur copiosior ♈: hoc ergò abstracto, fæces in libero loco exsiccatæ, postmodum destillatæ, exhibent ∽m & volatile sal tartari, quod in magna copia ad instar nivis alembico cucurbitæ adhæret: Pariter & ex hisce fæcibus destillatis ex cucurbita elicitur ∽ ⊡osus & sal volatile: ♀ harum fæcum, sale fixo ⊡ossimo etiam semivolatili ditissimum eligendum proin est pro salis ♀i volatilis confectione juxta *AVTOREM*: Ergò contrà non conducit pro hoc scopo sal illud tartari fixum ex ♀i & ♉i detonatione paratum, quippe remanet in illo ♉i quædam acida pars, impediens salis volatilis ascensionem.

Modus ipsos p. 396.) Si omnes ab *AVTORE* adductos modos volatilisandi ⊖ ♀i fixum in spiritum aut sal volatile ⊡osum consideremus, nil minus acquiri videmus, quam sal volatile; potius processus illi omnes suggerunt vel nullum, vel illud saltem adulterinum, vel ex alio subjecto originaliter derivandum, vel deniq; sal volatile ♀i communis, non autem id ex sale fixo desideratum; cum tamen scopus curiosorum sit sal tartari fixum volatilisandi, hoc est jam alcali volatile urinosum, jam verò acidum volatile pingue, ex eo separando, reliquâ ⚶ figente illâ in fundo relictâ.

Cum bolo) Sunt, qui sal ♀i cum aa boli miscentes destillant pro ∽u salis ♀i volatili acquirendo: ast prodit phlegma iners, odoris ⊡osi tantillum insignitum.

Cum silicibus) *GLAUBERUS* liquorem silicum pro volatilisandis salibus fixis commendat: Verum nec hâc ratione, præter phlegma, aliquid acquiritur.

Post substrationes) Hic *ZWELFFERI* modus est *Pharm. Reg. p. 247.* de quo *BECKIUS* judicium rectè fert; nempe hac ratione salia fixa fatiscere in ▽æ elementum: Vid. *Collegium Chymicum.*

Per vini) Sunt, qui pro ⊖e ♀i volatilisando illud cum vino incerant: ast hac ratione acidum vini in ⊖e illo fixo concentratum, dat regeneratum tartarum.

Ex Tartaro tartarisato) Hisce petit *AVTOR LANGELOTTI* modum *in Epistol. ad curiosos* descriptum; quò tamen ∽ tartari simplex, nec aliud quid, prolicitur.

♈ inceratione super sal tartari p. 397.) Sunt qui imbibitione salis tartari cum ♈ illud volatilisare intendunt: succedit negotium, ast tantillum ejus est, quod hac ratione prolicitur, ut labor ferè vanus sit.

Per digestiones) Prodit se ∽ tartari rectificatus, de sale autem nihil ascendit, licet digeratur cum ⊖ ♀.

E salis tartari, calcis vivæ, & ⊖✱ci mistura) Nil de sale tartari participat.

Liquori, qui ex anatica salis tartari & aluminis crudi destillatione,) Sunt, qui destillant sal tartari fixum cum ana aluminis crudi, acquiruntq; ∽um ⊡osum copiosum; qui tamen ∽ ⊡æ humanæ ex alumine regeneratus est, quippe pro faciliore pro aluminis ratione, crystallisatione, & pingvedinis ⊕licæ separatione, additur eidem ⊡ humana. Sic si ustum alumen cum ⊖e tartari destillemus, acquirimus, nisi alcalisata illa corpora alterata ab ⚶ere fuerint nihil; aut si fuerint alterata, phlegma iners, tantillum ⊡osi præ se ferens.

Ex ♁ Tartari nigro) I. e. ♁ ♀i fœtidum cum ⊖e ejus fixo digestum abit in picem, quæ diuturna digestione absoluta, destillata dat sal volatile tartari: Conf. *HOFFMANNVS Clave p. 604. & supra Tit. 7. ubi de Diaphor. Vegetabilibus.*

Ex anatica tartari crudi aluminisque pondere) Hac ratione ∽ ♀ simplex elicitur.

Fæcibus vini siccatis pag. 398.) Hæ post ♈ abstractionem exsiccatæ, ut dictum, dant elegans sal volatile tartari & ∽um volatilem; sed quæ nil differunt à ∽u & ⊖e volatili tartari crudi: Interim ex omnibus hactenus allegatis processibus hunc modum eligerem; vel etiam eos, qui ∽um tartari volatilem ⊡osum, & positivè diureticum optant, juberem; si pararent ∽um clyssiformem ex tartaro & ♉o, primariò de tartaro, secundariò & parum de sale volatili tartari alcalino nitri participantem: nempe

℞. ♀i
♉i à part. æqual.

Hæc additione alcali mista destillentur per retortam tubulatam, receptaculo nonnihil ∽ *vini ♀isati* includendo.

Atque sic paratum ∽um hunc carminativum de tribus præfero ℞ *Nephriticæ Ammelungii*, ex aa *tartari*, ♉i, *minera* ♀i, & *silicum solarium salfeldianorum* (die gelbe Flecken haben) quasi obtinerent aliquid de auro; prodeunt; quippe hæc destillata per retortam tubulatam in clyssum, præ se ferunt odorem & saporem urinosum, coloremque aureorubescentem: ubi sapor & odorille primariò dependet ex tartaro, secundariò ex ♉o; color verò ex ♃e ♃ii ab alcali soluto, & simul in receptaculum recepto; hinc ℞ hæc non rectificanda est, aliàs ♃ ♃ale in fundo manet, & ∽ albidus per alembicum prodit. Atque ob hunc colorem ℞ hæc remedium hoc laudabile est in affectibus urinariis, in affectibus renum sc. & calculo tàm præservativè quàm curativè, item scorbuticis hypochondriacis & hystericis, dos. gutt. 20, 30, 40. ad ʒß in vehiculo appropriato, nempe juxta Autorem in ▽ fragorum propinando: sed elegantior est ∽ *carminativus de tribus ex tartaro & ♉o*, per ♋tam ♈i *tartarisati* tantillo repletam destillatus.

In quandam CC. vel cum salet artari volatilitatem) *AVTOR noster* hic parandum; præsertim postquam loco liquoris alcali est deficientis pro solutione margaritarum & coralliorum suadet, ut discamus salia fixa, in specie tartari, in acidam volatilitatem redigere, juxta *HELMONTIUM.*

Liquor è metallicis solutionibus) Scil. ex sale coralliorum & saccharo ♄i cum ✱o paratis, elicitur ∽ ♁, vel liquor crassus; qui tamen est ∽ S. vini regeneratus ex aceto aut ∽u aceti rectificatus, singularem prærogativâ præ aceto destillato non obtinens.

Arcani ♀i,) Sunt qui, postquam acetum destillatum, crebrius à ⊖e tartari abstractum fuerit, hoc volatilisare intendunt: & verum est, si ⊖ tartari saturatum est per ⚶am foliatam, acquirunt phlegma acidulum, parum acrimoniæ ⊡osæ obtinens; quod tamen est tantillum, & peculiarem solvendi vim non obtinebit.

Liquore de Tartaro ⊕ lato communi pag. 399.) Hâc ratione phlegma ⊕li acidulorum, nec aliud quid, acquiritur.

Alcali

Alcali ♃ eum cum certo bolo) Scil. quia ♃æ bolares per se destillatæ dant ☾um acidulum volatilem, hinc non mirum est, *AUTOREM nostrum*, ⊖ tartari cum bolo destillantem, acquisiviste ☾m boli, & non spiritum ♃i.

☾u è ♃a foliata) Hic ☾ est phlegma acidulum, & præterea nihil.

℞ ♃*i nigrum*) Oleum tartari fœtidum est generosissimum remedium; rectificatum quippe cum aa C. C. usti, istud prodit ℞ ☉rei coloris minus fœtens, adeò, ut ad guttas aliquot propinatum potentissimum sit sudoriferum, anticolicum & antihystericum: gravis est odoris, hoc verum est; nihilominus tamen præter usum internum, externè reverà egregium est, pro malaxandis emplastris tumores durissimos discutientibus, ita v. g. ut in mammæ tumore duro, ex lacte coagulato nato, proficiat emplastrum de galbano crocatum Mynsichthii, malaxatum cum ℞o tartari fœtido, & impositum resolvit lactis grumos: Sic & potest id ℞ pro resolvendis bubonibus & aliis tumoribus Gallicis, cum emplastris.

Emplastrum, *pag.* 440.) Hoc fieri potest dissolvendo ♃ in ℞ ♃i fœtido, hinc cum aliis in emplastrum ad imitationem dia ♃is Rulandi compingendo.

Terebinthina) Ex hac eligit *AUTOR* ☾um seu ℞ subtilius pro interno usu; sicut pro externo usu magma post ☾um destillatum relictum colophoniæ instar apparens. Cæterùm rectè terebinthina à *STARCKIO* dicitur *Balsamum septentrionale* seu *occidentale*, cùm, quicquid in opobalsamo quæritur, hoc in puncto balsamationis cadaverum, testante *SCHROEDERO*, in nostra terebinthina inveniatur: equidem vulgò Cypria eligitur, ast malè; nostra siquidem è larice elicita ejusdem est pretii & valoris.

Absque lotione) Cruda aliquando, utut rarò, internè usurpatur terebinthina, nisi sub forma emulsionis nephrocatharcticæ, fermentum lithiaseos destruentis, cum semine violarum & ▽ qualiscunque; aut sub forma misturarum, additô vitellô ovi in substantiam lacteam redigendo, v. g.

℞. *terebinth. vulgar. purioris, aut Cypriæ,* ℥ß.

Dissolve cum s. q. *vitello ovi*; adde paulatim
Syr. de Alth. Fernel. ℥j ad ℥iß.
Vini Malvat. ℥vj. M.
Detur pro dosi ℥j ad ℥iß;

Ita laxando alvum & ⊡am movendo, in affectibus renum & vesicæ optime convenit.

Cæterùm lavant aliqui prius terebinthinam: ast hoc labore non opus est, quin potius per colatorium simplex eam trajicendo sufficere potest.

Cocta) Sunt, qui terebinthinam cum ▽ igne blando coquunt, sicque in consistentiam candidam spissam pro pilulis redigunt; vel & aliis additis pilulas nephriticas compositas indeformant: ast hâc ratione ℞o volatili exhausta, quasi inanis redditur; Unde potiùs destillanda est terebinthina cum copiosa ▽ in vesica; sic enim prodit.

1. Parum *phlegmatis aciduli*,
2. ☾ *seu* ℞ *subtilius*; hinc
3. ℞ *flavum paulò crassius*; porrò
4. ℞ spissum & *nigricans*, *balsamum terebinthinæ* vocatum, & tandem
5. In fine crassamentum aliquod, *colophoniæ* instar, remanet.

Myrmecionum grumi, *pag.* 401.) In cubilibus formicarum acidum spirantium, & sylvas resiniferas inhabitantium, reperiuntur grana perspicua & acidulata, ipsarum sudore impræghata, & comparantur à nonnullis mastichi, quæ tamen melior; itemque præferunt terebinthinæ.

Sine tot pilularum) *MYNSICHTHIUS occupatur* circa plura terebinthinæ composita remedia: sed his omnibus possumus carere. Interim ex tempore illa ex terebinthina cocta, additô scammonio, rhabarbaro & similibus, parantur.

℞ *flavum*) Loco olei terebinthinæ flavi sufficere potest ℞ hyperici.

Templinum) Ex pino destillatur ℞, quod vocant ℞ *templinum*.

Abietum conus) Coni abietum immaturi perquàm resinosi sunt, & ex iis potens ℞ torculari exprimi potest: sed his præpollet ☾ terebinthinæ.

☾ *terebinthinæ*) Hic nunc per cucurbitam ex arena, cum duplo vel triplo ∴æ miscendo terebinthinam, destillatur, quâ ratione prodit oleum terebinthinæ; hunc per vesicam: ubi tamen, dum illa ▽ imbibit multum ⊖is volatilis terebinthinæ, oleum volatile terebinthinæ inertius ac minus generosum prodit; sin verò cum ∴ ex cucurbita destillatur, prodit ℞ generosum sale volatili insigni turgidum. Cæterùm datur ℞ hoc à gtt. v. ad vi. mane in vehiculo cardio pro scopo diuretico & præservatorio nephritidis, antihysterico & colico; imò & in scabie: sic & Balsamus ☾is terebinthinatus egregiè prodest tàm in vesicæ & renum, quàm pulmonum læsionibus, & aliarum partium, itemque in declinatione dysenteriæ pro scopo consolidandi à gtt. 8, 10, ad 15. Magmæ autem residuum à ☾ destillatione externè ingredi potest emplastra loco colophoniæ & picis.

▽ *m in* ☾*u terebinthinæ*, *pag.* 402.) Phlegma terebinthinæ acidulum nonnulli pro solutione ostracodermorum commendant: Interim hoc nullum præ aceto communi prærogativam habet.

De Juniperinis) Oleum destillatum baccarum Juniperi non cedit ℞o terebinthinæ in renum affectibus, nisi quod hoc magis Balsamicum sit, & corruptelæ renum magis resistere videatur.

Baccarum alkekengi) Ipsa planta est ex Solanorum genere, adeòque non secus ac nicotiana, hyosciamus & solanum furiosum vi anodynâ & vi narcotica pollent: Interim tamen fructus alkekengi sapore ⊕oso diuretico, & abstersivô constat; indeque Veteres ex iisdem trochiscos, cum & sine opio, pro affectibus ⊡riis, ardore ⊡æ; difficultate ejus, excoriatione aut exulcerationibus renum & vesicæ, ordinariò confecerunt: vid. *ZWELFFERUS*. Nos vero horum loco cum *AUTORE nostro* commendamus eorum Extractum, h. e. succum expressum, & post transcolationem blando igne in consistentiam mellis inspissatum, qui dosi ʒß ad ʒj nunc solitariè, nunc cum aliis mistus, pro scopo diuretico & nephritico egregius est.

Hederæ ♃*stris Extractum*, *pag.* 403.) Planta hæc est nobilissimum simplex, & magnum Dei donum: præter vires pectorales & antipleuriticas, in sputo sanguinis, phthisi, & tussi phthisica,

peripneumonia, &c. imprimis quoque diureticum habet usum, adeoque conducit tàm præservativè quàm curativè pro scopo præservationis à calculo, in mictu cruento, itemque renum & vesicæ ulceribus: Sic habeo hic mulierem, Professoris cujusdam conjugem, quæ creberrimè calculo, passione hysterica, itemque mictu cruento, ictero, &c. laborans, usu hederæ terrestris decoctæ se curavit, & etiamnum præservat. Adeoque ergo duplex est hederæ terrestris usus; nempe vel in decocto, decoquendo cum ▽ vel cerevisia (quô pacto saporem herbaceum refert, indeque melius est, si decoctio ejus fiat cum aa cerevisiæ & ▽æ condiendæ pauco melle) vel in Extracto, ebulliendo eam in ▽, seu in succum exprimendo, & colatum inspissando & cum saccharo condiendo: contrà ejus ▽ iners est, sicut & Syrupus ob sacchari copiosioris ingressum.

Destillata) ▽æ diureticorum simplicium pro scopo medicamentoso præstant id, quod aliàs ▽ simul pro scopo alimentoso: nempe sunt vehicula saltem aliorum remediorum, indeque rectè eligit *AUTOR noster* ▽am fragorum destillatam pro vehiculo, recipiendo fraga contusa, eaque addita ▽a, parce ∽u vini acuata, per vesicam vel cucurbitam destillat; sic emergit ▽ illa durabilior.

è persicorum, cerasorum, &c. pag. 404.) Nonnulli semina o. sa ▽is diureticis destillandis addunt: sed justa est *ZWELFFERI* censura; nempe talia parum virium suppeditare, quin potius ex iis emulsiones blandè diureticas parandas esse; quæ, si addatur semen violarum purpurearum, fiunt magis præsentaneæ.

Calidiores ejuscemodi ▽æ) Sunt, qui pro scopo præservativo in nephritide usurpant ∽ juniperi, quod & bonum est; Sicut alii capita allii ▽ infundunt: interim tamen ejuscemodi remedia non semper æquè tuta sunt, cum fumosa existentia ardores renum soleant intendere in illis, qui aliàs iisdem vexantur. Porrò, alii adhuc fraga recentia ▽ infundendo hunc subinde hauriunt pro scopo præservandi & curandi nephritidem: sed de hoc idem judicium ferendum est, ac de aliis; nempe non semper euporiston hoc, præsertim in junioribus, locum habebit.

Fraga, pag. 405.) Copiosam hæc ⊡am fundi faciunt, & præterea phlogoses & æstuationes corporis blanda temperatura solent sistere. Potest etiam ex fragis recentibus fieri elegans Julebus ad imitationem *TIMÆI* à Gülden Klee *in suis Responsis pag.* 16. non secus ac ex rubo Idæo similis Julebus elegans & suavis paratur: vid. *idem pag.* 433. Rarum est, quod singularem vim diaphoreticam in fragis observaverit *BARTHOLINUS, Cent.* 3. *Observat.* 54.

Ononidis sal fixum) Sal fixum Ononidis idque non simplex, nunc cum aliis compositum, elegit *AUTOR*, & quidem *Ononis* triplex existit: nempe *alba, flavescens, & incarnato colore.* Quæcunque calcinatione copiosum sal fixum suggerit, juxta sal ♃i pro scopo diuretico commendandum; modò non nimis illud calcinetur, annotante hoc *TACHENIO in Hipp. Chymico.* Etenim salia illa fixa ex diureticorum calcinatione facta non sunt simpliciter lixivialia, sed verè salsa, adeòque ex ⊡oso & acido sapore conflata; imò urtica, stipites fabarum & genista ritè calcinata fiunt moderatè salsa, absque quoque ♃is aut ∽ ⊕li additione, dosi gr. xv. ad ℈j, imò ʒß usurpanda.

♃atum, aut ⊕latum) Non opus est, ut ⊖ ita dicta ♃entur vel vitriolentur, quia hoc modo castrantur.

Saxifragiam albam pag 407.) Hæc in se rarò usurpata est, quia parùm prodest, cùm pulvis ejusdem radicis minoris virtutis diureticæ sit. Cæterùm distincta est hæc Saxifragia à *pimpinella saxifraga*, quæ est *Tragoselinum* proprie dictum, utut & hujus radix vulgò ad diureticum usum trahatur: *Pimpinella* vero *sanguisorba* est euporiston in omni sanguine fluente.

Daucum,) Hujus semen præ cæteris nobilitavit *HELMONTIUS Tr. de Lithiasi*; in quo hinc inde ostendit, illud ▽as petrosas sui incoctione corrigere, cerevisiasque contra lithiasin præservantes reddere, & rectè; cum & illud inter diuretica balsamica, quale quoque est terebinthina, non inconcinnè referendum sit, & fermenti renum corruptelam præcaveat & sistat. Cæterùm daucus est duplex: vulgaris & creticus: Utriusque eadem ratio, & præsertim semen magis appropriatum pro scopo diuretico erit.

Ruscum,) Ruscus apud Veteres majoris fuit commendationis, quàm apud Modernos; apud istos enim inter radices ♃ aperientes refertur.

Filipendulam,) Radix hujus vi diuteticâ & simul incisiva & attenuativa pollere solet; hinc etiam ad strumas à quibusdam solet usurpari.

Genista) Hujus flores conditi, quia magis pro scopo alterativo quàm diuretico in hypochondriacis & lpleneticis locum inveniunt, illorum loco sufficere possunt cappares cum aceto conditi; nullam enim genistæ flores prærogativam obtinent: sic nec ⊖ genistæ fixum à sale ononidis singulare quid habet, unde illud cum hoc mutari potest.

Eryngii pag. 408.) Radix præter usum diureticum, qui nonnullus est, si non exiguus, commendatur pro scopo stimulandi ♀em; pro quo tamen pariter languidum admodùm est, imprimis radix condita.

Non lappæ) Hujus folia mulierculæ in phlogosibus erysipelaceis tibiarum commendant, dicendo: es ziehe die Hitze aus / quod effectivè verum est. Interim tamen ejus semen contra phthisin & pro scopo diuretico non amplius est in usu; contrà radix lappæ majoris substituta suprà est ab *AUTORE* radici chinæ & sarsaparillæ pro scopo diaphoretico & antipleuritico, in taeolas eam incisam decoquendo, & decoctum usurpando, ubi idem præstat, ac radices exoticæ.

Lithospermo) Lithospermon seu milium Solis bonum est evporiston, ejus nempe semen, in promovenda urina, & stimulando egressum calculi, si pulverisatum ʒj dosi capiatur.

Arillis mespilorum,) Officula mespilorum pulverisata ad affectus nephriticos admodum laudantur, quatenus tàm præserveut à calculo, quàm præsentem tollant. Observandum est de hujusmodi concretis osseis in fructibus nonnullis reperibilibus, in cerasis, persicis, amygdalis, mespilis, &c. quod hæc ipsa destillata suggerant ∽um acidum unà cum ⁂o empyreumatico: Spiritus iste rectificatus egregiè est diureticus, & suo modo lithontripticus. Non sunt proprie dicta ossa aut lapides, sed revera substantia lignea quasi mutuò intorta, & ita durioris præ cætero ligno compagis; unde etiam igne aperto solent suggerere, quæ ipsa ligna assolent.

Ita nec apis) Apia quælibet, cujus species quoque Petroselinum est, vi diuretica sunt decantata; quam

quam vim tamen satis mitem habent, quod probatur, cum petroselini usus culinarius communis ostendat, quantum præstet, id sine ulla alteratione: Unde nec in statu therapeutico aliquid valebunt illa.

Succi apii inspissati, pag. 409) Hic inter remedia mundificantia, hoc est, fermentum ulceris acidum corrigentia, & sordium ulcerosarum proventum præcaventia, numeratur, & præter absinthium, centaurium minus, myrrham, aloën & terebinthinam illo pro scopo solet ordinari: de quo conferatur *SENNERTI Praxis L. V. Part. 2. cap. 5. ubi de Ulceribus sordidis*; quô locô *Unguentum* genuinum *ex succo apii* inter alia prostat. Interim, cum & concinniora, nempe ex nicotiana, absinthio, & myrrha & hyperico ad manus sint, plus præstantia, quàm apium; proinde hujus succo carere possumus.

Amygdala) Scilicet celebria sunt semina 4 frigida majora, aliqualiter diuresin moventia; ita & amygdalæ amaræ, si quid in potatoribus præstant, perrarem id erit, quin potus præstantior in tali casu erit ∽ ⊖ ✱ci, præservans à crapula.

Violarum semen) Ad hæc his seminibus præferendum est semen violarum meritò, quod egregium est nephro-catharcticum. Etenim curavi ante quadriennium mulierem ex calculo suppressionem ⊡æ ad aliquot dies patientem, cui circa finem diei decimi dabam Emulsionem seminis violarum, & ecce! ab hujus usu cœpit ⊡am emittere, utut cum insultu epileptico, hincque ejus usu restituebatur: tandem verò post aliquot septimanas recidivam incidens peribat. Modus præscribendi potest esse talis:

℞. *Sem. viol* ℥iij ad ℥ß.
adde, si placet,
sem. lathosp. ℥j.
Fiat cum s. q. ▽*a fragorum* Emulsio:
adde
▽*a cinnam.* (propter stomachum) ℥iij.
Lapill. percar. pulveris. ℥ß ad ℥j.
D. S.

Eröffnende harntreibende Milch.

Hæ vero Emulsiones saltem usurpantur pro scopo temperandi ⊡æ acrimoniam, non verò laxandi vias urinarias.

℞ca vero & id genus) Interdum contra nephritidem adhibetur oleum amygdalarum dulcium, non pro scopo laxandi vias calculi; ceu quidem vulgus sibi persuadet, sed temperandi urinæ acrimoniam; contrà externè pro sistendis doloribus nephriticis optimum est petroleum album, cum oleo papaveris vel hyoscyami expressis mistum: v. g. pro scopo anodyno-nephritico:

℞. *petrolei albi* ℥iij
℞ *papav. expr.* ℥iß.
hyoscyam. expr. ℥ß.
M. F. Linimentum.

Pro scopo anodyno-nephritico externè adhibendum; Conf. *PANAROLLUS*, ex quo Petrolei efficaciam didici.

Petroselini folia) Hoc parum in recessu habet.

Magisterium) Magisterium Mynsichthii elumbie est.

Sisarum) Cum non in usu sit, tacendo prætereo.

Asparagique suspectos) Subinnuit hic *HELMONTIUM*, qui in se ipso expertus est asparagi noxam, levatam tamen per semen dauci potui ordinariò incoctum. Et sane ex usu asparagi urina redditur fœtida, & hujus mistura resolvitur, quod argumento est, corrupto sic fermento renum, lithiasi ansam præbere.

Raphanum utrumque) Raphanus est vel orbicularis vel rusticanus: Raphanus rusticanus sale volatili acri & penetrante est imprægnatus, reliquum corpus iners & nullius pretii est; hinc illius ratione incidit viscida, serum ⊡arium acuit, renes stimulando calculum promovet, fermentando cum viscido flatus generat: quin imò acrimonia ejus succi in tantum interdum irritat stomachum, ut etiam vomitum excitet; Unde sub usu communi esculento Sal commune additur, ut figatur ejus vis emetica in sale acri fundata. Eo ipso, quô mucum glutinosum incidit, ejusdemque per os rejectioni confert, sive ex stomacho, sive ex pectore eliminandus venit. Succus expressus, cum paulo saccharo cando attemperatus, pro usu hoc intussi & asthmate humido pituitoso multùm præstat. Ad calculum pellendum, & ad ⊡am fortiter ciendam, Timæus à Güldenklee:

℞. *succi raphani rec. expr.* cochl. ij.
Vini Hispan. cochl. jv. l. v.

Misceat, & validissimum calculos expellendi pharmacum, retentionique ⊡æ violentissimum asserit.

Quidam raphano excavato crocum adjiciunt, & ita succum colligunt, quem ipsum in calculo, ⊡æ retentione à difficultate, ob crassum, viscidum & glutinosum humorem, meatum obstruentem, usurpant.

Raphani rusticani radix Sale singulariter volatili & acri, quale aliàs in scorbuticis deprehenditur, singulariter turget: ratione cujus tàm acidum scorbuticum, quàm hypochondriacum corrigere, mediante ⊡a copiosiore evacuare, renes à sabulo purificare assolet. Vino Rhenano radix infusa potens est diureticum: eodem modo cum radice helenii infusa, mirabiliter stomacho convenit, cruditatem viscidam absumendo, hinc natam salivam glutinosam attenuando, & appetitum egregiè revocando.

Cynosbati fructum) Cynosbati fructus vi diuretica in usu sunt, præsertim arilli, exque his expressum ℞ egregium diureticum est. Præterea fructus hi exsiccati, ex emptis arillis, egregii sunt in soda seu stomachi ardore compescendo.

E Fabaceis, pag. 410.) Fabarum stipites calcinati dant sal salsum diureticum egregium. ▽ florum fabarum inservit mulieribus pro usu cosmetico: sicut farina earum pro scopo discutiendi & resolvendi tumores glandulosarum partium non inflammatos, quæ cum aceto instar cataplasmatis imposita proficua est.

Linariam) Hæc decantata est pro doloribus hæmorrhoidalibus, prostatque hic Unguentum de linaria *Hartmanni in Pr. Chym.* Cujusdam taurum hoc euporisto lucrantis descriptio habetur in *HORSTIO l. 4. Observ.* 50. & laudatur illud ab *HOEFERO in Herc.* Med. Internè loco linariæ nobis sufficere potest liquor ex floribus verbasci, vel hyoscyami capitulis contussis, & in cucurbita putrefactis, hinc involvendo vas continens massæ panis in clibano coctis, paratus; cum si emergat liquor insigniter anodynus, & tam

tàm in arthritide, quam in hæmorrhoidibus proficuus.

Dipsacum) Dipsacum non amplius in usu est.

Betula) Hujus succus non saltem est nobilissimum diureticum, & præservativum lithiaseos, annotante *HELMONTIO cap. 1. Th. 24. de Lithiasi*, ac Anglis testantibus curativum nephritidis; sed & craseos M. Seæ scorbuticæ purificativum, adeoque in scabie ferina proficuum, sicut aliquod exempla scabiosorum, curatorum hujus usu novi. Hinc in scorbuto pro scopo temperandi & corrigendi massam sanguineam & per urinam evacuandam est egregium. Cæterum succi hujus ∽ destillatus nil prodest; etenim ▽ elementaris prodit, contra remanet post destillationem parum, & vix ex mensura, succi ℥j gummatis, in quo primaria residet vis antinephritica præservativa. Succus betulæ coralliis affusus, si aliquandiu stet, rubescit & acescit, adeoque corallia rodit. Idem succus, *notante HELMONTIO*, ex superioribus ramis collectus præstantior est præ eo, qui ex trunco colligitur: interim usus ejus consistit in hoc, ut instar acidularum gradatim potetur, dosin quotidie augendo. Angli imprimis hoc utuntur liquore.

Cerevisiam, pag. 411.) *HELMONTIUS* docet parare cerevisiam medicatam antinephriticam ex succo betulæ cum semine dauci; & sanè potum hunc egregium contra *AUTOREM* æstimo magni, & novi exempla præter *BOYLEUM in Philos. Experimentali* hujus usu levatorum & præservatorum: sic idem succus per se fermentatus, dilutus in potu, haud in congruum antinephriticum est, quod sanè plus habet in recessu.

Nephritico ligno) Hoc ab effectu ita dictum hodie est rari usus: & cum sit illud de Fraxinorum genere, loco ejus ex India occidentali petendi, sufficiet nobis Occidentalis fraxinus nostras. Cæterum, quemadmodum color ℞æ ligni nephritici est instabilis (cùm si ejus M. j grosso modo incisi ▽æ aliquot Unciis infundatur, vasque inter oculum & lumen ponatur, appareat ℞ coloris ☉ei; contrà si idem vas ita à luce obturetur, ut hoc inter & lucem oculus tuus sit, tunc comparebit coloris cærulei) ita & effectus ejusdem est incertus: Conf. *HOFFMANNI Clav. pag.* 510. *& seqq.*

Volatico musci clavati semine) Lycopodium seu muscus clavatus terrestris, præter alios usus, continet saltem farinam flavam æstivo tempore (♃ *vegetabile* aliàs dictum ex eo, quòd levi △is attactu accendatur & strepitum edat) quæ non est semen illius verum, cum hoc figuræ semilunaris in floribus, clavis similibus, contineatur; simileque ♃ habent juli corylini, item strobili pini juniores. Cæterum illud ♃ lycopodii & inter diuretica numeratur; & verum est, pro scopo curandi infantes epilepticos id mirificè præstare; imo ischuriam quoque eorum tollere, nec non ipsorum epilepsiam & hecticam mirificè sedare: sicut etiam externè in vulneribus, dictis manantibus, intertriginibus insperfum mederi. Interim tamen coryli ♃ optimum est, post hoc lycopodii, dandum ℈ß ad gr. xv. Confer. M. A. N. C. *anno 3 Obs.* 15. hocque D.D. *GANZLAND* vocavit das Kinderpulver / propter usum in epilepsia & morbis infantum.

Cynosbati fungi) *AUTOR noster* hic Schlaffungen / in quibus latent vermiculi somniferi: ex fungis autem ipsis *HARTMANNUS* ∽ m & essentiam parat; quæ tamen nihil in recessu habent.

TITULUS XI.
DE
DIURETICIS ANIMALIBUS.

D*iureticis in insectis, pag.* 412.) Scil. ut quælibet insecta sunt potentissima diuretica; ita cantharides, aselli, scarabæorum totus exercitus, & lumbrici, scatent sale volatili ☉oso, in quo vis diuretica consistit. Nihilominus *AUTOR* principium facit à cancris fluviatilibus, præsertim lapillis.

Cancrorum lapilli) Totus cancer est egregiè medicamentosus, & lapilli, chelæ, crustæque ejusdem sunt omnia naturæ, præsertim cum ex lapillis in lac resolutis novæ chelæ regenerentur: Adhæc Anglis in usu est *pulvis* ♃*ans* ex chelis cancrorum marinorum majorum. Interim instar omnium sufficere nobis possunt lapilli cancrorum nostratium quivis, sive ex coctis, sive non coctis cancris desumpti, iique saltem pulverisati; quippe qui pulvis attestantibus *actis Hoffniensium pag.* 240. Præparatis anteponendus. Sic & totus cancer in pulverem redactus pro scopo diuretico valet contra abortum instantem, & rabiem caninam curandam: nempe

℞. ♃*ri* in plenilun. collecti:

Ex his contusis in ℳ elicitur phlegma, quo in substantiam siccam pulverisabilem redigi queant; ita ♃ hic à ℈j ad ℥ß usque ad ʒj datus, conducit pro diuretico, abortum præservativo, & rabiem caninam curante remedio: cui & addi potest laudani opiati aliquid in casu dolorum nephriticorum: vid. *POTERIUS.*

Magisterio) Præferuntur etiam cancri, horumque chelæ & lapilli, *Magisterio*: Quælibet enim cancrorum magisteria, quæ fiunt corrosione cum ∽ibus acidis, & cum alcalibus ♃atione hincque extra corpus saturata inefficacia erunt in corpus assumpta, in quo nil absorbent, & scopo diuretico frustrantur.

Per ∽*um* ☉*i*) Magisterium lapillorum cancrorum per ∽ ☉, abstractionem paratum, remanet ⊖ium, adeoque magis diaphoreticum, quàm diureticum.

In Pleuritide, pag. 413.) Lapilli cancrorum in hac & febribus intermittentibus tantum præstat, quantum ossa lucii piscis, cum quibus & ♃e optimi sunt; quodvis acidum p. n. in primis viis absorbent, sicque fiunt ⊡osi, hinc egregiè diuretici.

Solutionibus cum aceti) Scil. lapilli cancrorum commodissimè pro scopo diuretico & sangvinis grumosi dissolutivo, adeoque in pleuritide & febrium intermittentium ardore corrigendo, propinantur cum aceto: interim tamen iidem non penitus ab eodem dissolvantur & saturentur, sed saltem quodammodo aperiantur, assumendo v. g. pro ʒij aceti vino lapillorum 69rum ʒß; hac enim ratione emergit acetum ⊡osum amaricans, diureticum & diaphoreticum.

Vicinis acoribus) Lapilli cancrorum assumpti quodvis acidum in primis viis absorbendo fiunt ⊖si & diuretici.

Cum ♁ ♃*i*) Sunt, qui cum lapidibus ♋, affundendo ♁ ♃i p. d. & hinc coagulatum ▽ extrahendo & abstrahendo, parant ♁ *diureticum*: de quo vid. *SCHROE-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1214-6 DFG

SCHROEDERVS in Phärm. l. 5. pag. 326. & HARTMANNI Praxis Chimiatrica.

Cum ~u ⊖is) Sunt qui lapides 69 in ~u ⊖is vel ☾li Philosophico solventes, solutionem coagulant, quam in cella per deliquium resolutam sub nomine *liquoris nephritici* circumferunt: Verùm cùm dicti ~ per se sint diuretici, non opus erit tali combinatione; Interim, si loco aceti lapillis 69 pulverisatis parum ~ ⊖is addatur, emergit mistura diuretica extemporanea.

Compositos illos lithontripticos nephriticosque liquores) Loco horum lapilli 69rum cum ~u ⊖is assumpti sufficere possunt; ubi coagulum hujus prius p. d. fuerit solutum; utut D. D. *MICHAELIS* & in usu habuerit hoc:

℞. *lapill.* ♋
lap. Judaici
Lazuli
Lync.
Spong.
aquilæ
glaciei
testarum ovorum,
struthio cameli aa. q. v.

Soluta hæc in ♎u ⊖is *decrepitati* coagulavit levi calore, hinc coagulum reposuit in cellam, ut fluxerit.

Carpionum lapides, pag. 414.) Conveniunt in absorbendo acido & cienda ⊡.

Percarum lapides) Hi conveniunt vi & efficacia cum lapillis ♋, saltem, quod specialius pro pellenda ⊡, & pro medendis affectibus urinariis, adhiberi soleant.

Ovorum testas, pag. 414.) Sunt, qui testas ovorum, ex quibus pulli exclusi, majoris æstimant præ aliis, ex quibus non sunt exclusi; quod tamen, an hinc vis alcalina fuerit aucta, in medio relinquo.

Manati lapidem) De hoc Manati præcetetis videndus est *WORMIVS in Musæo pag. 58.* sed lapis Manatii dictus ex capite carchariæ piscis oritur, non secus ac lapis Tuberonum dictus, item Glossa petræ: vid. *BECCHERVS in Physic. Subterr. l. 1 pag. 566.* Lapides hi ejusdem sunt usus, atque alias similes Marinorum lapides, & iisdem effectibus pollent, quibus supra lapides cancrorum extulimus.

Struthionis ova) Horum testæ parem cum nostrarum gallinarum testis habent efficaciam; maximè testæ ovorum columbarum in Martio, contra variolas & morbillos prosunt.

Butyrum) Hujus descriptionem vid. in *SACHSII Gammarologia pag. 821. & 828.* Mulierculæ id commendant pro phthisi: ast in confirmata parum præstat.

~um) ▽am cancrorum fluviatilium *POTERIVS* commendat contra rabiem caninam: ast huic præfero D. D. *MICHAELIS* encheiresin, qui miscendo part. ij hujus ▽æ, cum parte j misturæ simplicis, demorsis à canerabido medicatus est. Aliàs cancri fluviatiles destillati exhibent

1. *Phlegma,*
2. *~um* ⊡*osum,*
3. Parum ⊖*is volatilis oleosi,*
4. *Oleum fœtidum,*
5. ☿, quod affusa ▽ instar ♆æ effervescit.

Aliàs toti cancri de ⊖e volatili alcalino temperatissimo participantes, ratione hujus & vi vulneraria & diuretica pollent.

Cinerem) Cinis ♋rum fluviatilium *GALENO* & Veteribus pro rabie & morsu canum rabidorum curanda, commendatus legitur: Interim pro hoc scopo debilior hic est; quin potius ad imitationem *HENRICI*

℞. *pulv.* ♋ *in* ℳ *calcin.* part. ij.
addatur
myrrhæ,
rad. gent. à pars j.

Hæc invicem mista dosi ʒß ad ʒj propinemus à cane rabido demorsis.

▽*æ cancrorum analeptica, pag. 415.*) Sunt, qui Phthisicis ▽am cancrorum fluviatilium tàm simplicem quam compositam, commendant: ast potiùs his decoctum cancrorum præferatur.

In Ophthalmicis) Insinuat hic *AVTOR* egregiam illam ▽am, ex cancris fluviatilibus & herba chelidonii recenti constantem, quam habet *CROLLIVS*, & adhuc perfectius *MYNSICHTHIVS pag. 269.* conducentem in inflammationibus, vulneribus, ulceribus & pustulis oculorum. Equidem concedo, chelidonium per se esse ophthalmicum, cum *BURRHVS* hâc ipsa deperditas quoque oculi liquores restituere asserat: Interim tamen ante biennium destillavi ex cancris putrefactis phlegma & ⊖ volatile; quorum illud in oculorum affectibus, nempe doloribus & inflammationibus, perquam efficax deprehendi.

Galaturas,) I. e. mucilagines seminis cydoniorum aut ptyllii cum ▽ cancrorum vel spermatis ranarum factæ polychrestæ sunt in oculorum affectibus.

Oculorum in vino,) Scil. lapilli cancrorum interme cum aceto vel vino propinati non tantùm in oculorum vulneribus, sed & aliarum partium sunt egregii, v. g.

℞. ▽ *hyssop.* ℥ij,
menth. ℥ß,
✠*ti vini* ℥ß ad ℥ij,
ocul ♋ *præp.* ℈ij ad ʒj,
Syrup. hyssopi ʒiij.

M. f. *Potio*, pro una vel duabus dosibus in casibus Chirurgicis propinandus.

Pro diuretico Decocto) Intelligit hic *AVTOR noster POTERIVM & MYNSICHTIVM*, quorum *ille in Pharm.* habet Decocta diuretico-nephritica & vulneraria, quæ præter alia ingrediuntur cancri fluviat. In substantia contussi, & rectè; contrà *MYNSICHTHIVS* lapillos cancrorum huc trahit, eosq; decoquit, & in ☿ traumatica infundit, sed malè; quia nec in decocto, nec in infuso, aliquid de se dimittunt, adeoque illum potiùs sequemur.

E Morsulis) Morsuli scil. ex carne cancrorum fluviatilium, mustelarum & cochlearum, à quibusdam in phthisi præscribuntur, sed vanè: Ex hisce ergò cancrinis eligit *AVTOR* pulverem cancrinum, &, pulverem lapidum cancrorum solummodo pulverisatorum.

Leporis siccatus cruor & cinis, pag. 416.) Pro scopo diuretico commendantur, sed frustrà.

Troglotides) Hujus pulvis assumptus commendatur à quibusdam in calculo renum, sed falso.

⊡ *hirci embryonis*) Innuit *AVTOR noster HELMONTIVM.*

Stercoris columbini) Hoc perquam ☉osum spontè in ♎re efflorescit in ☉: Hinc & ex eodem ritè calcinato potens sal diureticum ⊖sum acquiri potest: interim tamen in ▽ infusum illud parum præstat, nisi potius in vino maceratum exprimatur.

Vesiculas, quæ in calamis scriptoriis) Pennæ combustæ, quia operantur ratione ⊖is volatilis ☾is, proinde verisimile est, & vesiculas calamorum hunc habere usum: sed hoc remedium non est adeò insigne.

Lapides non solùm in apri bovisque, sed homines quoque vesicæ reperti, pag. 417.) Hi, speciatim humani, præter vim diaphoreticam, diuretica nonnullis commendantur; nec id immeritò: sunt enim concretum tertium ⊖sum, ex sale urinæ volatili & acido stomachali oberrante, coagulatum; sicut anatomen calculi humani hanc docet *TACCHENIUS in Hipp. Chym. cap.* 14. utut autem suo modo verum sit, pulverisatum calculum humanum ⊡am pellere, si assumetur; tamen superstitio est, quando dicitur: proprios calculos devoratos præservare ab ulteriore eorum generatione, cùm præservativè & curativè parum aut nihil ii præstent, licèt ⊡am pellant.

Ludum) *PARACELSUS* hunc commendat ceu singulare contra calculum, tàm præservativè quam curativè; hincque suum Arops facit per idem. Interim varia sub Ludi nomine intelligunt Autores: alii nempe lapidem humanum; alii alium lapidem; *HELMONTIUS Tr. de Lithiasi, cap.* 7. *Th.* 23. nomine illo insignit speciem lapidis calcarii, prope littora Schelot reperibilis.

Calcinationem) Quemadmodum alii ex calculo humano plura parant remedia, de quibus confer. *SCHROEDERUS, l.* 5. ita quoque ludum ipsum calcinatum, & p. d. solutum, cum ♈ extrahendum jubet; ubi tamen ∽ ⊡æ omnia eà præstat præservativè & curativè, quæ aliàs ex calculo humano expectantur. Solutio cum acidis nil valet; vis enim destruitur & plus imminuitur, quam promovetur.

Tincturam) Certè si in Ens primum hic calculus humanus solvatur, est summum remedium. *PARACELSI* autem ℞ *ludi* paratur ex *lapide propè Antvverpiam reperto*, variis striis contexto.

Cantarelli) Scil. Scarabæi omnes conspirant suo modo cum cantharidibus interno & externo usu: ac quidem externè cantharides sunt vesicantes; interne autem urinam cientes, sale enim volatili caustico turgent. Cæterùm omnes inter eminent cantarelli Italorum, sive scarabæi unctuosi Latinis denominati, quòd attactu sui liquorem unctuosum acrem, fortiterque olentem emittant, Germ. die Mäyenhöffer. Atque liquorem hunc vomitus, secessus, atque urinam movendo, chronicos, nephriticos, atque arthriticos affectus curare, *GLAUBERUS* affirmat; cùm tamen per se semper ⊡am moveat: Conferatur *BORELLUS Cent.* 4. *Observ.* 97. quia dicit: hoc nomine liquorem hunc ad lithiasin & podagram esse commendatum; etiam fascinationem curare creditur. Interim loco cantarellorum *AUTOR noster* scorpiones eligit, quorum ℞ *simplex ritè paratum* extra in usu est pro movenda urinæ suppressione, calculo, &c. illitum renibus. Equidem sunt, qui pulverem scorpionum, tàm mortuorum quàm calcinatorum, usurpant internè pro scopo diuretico & calculi stimulativo: interim rarissimi ambo sunt usus; potius in suppressione ⊡æ vitio vesicæ præscribatur ℞ scorpionum taliter.

℞. *unguent. de Althæa* ℥ß.
℞ *scorpion.* ℥ij.
Misc.

Illinatur pubi & pectini. Sit pro renibus linimentum contra ⊡æ suppressionem:

℞. *unguent. de alth.* ℥iij
℞ *scorpion.* ℥ij
dest. terebinth. ℥j.
Misc. *pro Linimento.*

Vel denique;

℞. *petrol. albi* ℥iij.
℞ *scorp.* ℥ij.
destillat. bacc. junip. l. *terebinth.* ℥j.

Misc. pro *litu blando* in affectibus renum nephriticis.

Ocyma vernæ cantare pag., 418.) Insinuat *AUTOR noster* hisce vulgarem istam traditionem, qua ex semine aut herba ocymi contrita, & radiis ☉aribus exposita, scorpiones generari putatur; quod tamen falsum est, licet contrarium asserant *HOEFERUS*, *HELMONTIUS*, & D. *MICHAELIS*.

Asellos) Hi vulgò præparantur cum ∽u ⊖is, ast malè; cùm sic ab acido istius generoso illi castrentur; quin potius recipiatur illorum ℥ß ad ℥j, qui macerati in vino Rhenano contundantur & conquassentur, hinc exprimantur & expressus liquor hauriatur; ita vi diuretica singulari, præsertim in calculo vesicæ, quem attrivisse observatum est, conducit, (non secus quoque in asthmate convulsivo æque ac humoroso) Conferatur *LAURÆMBERGII Scriptum de calculo vesicæ* in quo se ipsum per asellos curatum fatetur; item *SENNERTUS l.* 5. *Prax. de calculo vesicæ pag.* 84. quo loco usum asellorum per experientiam confirmatum ex *HORATIO AUGENIO* habet, non secus, atque quoque *LINDANUS in Colleg. supra Prax. Chym. Hartmanni* confirmat, se bis curasse calculum vesicæ, resolvendo mediantibus asellis; contrà iidem aselli in fortiore concreto vesicæ calculoso invalidi sunt: Interim calculo per accidens conferunt, absente scil. ureterum crispatura; ex dolore enim renum convelluntur spasmo ureteres, hinc interdum urinæ secretio suspenditur; item parvus calculus in transitu intercipitur, in qua crispatura pellentia omnia in vanum adhibentur, cùm aliàs dolores exasperentur. Cæterùm, cùm acres sint aselli, hinc in delicatis angustias præcordiorum solent ciere, ob quem metum vix & pulvis illorum est in usu. Aliàs ℞ infusionis confert ad dolores hæmorrhoidum.

E Cantharidibus magisterium pag. 419.) Cantharides sunt potentissimum adeò diureticum, ut & vesicam exulcerando mictum cruentum inducant: interim vereor, nè in magisterio cantharidum Dni. *AUTORIS* à Spiritu acido nitri & alcali ♈i, inversa eorundèm texturâ, vis cantharidum destruatur; indeque potius loco illius magisterii commendo *essentiam ex cantharidibus* cum Tinctura tartari paratam, quam habet *WILLISIUS Pharm. Rat. pag.* 154. vel & infusum cantharidum non in concinnum, quod tradit *BARTHOLINUS Cent.* 5. *Hist. Anat.* 82. *pag.* 106. & *Cent.* 4. *Epist.* 21. *pag.* 93. *Epist.* 53. *pag.* 343. *Epist.* 54. *pag.* 346. & *Epist.* 65. *pag.* 400. quibus jungantur & *M. A. N. C. Ann.* 1. *Observ.* 133. *pag.* 296. Atque hæc tuta sunt remedia. Quod si verò præter spem superveniret mictus cruentus, tunc huic convenire potest uberior haustus lactis, præcipuè cum ⊖e ♈i impræguatus.

Empla

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1216-8 DFG

Emplastrum) Notum est, quòd usus specialissimus & frequentissimus sit cantharidum externus pro scopo vesicandi; hinc basin fere constituunt Emplastrorum vesicatoriorum, quæ, quo sunt simpliciora respectu compositionis, eò magis præsentanei effectus: atque tale est quod proponit hic *AVTOR*, pro quo, si magis extemporaneum adhuc expectatur.

℞. *Emplastr. albi camphor.* part. iij,
pulver. cantharid. part. j. M.

Aut si magis correctum, aut artificiosum exoptetur, sumatur illud, quod habet *SCHROEDERVS lib. 2. cap. 53. pag.* 201. quodque recensetur quoque ab *HORSTIO* in Observ. lib. 4. Quod si autem mitius adhuc procedere velimus in delicatis, tunc pro scopo rubificandi adhibeatur saltem Sinapi vulgare; v. g.

℞. *Sinapi pulveris.* q. s.

Contusum misceatur cum ∇ in consistentiam pultis, admovendo carnis manuum aut nuchæ & similibus locis; ita rubefacit blandè cutim, aut in tenerioribus vesicas excitat.

In doloribus à colluvie serosa) Dolores artuum vagi & fixi scorbutici, orti à colluvie serosa, difficillimæ sunt curationis, & tractantur hinc per frictionem, nunc cum ♃eis ∽ibus, nunc volatilibus; hic ratione resoluta lymphâ, dolor non rarò cessat: interim si illæ non sufficiant, applicari solent fonticuli: quibus tamen omnibus præferenda est vesica in pedum supra & infra genu parte interna, in nucha, imò & interdum præsentibus doloribus podagricis acerbioribus in talo excitata.

Successivus humorum fluor, pag. 420.) Scilicet hæc est inscitia & inertia Chirurgorum, ut vesicæ semel excitatæ mox applicent vel folia brassicæ, vel emplastrum de spermate ranarum; cùm tamen non rarò diutius servandæ sint apertæ, & ego in infante ultra mensem hoc ita præstiterim. Cæterum hoc fit optimè, si quartæ parti emplastri vesicatorii combinetur vel emplastrum spermatis ranarum, de cerussa, vel ℔inum aliud: Nam uti per hæc consolidatur denuò vesica, ita cum emplastro de cantharidibus impregnata, sine dolore & inflammatione per plures dies & septimanas apertæ servari possunt.

Circa ductus ⊙arios noxam) Vesicatoria externa interdum quoque mictum cruentum excitasse patet ex *SENNERTO*: Interim rarissima hæc sunt.

De interno frigidorum stimulo, pag. 421.) Sunt, qui inter remedia ♀ea pulverem cantharidum commendant: ast minus tutò; cùm sic egregiè debilitentur bellatores, & referat *SALMUTH*, senem, juvenculam ducentem, ex abusu ♀is, usu hujus pulveris excitatæ, tertia nuptiarum die membro erecto mortuum repertum esse.

Num caput, alæ, atque pedes) Litigium hoc est de lana caprina, cùm quælibet pars in cantharidibus excitet vesicas; Unde sumi poterunt integræ, alæ enim parum in recessu habent, caput etiam insons est.

Lumbrici) Hos quidem damnat *AVTOR*: interim ego laude afficiendos puto. Origo condemnationis ab *AVTORE* factæ videtur esse, quod ipse destitutus sit modò alcalinum ∽um lumbricorum parandi, qui tamen fit, recipiendo lumbricos vivos, & eos coacervando in vase vitreo amplo bene clauso; sic successive putrescendo in liquorem urinosum fœtidum abeunt, pelliculis supernatantibus: hinc liquor decantatus destilletur, sic acquiritur post phlegma ∽ ⊡osissimus, rectificatione intercedente, proficuus interne pro scopo diuretico & antiscorbutico: sicut & externe in doloribus artuum vagis pariter, ac fixis lancinantibus. Adeò ergò magni is est æstimandus, præsertim cùm & D. D. *MICHAELIS* mediante hoc & ∽u C. C. essentiam suam arthriticam paraverit, præmissis præmittendis contra arthritidem vagam egregiam. Cæteroquin dosis illius ∽ est à ʒß ad ʒj, sicut externe cum ∇ articulari ad extra ana calide artubus affricari is poterit.

Expresso succo) Sunt, qui lumbricos cum lacte contusos in succum exprimunt, scorbuticis, arthritide vagâ laborantibus, proficuum: Interim hoc, utut bonum sit in se remedium, est tamen crassum nimis & horridum.

Absque præparatorum perlevi pulvere,) Sunt, qui lumbricos in ℳ exsiccatos & pulverisatos in Ictero, cachexiis & dysenteria commendant: interim remedium hoc, sicut nec magisterium eorum, magni est æstimandum.

Lumbricorum infusione) Sunt, qui lumbricis ∽ui vini infundunt, digerunt, & crebriùs cohobant; quâ ratione & ∽um pro usu externo satis, pro interno autem minus efficacem, acquirunt.

Oleum pag. 422.) Lumbrici putrefacti destillati dant multum ∽, recentes destillati verò parum ∽, & ☌ei multum. Tandem adhuc duplex ex iis prostat oleum; quorum prius fit per infusionem eorum & coctionem in ☌ communi; alterum verò per pistationem in furno pistorio: Illud insinuat *AVTOR noster*, commendando id in doloribus, luxationibus, contusionibus, & suffusionibus artuum & articulorum; quod & alii additione ☌eorum nervinorum redigunt in oleum compositum ex tempore parandum. Hoc per pistationem fit, quando lumbrici aliquandiu putrefacti unà cum vase vitreo continente massa panis incrustantur, & in furno pistorio coquuntur; ita in liquorem crassum, flavum & oleosum facessunt, qui filtratus & externe illitus antipodagricus est, & dolorum lancinantium sedativus, interne autem rari usus.

Bufones, pag. 423.) Hi sunt potenter diuretici ex alimento; vescuntur enim parvis muscis nitrosis de genere cantarellorum, quos suspensi è stomacho (quod insignius habent) vomitu rejiciunt: atque hinc beneficio pulveris bufonum, testibus *SOLENANDRO* & *WIERO*, hydropes curati fuerunt.

Sal quodvis) Cæterùm præter simplicem pulverem exhibent bufones duplex ⊖: volatile & fixum: quorum illud destillatione tàm ex crudis quàm putrefactis bufonibus prodit; fixum verò ex vivis calcinatis, licet parum illius acquiratur: Atque hoc ipso novi amicum jocosum, febres intermittentes curasse exhibendo illud ante paroxysmum, ubi sanè vi alcalinâ auxilium tulit. Tandem curiosum est, bufones vivos ⊙o fuso injectos intumescentes disrumpi, magno cum crepitu. Aliàs *PETRVS JOHANNES FABER, cap. de peste* commendat & sal bufonum mirè pro usu antipestifero: loco cujus tamen egò potius commendo

mendo eorum ⊖ volatile, utut nec hoc præ aliis animalium ⊖ibus præferentiam obtineat; aut magis adhuc bufones ipsos pro amuleto appensos.

TITULUS XII.
DE
DIURETICIS MINERALIBUS.

Nitro) Nitrum est ⊖ salsum duplicatum, constans materialiter ex sale volatili oleoso & ∽u ♎ris acido universali: & quidem ⊖ volatile ♁sum obtinet ex excrementis animalium, nempe stercoribus & ⊡; quibus se sociat sal universale hermeticum ex ♎re, indeque ex his duobus concretum ☉i novum emergit. Hoc autem, quando tractatur cum ♃e, tunc hujus incensione ∽ ☉i acidus universalis auras repetit, & alcali colliquatum cum acido ♃is aut carbonum, figitur in ⊖ fixum. Est sal inflammabile amaricans ☉; quale etiam artificialiter producitur ex ∽u ☉i ♃eo acido, affuso sali volatili vel sali fixo; ita semper ☉ perfectè regeneratum inflammabile amaricans habebimus.

Niliaco) Genuinum Veterum ☉ vix reperitur, nisi in Ægypto circa confinia Nili, quo in loco integræ stiriæ efflorescunt ceu flores, nunc rubescentes, nunc blande cæruleſcentes.

Murario) ☉ murarium alias dicitur *aphronitrum* seu flos nitri, estque lanugo illa, quæ ex muris efflorescere conspicitur; cujus origo dependet ex ♆a, cum qua muri constructi, quippe in illa latet alcali cum mediocri acido, quorum illud saturatum ab acido ♎ris, Sal in ☉ compingit.

Selectiores primoresve Stirias,) Eligit Autor stirias puriores: scil. in ▽ ☉ solvitur, & inspissatione blandâ coagulatur; tunc ex prima coagulatione colligendæ stiriæ pro usu interno. Nam, quò sæpius solutio evaporatur, eò magis de sale heterogeneo participat; quod, utut plurimi ex animalium excrementis derivent, & ex ⊖e esculento quo quotidiè utimur, & quod ferè immutatum excernitur oriri asserunt; hoc ipsum sal est, quod ☉i refinatores den Schalck vocant: altiorem tamen originem habere non immeritò asserit *ERKERUS in Aula subterr. pag. 326. & 330.* qui potius unà cum nitro ex ⊖e terræ centrali generari, statuit.

Depurationibus pag. 424.) Optima ☉i depuratio est, quando id solvitur in lixivio ♃i vel alio acri, hinc solutio ebulliendo evaporetur & coaguletur; sic enim omne sal peregrinum per alcali illud separatur, & ☉ purissimum emergit: Confer. *TACCHENIUS Hipp. Chym.* & *HORSTIUS in Problemat. Medicis.*

Rosaceam) Sunt, qui ☉ cum ▽ rosarum depurant; ast cui bono hæc perditio?

Flores) *Flores ☉i habet MYNSICHTHIUS pag. 26.* ejusdem sunt cum ☉o ipso naturæ.

Cum ♃e) Nitrum fixatum cum ♃e parum valet, utut illud sub lapidis prunellæ nomine commendetur: quando enim ☉o fuso ingeritur ♃, tunc sub incensione hujus ingens ☉i subtilioris substantiæ portio avolat, hincque, quod remanet sub lapidis prunellæ nomine, est sal salsum semialcalisatum, nullius usus existens, eique ☉ per se depuratum præferendum. Ut taceam, ejusdem notæ nitrum fixum ex ♂ii diaphoretici confectione parari posse: nempe liquor per filtrum separatus inspissatur ad cuticulam, & sic prima secundaque crystallisatione ☉ elegans acquiritur; quod autem post tertiam vel quartam coagulationem concrescit, est ☉ compositum, ex ☉ partim puro, partim alcalisato nonnihil; & sic ejusdem cum lapide prunellæ virtutis.

Solutionibus ♄ni ☉atis) ☉ ♄satum non adeò multum valet, quin saccharum ♄ni cum ☉o junctum abundè sufficiat.

Nitrum ♂iale aperitivum, pag. 425) Hujus descriptionem habet *ZWELFFERUS Mant. Sp. pag. 405.* loco cujus tamen ex tempore ⊕lum ♂is cum ☉o mixtum sufficere potest.

Nitrum tinctum) Optimè fit juxta *ZWELFFERUM in Mant. Spag.* per succos myrtillorum aut cerasorum per residentiam depuratos, solvendo id, dein solutionem evaporando; ita ☉ coit in crystallos quidem egregiè cubicundos, in se tamen nihil aut parum hac ratione exaltatos, sed est saltem palliatio externa. ☉ cum succo berberum insuccatum vid. in M. A. N. C. *ann. 6. & 7. in append. pag. 171.*

In ♃strenuitatem) Scil. *HELMONTIUS* dicit: si ☉ figi & converti in ♃am insipidam possit, emergere inde egregium remedium. Jam verò fit hoc per ♃a metallica inflammabilia, v. g. in ♂ii diaphoretici ♂ialis præparatione ☉ in ♃am mutatur, hincque pondus ☉o accrescit, quia remedia ex metallo cum ☉o præparata in pondere excedunt, quod pondus est ex ☉o in ♃am fixato: Nam insolubile est in ▽; si enim esset corpus salinum, adhuc solveretur.

Nitrum fixum) Scilicet perfecte alcalisatum fit, quando ☉o fuso adjicitur subjectum ♃eum; ita hoc deflagrando exhaurit ∽um ☉i acidum; contra ♃is incensi acidum pingue cum alcali ☉i volatile colliquatur in ☉ fixum, ut adeoque ☉ figi possit, vel per ♃ commune, vel per ♂, vel per ♀um, vel per cruores animalium exsiccatos, vel per ♂em, vel per plumas, vel per rasuras cornuum, vel per carbones.

☉o crudiori) Scil. quando edulcoratum est ♂ diaphoreticum, tunc ex lixivio per inspissationem prodit primâ 2da 3tiâ vice perfectum ☉ crystallisatum particulis ♂ialibus imprægnatum; contra post crystallisationes lixivii hujus aliquot peractas, tandem remanet lixivium alcalinum in ☉ non amplius reducibile: Atque hoc saltem est ☉ fixum, scil. quantum ab ♂io de ☉o alcalisatum fuit, remanet; prius non est sufficienter fixatum.

Per carbonum segmentorum pag. 426.) Scilicet nitri cum carbonibus fixationem primus docuit Glauberus: sic pariter procedit cum segmentis, quæ quando comburuntur, simul incensum hinc ☉ alcalisatur.

Post reguli antimonii cementationes vel deflagrationes) Innuit hic *AUTOR* quorundam modum ☉ alcalisatum magis adhuc alcalisandi (sic machen es feurtiger) idque cum regulo ♂ii; scil. miscendo ☉ alcalisatum fusum cum hisce subjectis ♃eis, quæ *AUTOR* nominat, sic namque ab horum ♃e deflagrante magis adhuc colliquescunt ⊖ia in ☉o fixo, acquiriturque hinc acerrimum ☉i ⊖, quod pro universali solvente, nempe liquore alcahest, *GLAUBERUS in miraculo Mundi ejusque Continuatione*, venditat, insinuando simul præter hoc nunc ☉, ∽m ☉i acidum.

Post croci metallorum) Scil. quando ♂ii & ☉i aa funduntur pro croco metallorum, tunc ♃ ♂ ☉ al-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1218-9 DFG

♃ii ☉ alcalisat, hincque ex ▽ abluitionis post inspissationem acquiritur ☉ fixum: sicut &, quando clyssi ♃ati destillantur, tunc semper præter ∽um acidum in receptaculo excipiendum, remanet in fundo retortæ corpus fixum compositum constans ex croco metallorum & ☉o simul alcalisato. Utrumque autem ☾ fixum eligit sibi AUTOR *noster* dosi gr. xv. ad ℈j. exhibendum. Simile autem hoc ☉ fixum est ⊖ibus fixis ♃atis, nempe si calcinata vegetabilia concrematione ♃is alterantur, sic emergit ⊖ salsum loco alcalisati.

Arcanum duplicatum pag. 427.) Arcanum duplicatum seu ☉ ☾latum famosum est, ejusque præparandi modum docent *MYNSICHTVS & SCHROEDERVS.* Cæterum fundamentum illius præparationis hoc est, sc. dum ▽ fortis ex ☉o & ☾lo destillatur, prodit tunc ∽ nitri: caput mortuum hujus ▽ postmodum elixiviatur, & lixivio acquiritur ⊖ istud, quod vocatur *nitrum vitriolatum*: scil. constat ex alcali nitri, quoniam sub destillatione ▽ ∽ nitri prodit solitarius, & relinquit ☉ fixum absorbens acidum vitrioli, & ita fundum petit vitrioli pars metallica, & sic ex lixivio acquiritur ⊖ sal salsum tertium, mediæ naturæ inter ☾ & ☉ existens.

Probè exustum) Hisce AUTOR ostendit errorem ZWELFERI, rejicientis hoc arcanum duplicatum, ceu futile remedium: ast male quia ipse non ritè præparavit: scil. ⊕ ▽ ante elixiviationem nitri vitriolati probè adhuc in crucibulo calcinatur, idque tamdiu, donec ⊖ exinde extractum nullum amplius virorem (quod aliàs vestigium veneris adhuc adhærentis est) præ se ferat, & quoad gustum nitrosum amarorem referat, absque ullo vitrioliteo sapore ⊖ hoc bis vel ter elixiviatum, calcinatum, &c. est genuinum ☾ vitriolatum. Cum ergo hoc negligat ZWELFERVS, non mirum est, eundem quoque ☾ vitriolatum rejicere; & quia sic ZWELFERUS indigniter hallucinatur ob neglectum legitimæ præparationis, ipse & omnes ejus vestigiis insistentes, vitriolum vomitivum producunt; hinc non mirum, quare tam nobile aliàs hoc remedium fugiliet: vid. *Dissert. de Corpulent. nimia Capit. 2. Artic. 3. §. 3.*

Aliàs extractum ⊖ vitriolescit) Nempe hoc tunc fit quando alcali nitri non exacte saturaverit acidum vitrioli, hincque hoc non recte saturatum metallicas ♂is aut ♀is partes adhuc detinet, pro quarum separatione vel nova calcination instituenda, vel aliquid liquoris alcalisati, vel salis tartari, vel nitri fixi, affundendum.

E simplici quoque vitrioli) Sc. AUTOR hic in defectu capit mort. ▽ ostendit modũ (fere similem illi, quo TACHENIUS *tartarum vitriolatum* ex alcali *tartari* & *vitriolo* ♂*i* soluti parandũ docet) ex tempore præparandi *arcanum duplicatum*: nempe si *liquor nitri fixi* instillatur in *vitriolum* ♂*i* solutum, hinc ▽ando metallum habebitur ⊖ salsum duplicatum.

Innoxium, pag. 428.) Arcanum duplicatum polychrestum est remedium in quavis febre intermittente, itaque & in ardentibus, in malo hypochondriaco, & speciatim scorbuto, in mensium affectibus, melancholia hypochondriaca, & aliis quibusvis chronicis morbis; imò illud lymphæ vitia & copiam nunc diaphoretica nunc diuretica vi optime corrigit.

In nitro cachectico chalybeato) Si volumus arcano duplicato vitriolum ♂is combinare, fiat id ex tempore in arbitraria proportione; nec adeoque opus erit nova illius cum hac fusione.

Auro supervacuè) Sunt, qui arcanum duplicatum cum auro miscent, injiciendo illi fuso nonnihil sulphuris carbonum, quo ita quadantenus alcalisetur hac ratione, adeoque ☉ additum solvit & absorbet.

☉um colliquatum) Sunt, qui ☾ ☾latum cum ☉io miscendo calcinant, qua ratione ☉ suo modo calcinatum abit in crocum metallorum flavescentem.

▽ *ex ejus solitarii, vel cum manna mixti diluto*) Utraque est inutile remedium; manna enim & ☾ in fundo destillatorii remanentia nihil suggerunt.

Tot clyssiformium) Cum clyssi parentur per ☾, nec deflagrando melius queant fieri, quam si ☾ & ♀ea subjecta tubulatæ retortæ candenti injiciantur, proinde ex omnibus clyssis duo nobis sufficiunt; nempe *acidum* & ☉*osum*; quorum *ille* optime ex sequente ingredientium proportione destillatur:

recipiendo sc.
☾*i part.* iv.
☉*ii* part. ij.
♃is part. ß.

Quæ omnia mista per retortam tubulatam detonatione pellantur in spiritum acidum sulphureum.

Equidem sunt qui ana nitri, ☉ij & sulphuris recipiunt: ast male quia propter sulphuris abundantiam non potest ☾ sufficienter deflagrare, sed mox figitur. ☉*osum clyssum* nomine ∽ carminativi venit & prodit ex ana *tartari* & *nitri*, quibus aliquot ʒiæ *nitri fixi*, vel ⊖*i* ejusdem *fixi*, addantur, v. g. pro part. vj. *tartari* & *nitri*, part. j. ⊖*i fixi*. Hujus dosis est ʒß. ad ʒj. vel solitarie dati, vel aliis misturis addendi; clyssi vero acidi ʒß. ad ʒj. ad ʒiß. instilletur in mensuram semis potus ordinarii. Aliàs solet præscribi quantitas sufficiens pro grato sapore. Acquiritur semper vel ∽ acidus sulphureus, vel ∽ volatilis urinosus. Cum ergo omnes clyssi in his duobus conspirent, non erit inter eos tanta differentia; in capite mortuo tamen pro Ingredientium varietate differentia est.

Per Retortam inferius per foratam p. 429.) Cæterum hic clyssus acidus ex tempore parari potest, si ⊖ tartari nitrosum vel crocus metallorum, vel etiam ☉ diaphoreticum præparentur in ☽ta tubulata, vel etiam communi, inversa tamen & perforata, die auff der Seiten ein Loch hat/ quod potest epistomio firmari; quando nempe ingredientia injiciuntur, aperitur, hinc iterum clauditur, der Bauch kompt oben/ in welchem das Loch seyn muß/ wird also die Retorte umbgekehret sed observandum, ne nimium injiciatur, ut possit mox claudi, aliàs mox evolant ingredientia, vel etiam trirostri demum instrumento detonentur, & rostris receptaculum ingens applicetur; sic namque abiens aliàs in auras ∽ acidus excipi potest.

Loco tantilli, pag. 429.) Scilicet quidam ∽um nitri parant solitariè ingerendo ☾ in retortam tubulatam: sed ∽ acquirunt admodum parum, quia nitrũ fluens parum ∽ suggerit: conf. SCHROEDERUS *l. 3. ubi de spiritu nitri Num. 2. & 4. p. 426.*

Ubi tamen in priori processu parum ∽ acquiritur, ex nitro fluente; contra ex posteriori, sulphure injecto, clyssiformis obtinetur.

Missa nunc arena) Sc. modus communis ∽um nitri conficiendi est, ut ☾ misceatur cum argilla, bolo, ♃ sigillata, ∴, farina laterum, &c. & ita per se, vel in globulos formatum, forti igne destillatur: interim modum hunc rejicit AUTOR *noster*, insistens hac in parte vestigiis ZWELFERI *in Animadvers. pag. 425.* ob hanc rationem; quod subjecta illa siticulosa addita,

dita, multum de acido nitri spiritus absorbeant; quod & verum est. Ast ne hoc fiat, & plurimum ☍ amittatur, circa finem destillationis detur △ reverberii; hoc enim pacto impeditur ista absorptio, & nihil remanebit ☍ in subjectis illis additis. Sed notandum est: quod ubi adhuc omnia fervent, auferatur receptaculum cum spiritu prodeunte; sic enim hic acrior acquiritur, à secus ☍ magna pars refrigeratione retrogreditur in caput mort. & caput mort. de novo impregnat. Interim multum de nitri spiritu in capit mort. hæret, imo ☉ri libero expositum ob magnetem nitri retentum animatur de novo in nitro, ut novum spiritum nitri suggerat.

Cum aluminis crudi duplo pag. 430.) Autor nitrũ cum aluminis duplo in spiritum destillandum jubet, cujus nihil in receptaculum transire dicit: sed dubitatur.

Rectificationes) Sunt, qui spiritum nitri destillatum à phlegmate rectificandum esse monent, quo sic habeatur ☍ acris probe; interim hæc rectificatio pro usu medico superflua est; imo sic subtiliore sua substantia defraudatur, nec dari potest ægris absque dilutione cum vehiculis aqueis; sicut & quo magis rectificatione concentratur ☍ ille, eò magis fumat.

Cum spir. vini) Innuit hic *spiritum nitri dulcem* AUTOR *noster*; sc. cum ☍ nitri per se acrior sit, quam ut possit assumi, propterea cogitarunt alii de spiritu nitri dulci parando ex part. ij. *spir. vini*, & parte j. ☍ *nitri* qui digesti, donec probe uniantur, per retortam aliquoties destillantur. Cæterum sumuntur interdum hi ☍ ambo rectificati; quod ipsum si fiat, effervescunt intensissimè confusi, ut etiam interdum vitrum diffringatur, & sub hac effervescentia magna pars volatilis avolet: indeque, ut omne periculum evitetur, instilletur ☍ nitri rectificatus spir. vini, in cucurbita contento, guttatim per alembici superius foramen, & applicetur rostro ejusdem recipiens aliquod, quo sic per effervescentiam concitati ☍ excipi possint, nec iidem deperdantur, sed potius postliminio reduniantur spiritui nitri dulci. Deinde loco spir. vini simplicis recipitur non raro spir. vini à vegetabilibus carminativis, anticolicis, vel antipleuriticis, cohobando abstractus: indeque illa ratione spiritus nitri dulcis anticolici, hac vero ☍ nitri antipleuritici nomen sibi acquisivit, utut sit exiguae differentia. Atque dictus ☍ nitri dulcis egregius est præ cæteris in morbis acutis, in quibus præfero illum reliquis mineralium spiritibus, dosi ʒß. ad ʒj. assumendum, prout nempe plus vel minus fuerint rectificati ☍ ante sui combinationem.

℞ *spiritus nitri pag. 431.*) Sunt sc. qui colorant spiritum nitri, nunc quidem per santalum, nunc vero per radicem rubiæ tinctorum: interim cui bono? utut curiosum sit spiritum dictum fieri rubrum, si sub destillatione aliquid camphoræ retortæ includatur collo.

Capite mortuo) Sunt, qui caput mort. ☍ nitri cum alumine destillati calcinant, sicque ⊖ salsum acquirunt, ex quo cum ▽ni tincturam flavescentem extrahunt pro scopo diuretico; loco ejus tamen alia prostant.

Ex olivo) Innuit hic AUTOR tincturam nitri alias animam nitri vocatam, prodeuntem ex ♁eo olivarum cum spiritu nitri digesto; sicut hanc habet SCHMUCKIUS *in Secret. Chymicor.* Sed est remedium leve. Cæterum hujus simia est Glauberus, animam ex spiritu nitri mediante ♁eo destillato anisi proliciens: tingitur verum est ex spiritu continuo fumante; quippe ♁a hosce fumos aliquomodo retinent & in se ipsa concentrant, & sic quasi ruborem induunt. Interim an tales tincturæ vi aliqua singulari polleant? à nemine adhuc dum expertum fuit.

A croco metallorum, mercurio vitæ, sulphure ☿*ii*) ☍ nitri à subjectis ☿iatis abstractus non potest esse sine jactura.

Cum sale communi) Si nitrum destillatur cum sale, acquiritur ☍ nitri à sale impregnatus, seu ▽ vel si ☍ nitri abstrahitur à sale communi, acquiritur etiam ℞.

Spiritum illum nitri compositum) Hoc ipso spiritum nitri Bezoardicum innuit, qui est egregia ▽, annotante BOYLEO.

Chrysulca pag. 432.) Sc. ☍ salis per se ☉ non solvit, nec spiritus nitri per se; misti vero utrique solvent id, interim sive nitrm destilletur cum sale, sive spiritui nitri addatur spiritus salis, sive sal commune, sive nitrum sive ⊖ ✱ perinde est.

gradatatorias aquæ gradatoriæ sunt ℞.

Pugillatoriæ) Aquæ pugillatoriæ sunt aquæ fortes.

Aurifabrorum) Scil. hi ▽am fortem communem ex ⊕lo & nitro destillatam non possunt in usum suum trahere pro separatione ☉is à luna, nisi ea depuretur; dum enim nitro communi semper adhæret ⊖ heterogeneum, sali communi simile, der Schalck dictum uti supra dixi, de quo sub spiritus nitri seu ▽ destillatione etiam aliquid prodit propterea recipiunt ℥ij. vel iij, hincque infundunt lunæ finæ in laminas tenues redactæ drachmam unam vel alteram, dein solutionem hanc addunt reliquæ ▽ti; sic turbatur liquor, & ita sal istud heterogeneum, quod permistum est ▽i, cum ☽ ⊽atur in fundum, hoc repetatur tamdiu, donec aqua fortis amplius non turbetur, tunc vocant es sey gefällt / sic nullum aurum tangit.

De subtiliore vitrioli spiritu) Lis est inter Autores annon in destillatione aquæ fortis & aliquid de vitriolo ascendat? ℞. esse saltem spiritum nitri, quod prodit, hincque aquam fortem ne guttulam quidem spiritus vitrioli continere. Et posito, aliquid spiritus vitrioli unà elici; hoc tamen spiritus nitri usum non reddit deteriorem; adeoque sive per hoc aqua fortis, sive spiritus nitri sumatur, perinde est.

☿*ialia*) Pro his figendis loco spiritus nitri & vitrioli, vel sulphuris spiritus tuto assumi potest.

Productionis) Nitri productionis sunt plures modi, & ex lignis vulgatis nitrum parare docet GLAUBERUS; sicut alii remanentias à nitro depurato calcinant, & cum ♆a miscendo ☉ri exponunt pro eodem scopo.

Sal culinare pag. 433.) Hoc materialiter constat ex acido universali concentrato in ⊽ alcalina, quippe est illud salini salsum. Jam vero probatur illud ex eo, quod spiritus salis actatu cujusvis salis fixi alcali regeneretur in perfectum ⊖ commune, & in parvos cubos, qualis est genuina salis communis figura. Cæterum triplex datur salis illius communis differentia: nempe marinum fontanum, & gemmæ; quorum hæc duo consistentia saltem differunt; quippe quando sal gemmæ in copiosa ▽ dissolvitur, sal fontanum constituit; sicuti & ex hujus defectu coagmentatum, sal gemmæ repræsentat, cujus ferax alioquin est

Polo-

Polonia. Atque horum amborum quasi communis matrix quoque est sal marinum, in recessu pingue nonnihil, & magis defæcatum existens, quod in locis marinis facilè colligi potest. Interim has inter tres differentias, quoad usum Medicum, nullam habere prærogativam, sed promiscuè ex iis spiritum elici posse, rectè statuit AUTOR *noster*.

Purificatio p. 434.) sal à quibusdam depurari solet pro usu Medico: sed purificatio curiosa, minus verò necessaria est, quia est heterogeneorum salium infida separatrix.

Per raphani succum liquatio) Alludit hic AUTOR *noster* ad evporiston asthmaticorum, quo raphanum in taleolas incisum sale communi aspergunt, hoc dicta ratione in deliquium redigendo; ita liquor hic expectorans est, & asthmate humoroso, tam pectorali quam stomachali, proficuus, incidens viscidítates, easque ad sui expectorationem promovens.

Fusio) Sic etiam sal funditur pro depuratione sui in crucibulo: vid. SCHROEDERUS: Sed sic saltem castratur nitrum, dum sub fusionis △e subtilioré spiritum deperdit.

Decrepitatio) Observatu hic dignum est, quod salini marinum longè magis crepit & quam fontanum: ac est ejus crepitationis hæc origo, quia sali communi adhæret parum salis nitrosi; unde quemadmodum nitrum quodvis strepitum edere solet, ita & propter annexum ejusdem phænomenon hoc in sale communi reperitur. Alias etiam crepitatio hæc ex particulis aqueis, in salis communis crystallisatione concentratis, △ actione erumpentibus, & claustra ista granulorum dissilire facientibus derivari potest uti in *Collegio Chymico suo loco* sufficienter dictum.

Salis spiritu) Hic immediatè ex saline paratur, & pro usu Medico juxta AUTOREM sufficit.

Spiritum vitrioli Philosophicum) Spiritus vitrioli philosophicus qui ex butyro ☉iali ☵ato separatur, revera nil aliud est, quam spiritus salis communis ex mercur. sublimato mediante præcipitatione ☿ii vitæ resuscitatus, hinc male pro spiritu vitrioli habitus, cum nihil de vitriolo vel nitro, ☿△tum ingredientibus, participet; attamen sufficere pro usu medico potest: vid. AUTOR *pag. 344. & 345.*

Destillandi spiritus istius additamenta pag. 435.) Sc. destillatur spiritus salis vel per se, vel cum additis: Per se destillandi modum docet SCHROEDERUS *pag. 465.* sed parum dare spiritus, rectè insinuat AUTOR *noster*, quin quod vas rumpatur & labor sit frustraneus; cujus rei ratio hæc est, quod sal commune, igne intensiore tractatum, fluorem concipiat, adeoque in consistentiam quasi crystallinam abeat, nil amplius de spiritu suggerens, non secus ac aliàs nitrũ per se datum in △e fluit. Unde, ut fluor hic impediatur, & spiritus separetur, solent ubique particulas salinas discontinuare per addita ☵ea.

Muria) In fontibus salinis, dum hinc inde sal semicoagulatum transportatur, muria hæc diffluit, quæ ad medium inspissata & destillata per ∴am subtilem & admodum volatilem dat spiritum, sed paucum, qui revera præstantior est spiritu salis communi. Adduntur autem varia, quæ videantur apud AUTOREM *nostrum*.

Corallia) Sunt, qui addendo sali corallia spiritum salis coralliatum acquirere intendunt; verum nil de coralliis participat, quia hãc ratione corallia acidum salis spiritum absorbendo, eum debiliorem reddunt: vid. SCHROEDERUS. Eadem ratio est, quando ☵a sigillata sali adjicitur, cum tamen sic nihil peculiare acquiratur, nisi quod nobilis ☵ pereat.

Terram sigillatam, Bolum, Argillam, lateres) Quidam etiam terram sigillatam addunt; sed frustra: sicut & hos destillandi spiritus modos taxavit ZWELFERUS *in animadv.* dum nempe ☵ea hæc copiosum salis acidum absorbent, hincque is phlegmaticus prodit; aut ad minimum fortior in fine △ requiratur, pro acido illo evocando.

Aluminis caput mort. pag. 436.) Hic Autor vel ana vel duplum aluminis crudi, vel calcinati, loco ☵eorum pro spiritu salis destillando recipit ac sane non est, quod metuamus, quasi nempe alumine adulteretur spiritus ille, cum caput mort. ejus nil dimittat de spiritu: sicut alumen crudum phlegma de se dat, sed insons; nec urinosum illud in ○e hic considerationem meretur, quin potius integrum alumen ex capite mortuo denuo haberi potest.

Fastigiato illo) Hic moneo: recte *anonymum illum anti Glauberum* in seinen hundert Glauberischen Lügen / statuere: quod mediante hocce primo furno Glauberi nullum minerale subjectum bene tractari queat, cum horum spir. miscerentur cum carbonibus, texturam eorundem immutantibus; ut taceam, fuliginem acido pinguem ex carbonibus prodire, spiritibus se sociare, & istos adulterare. Unde nobis furnus communis sufficere debet.

Tinctura) Sunt qui spir. salis beneficio florum papaveris rhœados succi depurati impræg̃nant, ubi quidem gratior aspectu, sed non eminentior usui medico evadit.

Rectificari pag. 437.) Ordinario etiam solet spir. salis rectificari, quam tamen rectificationem nocivam ex eo putat AUTOR, quod sic subtiliore & volatiliore sulphure defraudetur; nam phlegma præcedere solet paucus spiritus subtilior: ut taceam laborem istum superfluum, quia rectificatus vix aut non dispensari potest, adeoque denuo diluendus est spiritus ille in vehiculo. Etenim spiritus salis non adeo intense acidus pro usu medico acquiritur, sed quia mineralium quorumcunque spiritus acidi nimis graduati, ob sui particulas nimis rigidas membranas corporis molestè afficiunt, rodunt & corrodunt; hinc loco talium concinnius est, ut temperati ii, h. e. mediante ♀. dulcificati, usurpentur; ita namque ♀ in recessu ⊖ volatile ♁sum rarefactum habet, ortum ex ♁ vini fermentatione attenuato, & phlegmate copiosiore diluto. Hinc ♀ in dupla proportione spiritib9 his nitri, salis & vitrioli additus constitutioni nostræ magis accommodatos reddit; ut adeoque loco spir. salis communis, ejus spiritũ dulcem ceu concinniorem magis diureticum & stomachalem commendem, misturis, quantum satis pro grato acore, solitariè autem dosi gtt. 20. ad. 30. addendum.

Augmentari) Notat hic eos AUTOR, qui, uti & facit SCHROEDERUS, spiritum salis paratum denuò à recente sale fuso abstrahunt; item, qui caput mort. destillatum post elixiviationem in ⊖ redactum miscent cum jam pro lecto spiritu sicque partim eundem augmentant, & partim de novo destillant; uterque enim labor est vanus; non secus ac ii, qui spiritum salis tartaro depurato

purato affundunt pro sui exaltatione, qui tamen potius sic destruitur.

Cum nitro compositi) Sc. inter alia menstrua corrosiva excellit & spiritus ille compositus ex nitro & sale, ☉ ipsum solvens, quem videbitis in SCHROEDERO, *pag.* 466. qui & pro usu externo Alchymistico egregius est. Interim monet AUTOR, loco hujus & *spiritum nitri bezoardicum*, seu qui à butyro ♃nii affusione ∽ nitri abstrahitur, BOYLEO *menstrui per acuti* nomine *Experim. 7. de originibus Formar.* veniens, sumi posse; vel extempore spiritus salis & nitri mistos in ejusmodi spiritum destillare.

Ex lapide calaminari, pag. 438.) GLAUBERUS *in Tract.* Trost der Seefahrenden/ mediante lapide calaminari docet concentrare spiritum salis. Ejus fundamentum hoc est: nempe lapis calaminaris, ♂ialis naturæ existens, omne acidum spiritus salis absorbendo, saltem phlegma superstes relinquit, hinc illum de novo destillando spiritum acidissimum concentratum salis acquirit, pro usu medico non adeo magni usus.

Dulcem) Cum ∽ salis acidus suspectus sit, hinc alii studuerunt, ut dulcem acquirerent, idque variis modis: Quidam sc. per sal tartari aut alia alcalia verum hac ratione acidulum phlegma acquiritur. Alii salis ante destillationem solutionibus id præstare fuerunt conati, ut SCHROEDERUS *pag.* 467. *nro.* 6. ast hac ratione acquiritur quoque spiritus salis communis. Alii simplici digestione spiritum salis dulcificare voluere, attestante *Schrœdero l. c. Num.* 5. *Nota* 2. ubi tamen falsum est, hac ratione illum tantillum edulcorari posse. Tandem optime res procedit cum duplo ▽, eum aliquoties cohobando; & hunc *spiritum salis dulcem* BASILIUS VALENTINUS nominat ▽*am* suam *temperatam*, quamque pro solutione calcis solis adhibet.

Spiritus salis vitriolatus) Vid. SCHROEDERUS. Hic fucus inanis est, cum ⊕, fixioris naturæ existens, ne tantillum quidem cum sale mistum & destillatum reddat: Si enim recipiatur ∽ vitrioli rectificatus, & affundatur is sali communi, & destilletur, tunc prodit saltem ∽ salis. Spiritus v. vitrioli cum alcali salis communis abit in *sal mirabile* istud *Glauberi*; nil enim de spiritu vitrioli prodit, utut phlegma vitrioli spir. salis diluat.

E ♂e cum limatura ♂is) ZWELFERUS *in Mant. sp. p.* 340. spiritum salis ♂ialem ex limatura ♂is & sale destillat, cui tamen tantillum substantiæ ♂ialis inest. Nullius igitur est pretii prærogativæque præ spiritu salis communi.

Spiritus è florum) ZWELFERUS *cit. loco pag.* 339. ex ♂e & ⊖✱co flores aurei coloris, & ex capite mort. spiritum salis ♂ialem, elicere docet, qui tamen ∽ est ∽ salis communis non adeò acris quia acidum in ♂e reliquit; nonnihil dulcis, quia de ♂e aliquid participat: Interim non tanti æstimandus.

Spiritus salis per alcali fixatus, pag. 439.) Innuit hic spir. salis coagulatum, qui fit, quando ∽ salis acidus miscetur cum sale tartari, vel nitro fixo, aut & secundum MYNSICHTHUM *pag.* 26. cum sale absinthii: quibus modis omnibus sal commune paulò acrius acquiritur.

Flores) Sc. quando destillatur spiritus salis communis paulò intensior, tunc simul aliquid in formam florum elevari conspicitur; sicut alii ex sale communi fuso mediante retorta tubulata, cui adaptatus est follis, parant spiritum salis per se, aut quoque flores salis dulces quos processus vid. apud KESLERUM *Processf.* 19. *C.* 4. & *Theatr. Chym. Vol.* 6. *pag.* 437. pro usu alchymistico. Interim tamen hi flores nihil aliud sunt, quam sal commune paulo subtilius factum, vel & secundum AUTOREM spiritus salis coagulatus, unde spiritui salis propriè possunt addi pro majori acrimonia concilianda. *Crystallos salis dulcis* vid. apud SCHROEDERUM. Observetur autem, ne nimium ▽æ adjiciatur vel infundatur, aliàs vasa rumpit. Tandem, quibus placet ∽ salis coagulatus, vel flores salis communis, recipere possunt illud ⊖ quod post spiritum ⊖✱ci urinosum ex ana salis tartari & ⊖✱ci factum, intensiore △e acquiritur; sic enim ex spiritu ⊖✱ci acido imminente, & in alcali fixo coagulato, elevantur in collum retortæ crystalli salis communis, qui floribus salis vel spiritui salis coagulato, possunt substitui.

super silices, pag. 440.) Glauberus spiritum salis rectificatum à silicibus abstrahendum jubet, ut eliciatur eorum ♀ solare: verum hac ratione silices imbibendo spiritum salis, hunc magis enervant, quam exaltant.

Inceratione) Hic duos processus illos, quosque SCHROEDERUS *num.* 9. *p.* 468. & *num.* 14. *p.* 470. habet, insinuat; dum nempe sal commune imbibitur nunc cum ♁ salis, nunc cum aceto, & spiritum copiosiorem sibi promittunt.

Gemmas vitæ) *Gemma vitæ Mynsichti pag.* 28.) Est spiritus salis concentratus, & cum sole corporali impræ̃gnatus; quo tamen & similibus modis nihil aliud obtinetur, quam spiritus salis plus minus concentratus. Sufficiat ergo spiritus salis dulcis.

E vitriolo spiritus) Spiritus vitrioli rectificatus præter usum Chymicum in parandis remediis egregius est vi stomachica & diuretica. Cum enim de acido esurino sulphuris embryonati participet, cujus ratione stomacho gratus est, styptico nonnihil sapore tonum stomachi firmat, æstuantibus blandum refrigerium conciliat, & primas vias per urinas mundificat: hinc usitatissimus est in morbis acutis.

Sal anatron, Allembrot.) Quid hoc sit? vid. in SCHROEDERO *l.* 2. *pag.* 479. sunt sc. salia fusioni metallorum inservientia.

Vitri cineres) Vitrum constat ex alcali cinerum & ⚍ silicum calcinatorum, invicem colliquatis sub qua colliquatione sal alcali illud acidum silicum, imbibendo, & in salsum abit, reliquæ massæ supernatans, die Glaß-Galle/ vocatum. Cæterum vitrum quidam pro usu diuretico adhibent, contusum sc. illud, & cum ana salis cujusdam fixi subactum, de novo fundendo. Ita massa emergens in ♎re humido propter alcali abundans facilè liquescit. Ex hoc liquore & instillatione spiritus salis vel vitrioli pulvis silicum ⚍ ari potest, quem ceu magisterium vitri commendant pro scopo insigniter diuretico: vid. TACHENIUS; quod tamen non magni æstimandum, quia parum in ⚍cessu habent calces & magisteria vitri.

Lapidem nephriticum, pag. 441.) Hic vel per se usurpatur, vel antea præparatur: Per se quidem amuleti instar curare & præservare à calculo dicitur: conf. BARTHOLINUS *de Lapide Nephr.* Præparatum verò vel solutum in spiritu salis sub forma solutionis, vel & ⚍ando hunc cum alcali in magisterium, exhibent: sed Autor dicit, frustra esse. Adhæc per spiritus acidos

acidos ejus textura invertitur. Parcus & rarus est ejus usus.

Crystallum) Hæ, ut & silices paulo puriores, usurpantur duplici modo: vel externè pro Dentifriciis, pulverisati sc. vel & calcinati, & in lacte vel ▽ communi extincti, donec friabiles reddantur, & forsitan melius est pumice, ubi tamen genuina est ZWELFERI censura, dicentis: ejusmodi substantias lapidum non esse adeo tuta dentifricia; sed aspeciora hæc & duriora subjecta vim inferre gingivis, has alterando, & successive absumere indeque loco ejusmodi ♃eorum cineres vegetabilium, ut Nicotianæ, aut tartarum calcinatum, & similia, longe commodius adhiberi.

Interne vero, utut verum sit, crystallum invertens esse acidorum præternaturalium, hincque infantibus pro temperando acido horum æruginoso prodesse, sicut & dysenteria benigna laborantibus, ubi acidum corrosivius peccat; ea tamen pro usu diuretico non adeo singularis est.

Solutio cum salis spiritu pag. 442.) Deinde crystallus calcinata solvi potest in spiritu salis vel in aceto, & hinc vel solutio talis in forma liquida propinari, vel post coagulationem sui in loco humido iterum solvi, qui liquor vocatur *liquor nephriticus*. Et hac ratione quoque crystallus & alii lapides, vulgo lithontriptici vocati, tractari poterunt, ubi tamen omnino istorum præparata pariter saltem urinam propellendo prosunt.

Silicum ille liquor, pag. 442.) Sc. GLAUBERI inventum hoc est, recipientis ana *salis tartari & silicum pulverisatorum* hinc sali tartari fluenti in crucibulo, successive immittentis pulverem silicum (qui subjectum admodum sulphureum sunt) ita solvuntur silices, & invicem coeunt in liquorem vitriformem, qui in loco frigido repositus propter alcali abundantiam fluit p. d. & vocatur liquor silicum, parum in recessu habens: vel & massam illam, antequam fluat p. d. cum ♀ in tincturam extrahit GLAUBERUS, tincturam silicum eandem vocans, quæ tamen non est è silicibus, sed ex sale tartari; adeoque præ ℞ tartari vulgari nihil in recessu obtinet.

Cremori titulo) Porro si dicta mistura p. d. fluat, emergit cremor præ pulvere silicum nihil singulare obtinens; contra liquore cum spiritu salis ♃ato in ⊖ commune; vel cum ∽ vitrioli ♃atus, in tartarum vitriolatum abit.

Ludum recentiorum fossilem, pag. 443.) Innuit hic ludum Helmontii, ex quo cum liquore alcahest parat suum aroph, solvens calculum humanum jam dum concretum.

Lyncis) Lapis lyncis diureticus est, & per acida præparatus concretum salsum ejusdem efficaciæ constituit.

Judaicum) Est reverà hic lapis inter alia ingrediens liquores nephriticos: nam in se ipso lapis hic in urinæ difficultate & calculis non contemnendum, est remedium; id quod confirmat BORRICHIUS *Hermet Sapient. pag.* 319. Præparatur etiam pro hoc usu cum acidis; sed nihil peculiare præ lapide crudo, vel præ crystallis hoc modo paratis, obtinet.

Spongiæ) Lapis spongiæ crude assumptus ad scrophulas in usu est, vel etiam potest calcinari.

Pilæ marinæ) Pila marina est concrementum, annotante WORMIO *in Musæo*, ex fibris algæ marinæ petrefactæ tenacioribus confecta; quæ tamen, si vim aliquam diureticam obtinent, habent eam à sale marino sibi adhærente.

Ceraunius) Ex *hoc* D. D. MICHAELIS cum ana *exuviarum serpentum* misto præparavit suum *specificum antisthericum* cujus tamen effectus rationes non video; sicut & TILEMANNUS & AGRICOLA laudant ceraunium pro hydrope curando, nunc in pulvere nunc in potu infusum: sed vereor, nè & hic spe frustremur.

Glossopetræ) Sunt corpora triangularia ossea in Insula Maltha reperibilia, eaque alii fossilia, alii marina statuunt; ubi tamen notandum: in mari mediterraneo reperiri piscem carchariam dictum, rictu canino immenso, quadruplici dentium serie circumvallato, præditum: qui ipsi dentes ex mortuo pisce casu decidentes appelluntur ad insulam Maltham, ibique se speluncis subterraneis insinuando, ulteriore induratione lapidis speciem acquirunt: Conf. STENO *in Myolog. spec. ubi* Anatomiam ejusmodi piscis habet. Absorbent acidum, pollent vi antepileptica, diuretica, antihydropica, &c.

Ex calce viva, pag. 444.) Hæc est famosum subjectum & lapidosum artificiale, suo modo concretum, constans primario ex ♃a fixa, una cum acido & excessivo alcali in eadem absconditis. Equidem quoad bina hæcce salia latentia in calce viva, dubitare videtur AUTOR *noster*, terens vestigia ZWELFERI, indeque negat, dari eadem in calce viva: interim, quod illa huic insint, sufficienter demonstravit *Mayow de nitro & spiritu ♎eo*. Et sane, cum calx viva tam fortia eaque fixa salia possideat, hinc factum, ut semper vis diuretica in ea quæsita fuerit, & præprimis spiritus diuretico nephriticus. Utut autem verum sit, ex calce viva cum ⊖e✱co, vel CC. vel tartaro & similibus combinata, semper acquiri spiritum nitrosum; tamen ille est compositus, & præsertim additamentis hisce originem debet adeoque hic genuinus calcis vivæ ∽ non paratur, quin potius videri posset paradoxum, ex calce viva petere velle spiritum urinosum; cujus tamen aliquid reverà inest an vero ex calce viva sit? in suspenso relinquitur.

♀ alcolisati incerationé) Innuit hisce processum BASILII VALENTINI, quem & habet SCHROEDERUS, KESLERUS ac alii est sc. quando cum spir. vini reperitis vicibus impregnata ♀ fortissimo △e pelitur; sic enim prodit ex ♋ta ∽ vini aliqualiter acris, utut parcissimum sit, quod recipit spir. vini.

Nos spiritum salis) Curiosus est labor ille, quando nempe recipitur spiritus salis, & affunditur ♀æ recenti (vel si quid humiditatis ♎reæ attraxerit) nonnihil calcinatæ affundatur: quo in casu hæc potenter spiritum salis imbibendo effervescit, hinc ex destillata mistura prodit spiritus volatilis urinosus, instar spiritus ⊖✱ci vel urinæ, quantumvis non adeo copiosus. Interim dubium est: an hic spiritus urinosus instar spiritus ⊖✱ci vel urinæ ex ♀a prodierit? an vero ex spiritu salis in superficie sua acido?

Liquorem nephriticum) Deinde ex ♀ hujus spiritus remanente, mediante ▽ communi elixiviatur ⊖ alcalino-salsum, quod post evaporationem phlegmatis cum spir. vini extrahitur in liquorem

ſalſo urinoſum diureticum: quem alii ex tempore parant, imbibendo calcem vivam cum ſpiritu ſalis, hinc inſpiſſando, & p. d. fluere ſinendo. Sic alii adhucrecipiunt caput mort. ⊖*ci cum ana ♆æ poſt ſpiritum prolectum remanens, & ex hoc parant cremorem ſaliformem, & liquorem diureticum, coëunte ſic acido ſpir. ſalis cum alcali ♆æ; ſic fit ⊖ ſalſum p. d. fluens, Tandem alii ⊖* & ♆am calcinant & elixiviant, quod p. d. fluens liquorem diureticum conſtituit.

Cum alumine pag. 445.) Sc. ♆a recentiſſima cum ☉e miſta poſt deſtillationem dat quidem ſpiritum urinoſum; interim tamen dubium hic occurrit: annon hoc ⊖ volatile ſeu ſpiritus urinæ ſit in ☉e deliteſcens? an ex calce viva elicitus? ſane longe probabilius eſt, ex ☉e eum, quam quidem ex ♆a, prodire.

Lixivium pag. 446.) Sc. ▽ calcis vivæ ſeu lixivium (in quo nempe calx viva effervescendo extincta quaſi eſt) vocata aliàs ▽ *benedicta chirurgorum*, & egregia eſt in affectibus Chirurgicis quam plurimis: Eſt enim corpus lixiviale urinoſum prædominante in eodem alcali; hinc ea vel ſolitaria, vel acuata cum tertia parte V̊, (quo ſic ⊖ ℞ſum prædominetur) præſtans erit in inflammationibus discutiendis, vi abſorptiva acidi inflammationis cauſæ. Eadem ▽ excellit in ulceribus ſordidis purificandis, eluendo eadem, in incipiente gangræna arcenda, promovendo ſimul ſeparationem partis ſanæ à mortua; item in ſcabie & ſerpigine curandis. Sic cum ante menſtruum tempus haberem ſcabioſum, ſuaſu alius ignorantis medicaſtri ſolutionem ☿♎ti in ▽ factam loco litus adhibentem, & hic inde contraheret dolorem, tumorem & inflammationem manuum, jubebam ut

Reciper. ▽ calcis vivæ ℔j.
V̊ ℥j.
ceruſſæ ʒiij.

Hujus miſturæ uſu externo brevi à malo ſuo liberabatur.

Pariter ante biennium accipiebam mulierem, quæ punctura acus in imo digiti tendinem læſerat, hinc ſuppurabatur, dolebat & tumebat digitus & manus, ac ſimul lituras rubras ad cubitum protenſas (quod ſignum erat increſcentis gangrænæ) monſtrabat; unde ſuadebam huic, digitum læſum tractare balſamo ſulphuris; ipſi vero brachio applicare ▽am calcis vivæ quo facto convaluit. Tandem & in ambuſtionibus cito curandis excellit ▽ calcis vivæ, recipiendo eam probè impregnatam, inque eam infundendo ℞ roſarum, hinc agitando, ut in conſiſtentiam butyri quaſi abeant, alcali calcis vivæ acidum ℞ roſati imbibendo. Hoc ſane remedium vix ſibi in ambuſtionibus & aliis caſibus par aliud habet.

Cremor calcis vivæ) Sc. cruſta quædam moderatè ſalſa & pinguis ▽æ calcis vivæ ſupernatans, præter uſum, quem habet in cancro exulcerato (niſi is nimis fuerit exaſperatus) convenit, & ulceribus diaphoreticis, h. e. quæ nolunt cicatriſari. Sicut & calx viva tota, h. e. corpus illud ⊽eum poſt ▽æ elotionem ſuperſtes, redigi poteſt in *linimentum contra ambuſta*, & ulcera alia manantia egregium; abſorbet enim quælibet acida.

Cauterium) Cauteria potentialia pro natura ſalium corroſivorum ſunt in duplici differentia: nempe alcalia & acida quorum illa ſunt omnia lixivialia acria ſalia, & ex his ſal præprimis ex lixivio ſaponariorum coagulatum, quæ præter alia & ingreditur calx viva, atque hoc in loco calido ſicco aſſervatum, ne p. d. fluat, eligit & maxime commendat AUTOR. Interim tamen alcalia hæc cauteria non adeo commode uſurpantur ex eo, quod illa ſolvendo putrefaciant locum, cui applicantur, moxque maculam nigram fœtentemque cruſtam gangrænæ quaſi initium inferant; è contra acida ſalia plus minus concentrata præſentiora ſunt, cum rodant hæc ſaltem, & rodendo partem profundius ſaucient, hinc primo rubram, deinde albam eſcharam inducunt. Jam vero inter hæc acida eminet ☽a in ▽ ſoluta, quæ ſoluta inſpiſſatione dat pulverem ex albo obſcurum, *Lapu infernalis* dicendum: de quo ad quantitatem piſi mediocris applicetur loco, ubi faciendum cauterium, imponendo deſuper emplaſtrum, ita hic pulvis ob ▽m fortem in ipſo concentratam operari incipit, quaſi puncturæ pulicum affligerent. Idem pulvis locum habet in caſu carnis excreſcentis ulcerum, quam mortificat & erodit. Tandem poſt hunc pulverem pro cauterio optimum eſt butyrum ♃ii, tubulo calami coercendum.

Renum calculus pag. 448.) Sc. in paroxyſmo nephritico, & dum calculus urget, duæ occurrunt indicationes: aut enim calculus imminuendus eſt, aut, ſi id fieri nequeat, maturè ejiciendus per diuretica, quo ſic præcaveamus majora ejus incrementa. Jam verò priori ſcopo obſtat paucitas remediorum calculum poſitivè frangentium; indeque ob horum defectum ad ſecundam indicationem accedendum eſt, ubi tamen in hac quoque obſtat, quod in nephritidis dolore fibræ ureterum convulſivè criſpentur, hincque fibris his contractis meatus ureterum anguſtentur, adeoque difficilis ſit labor pellendi calculum renum; cum ſi fortiora diuretica exhibere velimus, & calculum his moveamus, dolorem intenſiorem pararemus & criſpaturam augeremus. Quid ergo in tanta perplexitate conſilii? Reſpondet AUTOR *noſter*, jubendo, ut ſiſtatur dolor, quo remittente, & criſpatura ureterum ceſſante, ſponte ſic ſua urinæ vehiculo prodeat calculus, hincque ſuadendo temperata, ſimulque præcipitantia diuretica anodynis & antiſpasmodicis exaltata. Nempe mandat & ſuadet diuretica blanda (non acriora) & præcipitantia, h. e. acriora ſalia primarum viarum abſorbentia & invertentia, præſertim, cum urina fere acrior & dyſuria urgere ſoleant: quibus anodyna pro ſiſtendo dolore, & remittenda criſpatura & corroſione in renibus & ureteribus ſociat, & tandem ſuperaddit antiſpasmodica. Et ſane anodyna ſunt bona; quorum in uſu ſuſpicio quidem oriri poteſt malè ea dari, cum interdum disponant ad urinæ ſuppreſſionem: quod mihi in febribus malignis obtigit, in quibus cum miſturam extheriaca cum aceto & ♃io diaphoretico compoſitam exhibuiſſem, ægrum ad nychthemeri ſpatium iſchuriam incidiſſe obſervavi; cujus cauſam poſtmodum collegi fuiſſe vim opiatorum & theriacalium, quatenus renalium fibrarum tonus labefactatus urinam non tranſire permittit; unde in hoc caſu vitentur opiata. Interim tamen tantum abeſt, ut in paroxysmo nephritico hoc metuendum ſit, ut potius blanda anodyna reliquis addita hic

hic in usum vocentur. Cæterum AUTOR *noster* pro scopo temperativo & simul præcipitante diuretico eligit lapides ♋rum; sicut pro scopo anodyno pulverem suum anodynum ex opio constantem & inferius descriptum; tandem pro scopo anti spasmodico cinnabarim nativam, vel in ejus defectu ☿ii, adeoque ordinat ex his talem pulverem compositum:

℞. *Lapill. 69.* ℈j. ad ʒß.
pulv. anodyn. opiat. nostr. gr. iij.
☿ *nativ.* vel ☿ii, gr. viij.
M. in formam pulveris, subinde usurpandi ab ægro nephritico, interponendo usui ejusdem vel spiritum salinis, vel tincturam tartari tartarisatam.

Omnia sic possumus præstare, quæ alii vix magnis compositionibus.

Lithontribon. p. 450.) Hi pulveres omnes sunt inconditi, & nihil fere operantur.

Nec syrupos pag. 451.) In paroxysmo nephritico, cum stomachus per consensum utplurimum simul insigniter laboret, hujusmodi saccharata tanto magis prosternunt quo magis saccharum superat vim ingredientium medicamentosam.

Essentias nephriticas, pag. 452.) Hæ cum spir. vini paratæ ex aromaticis licet calculosis, non semper possunt in usum vocari, quia ægri maximis æstuationibus corporis laborant.

Aroph pag. 453.) Aroph Paracelso est species medicamenti, quo calculum renum confregit & expulit, quod admirati sequaces, putarunt illud explicare & denotare aroma Philosophorum.

Torna solu p. 454.) Innuit hic AUTOR tincturam aperitivam Moebii duplicem; quarum vera est sequens:

℞. ☉ *u comm.*
♁ *i* ana ℔j.
♁ *i* ℔ij.
destilla per retortam, & rectifica à ☉ *e* ♀ *i*, ita prodit spiritus striatus volatilis acidus, tinge *torna salis* h.e. linteis cum succo baccarum heli tropii infectis vel etiam baccis ipsis exsiccatis in tincturam aperitivam egregiè diureticam.

Quoad alteram tincturam, illa sequenti modo præscribitur.

℞. *spiritum salis communis*;

eumque quater super *caput mort. proprium* cohobatum ex ℳ. rectifica, ita prodit spiritus striatus volatilis acidus, quem abstractum ab *aphronitro* tinge cum *torna solu*. Sed tinctura hæc nihil valet.

Lixivia diuretica pag. 454.) Illa *Mynsichti* sunt nihil aliud quam salia calcinatorum vegetabilium in ▽ vel vino soluta ita propinata.

Atque ita ex hisce selectis diureticis hactenus allegatis vel mille formulæ pro diuresi concitanda præscribi poterunt, v. g. in forma pulveris:

℞. *crem.* ♀ *i* ℈ij.
Lap. 69. pulveris. ℈j. M.
Div. in 2. part. æqv.
sumantur in vehiculo fervido.

℞. ♀ *i* vitriolati rite parati ʒß.
(vel *crem. tartari* ℈j.)
salis tartari vel onomidis gr. xv. M.
divide in 2. part. æqv.
D. S.

eröffnende Harntreibende Pulver.

Vel:

℞. nitri vitriolati ʒß.
salis stipit. fabar, vel sal stercor. columb. vel salis genistæ, ℈j.
♁ *destillat terebinth.* vel *junip.* gtt. iv.
div. in 2. part. æqv. s. ut supra.

Vel

℞. *tartari puri*, vel *cremor. tartari*, vel *nitri purif.* vel *nitri* ☿*iat* ℈ij.
☉ *tartari* ℈j.
♁ *destillat junip.* vel *terebinth.* gtt. iij. M.
div. in 2. part. æqv. s. ut supra.

Vel

℞. *crem. tartari* ℈ij.
vitrioli ♂*is rite par.* ℈j. M.
div. in 2. part. æqual.

℞. *salis essent. tartari* ʒj.
vitrioli ♂*is* ʒß.

Misceantur in mortario lapideo: hinc massa humida exsiccetur, & de novo teratur.
div. in 2. part. æquales.

Sic in forma liquida:

℞. *tincturæ tartari* ʒij.
clysfi ⊡ *osi* ʒj.
M. D. S.

Dosis gutt. 40.

Harntreibende Tinctur.

Vel

℞. *spiritus carminat. de tribus* ʒiiß.
lumbricor. per putref. ʒiß. M.

Dosis 40. guttæ.

Vel

℞. *liqv.* ♁ *fol. tartari* ʒiij.
spiritu ☉ ✱ *ci* ʒiß. M.

Dosis 40. gutt.

Vel

℞. ▽ *fragor.* ℥ij.
R *a tartari tartarisati* ʒij.
syrup. heder. ♁ *str.* ℥ß. M.

Usurpetur cochleatim.

Vel

℞. ▽ *fragor.* ℥iij.
salis essent. tartari ʒiij.
clysfi ⊡ *osi* ʒj.
syr. heder. terr. ℥ß. M.

Usurpetur cochleatim.

℞. ▽ *fragor.* ℥ij.
syr. ex succo frag. ʒvj.
spiritu salis l. nitri dulc. q. s. pro grato sapore. M.

Capiatur cochleatim.

℞. ▽ *petrosel.* ℥iij.
✠ *i vini* ʒvj.
lapill. 69. præp. ʒj. ad ℈iv.
syr. papav. albi ʒvj ad ℥j. M.

℞. ▽ *fragor.* ℥iij.
lapill. 69. præp. ʒj.
spiritum salinis l. nitri dulc. ℈j. ad ʒß.
syrup. fragor. ℥ß. ad ʒvj. M.

Vel

℞. *cantharid. pulver.* ℈j.
Infund. in
Vini Rhenan. ℥iij. l. iv.
stent in loco tepido per ☌ manè
filtretur *vinum*,
D. S.

Harn treibender Wein.

Dosis 10. 15. 20. ad 30. gutt. ascendendo paulatim indies in haustulo jusculi calidi seu tepidi, vel cerevis.

Vel

℞. *liquor*,

℞. *liquor betul.* Martial. q. v.

Evapora ad mediam remanentiam, impregnetur s. q.

Extract. alkekeng. liquid. cum vel sine sacch. parati. Detur cochleatim:

Vel

℞. *rob juniper.* ℥j.
lap. 69. præp. gr. xv.
♀ ⊕ *lat.* ℈ß
c. s. q. ∽ *juniper.* F. Bolus.

Quibus denique Electuarium placet, ii.

℞. *conserv. viol.* ℥j.
rob. juniper. ℥ß.
lap. 69. pulveris. ℥ij.
arcan. dupl. ℥j.
c. s. q. *syrup. heder.* ⊽ *str.* F. Electuarium.

irrorandum aliquot guttis ∽ ⊖ *ii* M.

Detur quantitate castaneæ vel nucis juglandis.

TIT. XIII.

DE GENERALIBUS MORBORUM, chronicorum remediis, vulgo Aperientibus, Incidentibus, & Detergentibus, alias speciatim Antiscorbuticis, Hypochondriacis, Epaticis (qualia sunt omnia amara) & spleneticis dictis: reverà

Alterantibus, nempe acidum plus minus viscidum corrigentibus, bilemque plus minus acuentibus.

DE *Antiscorbuticis pag. 455.*) In antecessum hic præponendum, remedia Pharmaceutica causas morborum materiales sive occasionales corrigentia, facere illud vel insensibiliter easdem saltem alterando vel sensibiliter simul extra corpus easdem evacuando. Etenim ex omnibus supra commendatis evacuantibus non datur ullum, quod non simul corrigat & alteret humorem illum, qui evacuari debet: contra alterantia videntur ea, quæ insensibiliter causas materiales seu succorum corporis ex perverso 6. rerum non naturalium usu degenerationem corrigunt, seu vitiosos eos sapores emendant: Et speciatim illa alterantia vel viscidam & glutinosam humorum texturam, motui tam progressivo quàm intestino ineptam, & hinc inde poros & meatus obstruentem incidendo vel resolvendo, vocantur Incidentia vel Aperientia & Detergentia, hincque prout variant nutritiones particulares partium, hincque nata sunt vel vitiosa contenta, vel aliunde vitiosa transmissa, eatenus & remedia pro partium, in quibus corrigendæ causæ materiales latitant, diversitate, nunc *Aperientia pectoralia*, nunc *splenetica*, nunc *uterina* appellari solent. Jam ergo ipsa alterantia nobis sunt cõsideranda. Quousq; autem materiæ morbosæ se ostendit ambitus, eo usque etiam alterantium usus se extendit adeo ergo latus est campus alterantium (quousque nempe morborum à dyscrasia humorum contentorum natorum seu universæ cacochymiæ se extendit ambitus, eò usque etiam alterantium patet usus) ut contra notum sit, ubivis fere, speciatim in chronicis, obstructiones viscerum abdominis vulgo allegatas magnam post se trahere fabulam de aperientibus. Sanè frequentissimè in ejusmodi affectibus primario peccat acidum, hærens in subjecto plus minus viscido & occasione cruditatis acidæ è stomacho natum; itemque bilis inertia, seu deficiens ejus acrimonia oleosa (quod aliàs epar frigidum appellant) unde acidum potius illud absorbentia, viscidum verò incidentia & attenuantia requireret. Et sane, quam vana sit ejusmodi accusatio obstructionis, probat loco omnium quoque Mars, qui vulgo dicitur pollere vi aperiendi, cum tamen revera ratione texturæ suæ materialis simpliciter adstringat, & vi sua vitriolica fibras spisset: potius quicquid ♂ in chronicis præstat, illud facit viscditates imprimis acidas absorbendo, easque per alvum eliminando. Porrò eminet inter morbos chronicos malum hypochondriacum cum variis suis differentiis, quod itidem simpliciter originem ducit ex stomachi cruditate acida, cujus vi enervatur & obrunditur simul vis balsamica bilis. Jam ergo pro occasione materiæ productæ, circa varias abdominis partes stabulantis, hasque affligentis, emergunt multiplicia symptomata adeoq; sunt qui malum hypochondriacũ pancreaticũ, stomachicum, &c. allegant; male tamen: cum prout in hac vel illa parte fixius hæret materia, eatenus apparenter multiplicem larvam induit morbus.

Splenis) Sunt, qui malum hypochondriacum originem ducere dicunt ex splene, idque ideo, quod symptomata dolorosa maximè in hypochondrio sinistro obvia sint: ast utplurimum est insons splen, ut taceam: dubium esse, an splen affectus sit radix? an vero productum morbi? quinimo in symptomatis his hypochondrii sinistri, utplurimum curvatura illa coli & jejuni accusanda.

Quisquis mineralium pag. 456.) Innuit hic AUTOR *noster* remedia in cura mali hypochondriaci & aliorum chronicorum usitata; nempe primatum ducunt ♂ialia, acidum præternaturale absorbentia, & sub fæcum nigrarum forma illud eliminantia; tandem post ♂ialia crustacea marina, acidum invertentia, & illud salsum factum per vias urinarias educentia. Ab his præmissis præmittendis fit initium: quibus porro subjungit salina volatilia, tam macra salina quam amaricantia seu aromatica, hepatica & stomachica vulgò dicta. Cæterum ex illis volatilioribus imprimis ∽ vegetabiles sulphureos inflammabiles non sine cautione usurpandos esse monet, idque ideo, quod hypochondriaci utplurimum varia phlogosi & æstuationibus corporis torqueri, & facillime cephalalgia per consensum affici soleant.

Paucissima pag. 457.) Ex omnibus vegetabilibus antiscorbuticis, crasin succorum corporis acido rancidam emendantibus, præter illa, quæ jam inter diaphoretica & diuretica sunt recensita, v. g. Gentianam, carduum benedictum, helenium, semen sinapi, &c. imprimis sunt ex vegetabili Regno primariò cochlearia, quam selegit Autor, alia susque deque habens, quod quidem possemus concedere: interim cum & alia quævis idem præstent, putarem cochleariæ simul sociandа esse raphanum rusticanum, trifolium aquaticum seu fibrinum, & nasturtium aquaticum, quæ ex volatilibus pro scorbuto sufficiant. Cæterum ex amaricantibus cichorium sylvestre loco omnium Intybaceorum, item taraxacum, item epatica nobilis, absinthium, centaurium minus & majus, vel hujus defectu chelidonium majus, fumaria, rhabarbarum monachorum, gummi ✱, item tartarus, & quælibet tartarea. Hisce etiam annumerari solet piperitis, flammula, beccabunga, chelidonium

chelidonium minus, nasturtia omnia vermicularis, item Intybacea, endivia, lactucta, scorzonera, sonchus, hieracia, bellis minor, epatica pratensis, matrisylva, gramen, eupatoria, præsertim cannabinum, acetosæ quælibet: quo etiam pertinent lapatha, chamædris, chamæpitis, teucrion, abrotanum, curcuma, filix, cortices tamarisci, fraxi in capparum, scolopendria, longitis seu asplenium, lupulus, santonicum, tanacetum, corallia, bacca.

Cæterum piperitis, vermicularis, & sinapi, aliaque plura, non videntur æque necessaria, dum certis in casibus acetosa & acetosella, atque in artuum affectibus scorbuticis strobuli pini commode in usum vocari possunt.

Ex Regno Animali eminent canctina & cervina, hisque analoga dicta Præcipitantia seu potius Absorbentia aut Invertentia, item salia volatilia quæcunque quorum omnium loco vel ☌⊖*ci, ☌ ♀i simplex aut clyssiformis, sufficiunt.

Hisce annumerantur etiam splen bovis, stercus anserculorum, item hirundinum, caninum, muscerda, & alia stercora, quatenus sale ammonicali plus minus turgent.

Ex Regno minerali convenit arcanum duplicatum, ⊖*, corallia, tandem instar omnium ♂, & hinc ♄.

Inter Præparata sufficiant ▽ florum acaciæ, fumariæ, cochleariæ, &c. item spiritus & essentia cochleariæ, spiritus quidam compositus ex quibusdam antiscorbuticis concinnatus; item essentia quædam polychresta ex extracto succoso amaricante cum spiritu antiscorbutico parata; Quo etiam suo modo pertinet Elixyr proprietatis, tam cum acido quam cum alcali paratum, etiam cum spiritu salis *ci vinoso parabile.

Inter ♂ialia sufficiunt pauca quædam in forma liquida & sicca, v. g. inter tincturas & essentias sit tinctura vitrioli ♂is *Zwelferi*, aut etiam loco hujus tinctura ♂is tartarisata *Autoris*; item solutio ♂is cum succo pomorum, & tandem in stomacho paululum firmiori liquor ♂is ⊙aris. In forma sicca sit ♂ diaphoreticum ♂iale *Ludovici*, item tartarus ♂ialis, & tandem sal ♂is compositum, seu tinctura *Zwelferi* in forma sicca.

Cochleariam.) Hanc recentem ideo eligit AUTOR *noster*, quod in omnibus vegetabilibus antiscorbuticis sub exsiccatione fere pereat totum sal volatile, in quo tamen vis antiscorbutica consistit. Et sane probo hoc eò, quia, si gustentur arefacta illa, sine ulla acrimonia salina illa deprehendantur.

Nastutina) Cochleariæ substitui possunt Nasturtina.

Abstractitius spiritus) Spiritus cochleariæ abstractitius primario colligitur ab AUTORE. Etenim duplici modo spiritus ex cochlearia paratur, quorum alter ex fermentata, alter ex simplici abstractione, prodit: Illum rejicit AUTOR *noster* eam ob causam, quia sub fermentatione, dum recluditur textura misti, copiosum sal volatile antiscorbuticum auras petit, quod verum esse testatur odor cochleariæ penetrans, perceptibilis, & domum implens. Abstractitius autem spiritus fit per crebiorem spiritus vini à recenti cochlearia abstractionem, & tandem in MB. rectificationem; qua ratione penetrans, acris, & sale volatili acri turgidus spiritus acquiritur; qui si semel tantum à piperitide abstrahatur, mitè exacuatur, & penetrantissimus erit, præsertim, cum & hujus ▽ acerrima sit. Cæterum sunt, qui adhuc generosiorem spiritum exoptant è cochlearia, affundendo spiritum fermentatione paratum recenti cochleariæ, & ita sæpius à nova abstrahendo, tandemque ex MB. rectificando.

In essentiam antihypochondriacam pag. 458.) Sc. spiritus talis cochleariæ abstractitius affusus extracto ♂is cum succo pomorum, dabit optimam *Essentiam hypochondriacam* compositam; idem verò mistus cum succo recenti cochleariæ expresso, evadit in *Essentiam* optimam *antiscorbuticam*: Conf. PAULI *Quadr. Botan. Class. 3. pag. 268.*

Liquore recentiori hepatico ac splenetico) Hic notat AUTOR *noster* ZWELFERUM *pag. 211. Ph. Reg.* inaniter liquorem hepatico spleneticum parantem ex antispleneticis mediante liquore ⊖♀, sub specie, quasi sic volatilisetur ⊖ tartari; cum tamen vane hic liquor addatur, & destillando potius simplex ▽ acquiratur.

Syrupo quovis) Præfert etiam AUTOR *noster* hanc essentiam syrupo simplici & composito quos videb. in ZWELFERO.

Extractorum) Extracta omnia antiscorbutica sunt languida, quia sub inspissatione sal volatile, tanquam substantia horum nobilior, perit.

Cochlearia succo pag. 449.) Hic per se non est incongruum remedium in sero lactis rite depurato exhibitus, contra AUTOREM; & posito illud aliquid virium perdidisse, non tamen omnes aberunt.

Aquis destillatis) Aquæ antiscorbuticorum vegetabilium parum in recessu habent, & vehiculi loco ex pluribus sufficere possunt ▽ cochleariæ, & si haberi poterit ▽ piperitidis.

Raphani rustici, nasturtium, pag. 460.) Raphanus rusticanus, uti & Nasturtium aquaticum in succis expressis & infusis vel in vino vel in sero lactis, rejiciendi adeo non sunt; ac quidem liquor infusionis pro subjectis temperatis esto vinum dilutum; pro subjectis autem acrioribus succis præditis serum lactis.

Chelidonium minus) Hoc duplex occurrit: quorum alterum est sine sapore, alterum vero cum sapore acri junctum, atque hoc seligendum.

Semen sinapi) Hujus ⊖ volatile nobile est in scorbuto curando, præsertim hyemali tempore, quo recentia antiscorbutica non prostant. Sic & ex hoc cum calce viva paratus spiritus acerrimus elici potest, qui tamen non adeo frequenti est in usu. Contra inservit idem semen sinapi optime pro rubefacientibus, loco vesicatorii in tenellis applicandis, conquassatum sc. illud, cumque ♈ vel aceto subactum, loco corporis debito imponendum.

Trifolium fibrinum) Trifolium sapotis acris non est tam rarum, quia ubique in paludibus reperitur imo quantum hoc valeat, & vel cochleariam superet, d. in SIMONIS PAULI *Quadr. Botan.* vi *Class. 11. p. 159.*

Beccabungam) Beccabunga, SCHROEDERO Anagallis aquatica dicta, Planta est temperata, succulenta, quam etiam ad scorbutum commendant, & hanc ipsam aliis antiscorbuticis, præsertim acrioribus, pro earundem temperatura addere solent. Ad hæc in tumore pedum scorbu-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1227-9 DFG

tico, item in tumoribus inguinum post partum discutiendis, contusa extrinsecus applicatur.

℞ *destillatum cochleariæ pag.* 461.) hujus ob crasin concentratam gutta j. prævalet essentiæ ʒj. & rara est avis. Optime fit, si recipiatur cochlearia florens, & in incipiente seminis generatione constituta, hæcque dum vim suam concentrare vult in semine (Nam in seminibus vegetabilium crasis misti & vis vegetativa sub forma olei continetur) destilletur, & novæ plantæ prolectus affundatur liquor, hac ratione major olei copia, utut adeo non tanta, acquiritur, quod miræ est efficaciæ. Cæterum fit ex hoc *Magisterium cochleariæ* dictum, dum eo ipso imprægnatur saccharum, & faciunt Elæosaccharum, quod iterum irroratur succo cochleariæ recenter expresso; ita paratum Magisterium acquirit omnes vires cochleariæ, hocque D. D. MICHAELIS in crebriore usu habuit.

Volatilitate pollentioribus) Acetosa etiam potest addi: sunt enim quædam subjecta biliosa & succis acrioribus salinis prædita, quæ ejusmodi acria ferre nequeunt, cum hæc non sine effervescentia, phlogosi & exæstuatione, operentur; hinc in talibus cochleariæ acetosam combinandam esse, dicit; quo sc. salsum volatile tertium emergat. Conf. BARTHOLINUS *Volum.* 1. *Act. Haffnienf. p.* 35.

Residua) Splenetica Aperitiva hodiè non sunt adeò usitata propter ☿ialium, marinorum, & volatilium ex animali Regno præstantiam; unde inter illa selectum AUTOR *noster* instituit, quemque & nos sequemur: sicuti ex Hepaticis & Spleneticis, vulgo quidem, ast male Aperientibus dictis, cum potius sint corrigentia) eligemus cichorium sylvestre, hujusque tam plantam, quam radicem, item herbam & radicem taraxaci, cujus herba turget succo lacteo amaricante abstersivo, ad modum omnium Cichoraceorum, bilis correctivo, succorum vitiosorum temperativo, & ratione amaroris sui quasi nitro si alterativo. Porro selectui huic accedant radix Rhabarbari Monachorum radix caryophyllatæ, helenii & angelicæ, item herba centaurii minoris, herba & radix chelidonii majoris, herba fumariæ, absinthii & bellidis minoris, die gemeinen Gänse-Blümlein / ut & hepatica nobilis seu trifolium nobile. Tandem ex gummatibus addatur in specie gummi Ammoniacum. Jam verò parantur ex dictis speciebus recentibus Infusa; ex arefactis autem decocta, ubi tamen præ cæteris excellunt earundem extracta succosa juxta ANGELI SALÆ præscriptum paranda: Contra veteres Practici ex his parare soliti fuerunt Decocta & Infusa, sed hodie negligi solent, præsertim, cum vegetabilia illa respectu aliorum sint admodum languida; ut taceam quoque, horrido sapore esse prædita, quem si corrigere per saccharata studeamus, evadunt planè nociva in talibus affectibus.

Scorzonera pag. 462.) Hanc ex omnibus Intybaceis quoque eligit AUTOR, sed radix ejus nimis mucilaginosa est pro infuso: loco hujus ergo nobis placet, substituere cichorium sylvestre, & hinc taraxacum.

Cichorii radice, floribus, foliis) Cichorium succo lacteo amaricante est imprægnatum, sicut alias etiam tota planta, ejusque radix, simili amarore est dotata, ob quam amaritiem, hincque natam vim abstergendi & resolvendi, reverà particulis salinis quasi nitrosis turgent cichoria omnia; hinc temperant blande acidum, hincque natas quasvis præternaturales effervescentias & phlogoses sistunt, adeoque speciatim hepar refrigerare dicuntur. Emendant oleositatem bilis, augent ejus acrimoniam, & hinc abstergendo vitiosas sordes primarum viarum, partim alvum apertam servare, partim aliqua vi diuretica pollere observantur; propter quam vim salino ⊕oso volatilem evenit, quod libenter loca pinguia probe culta, adeoque nitrosa, incolere soleant: Conf. in specie SENNERTUS *de natura Cichorii in Paralip. p.* 77. Hinc propter plures affectus subalternatos polychrestum solet esse remedium, dum ardorem stomachi restinguere, sanguinis acrimoniam & fervorem temperare, epati & renibus prodesse, ob insignem amaritudinem ductum cholodochum reserare; adeoque, quicunque vitam prolongare conantur, hanc plantam sibi commendatam habeant, Autore DEODATO *l.* 1. *pag.* 251. Radix cichorii etiam contra hæmorrhagiam narium externo usu à quibusdam laudatur.

Optima ejus præparatio est, ut forti decoctione eliciatur ejusdem substantia succulenta, & ita inspissando in extractum redigatur cuivis ferè usui accommodabile.

Taraxaci) Eadem, quæ de cichorio modo insinuata, etiam ad taraxacum applicari debent, cum & hæc intybacea planta sit: Nempe succus lacteus acris intense amaricans optime temperat acidum in corpore peccans, hinc in morbis chronicis, epatis & mesenterii obstructioni adscriptis, item in intermittentibus, pleuritide, &c. item sanguine congrumato, succus ejus egregium est remedium; hinc misturis antipleuriticis eundem addere solet BARBETTE *in Praxi.* Hinc patet, quod ejusmodi aperientia, Refrigerantia, Epatica, &c. simpliciter sale volatili nitroso amaro, sapores acidos in chronicis peccantes alterante, & cruditates primarum viarum abstergente, saltem operentur. Atque hæc ipsa, quæ modo de taraxaco & cichorio dicta sunt, eadem quibusvis intybaceorum speciebus, v.g. scorzonera, aliisque similibus succo lacteo amaricante, non tamen caustico, imprægnatis, applicari possunt: de quo intybaceorum diffuso genere vid. præsertim HOFFMANNUS *de Medicam. off. pag.* 241.

Bellidem) Bellis minor plantula est polychresta, quæ in morbis chronicis ad purificandum sanguinem, ejusque dyscrasiam corrigendam, non incongruè aliis additur. Multum confert in sanguine congrumato resolvendo & discutiendo, unde singulare specificum est, si quis post nimiam exæstuationem corporis frigidiore haustu fuerit læsus, sive succus hujus plantulæ expressus usurpetur, sive ex eodem acetarium modo consueto præparetur: de quo vid. MINDERERUS *in Med. Militari pag.* 70. Conf. etiam PAULI *in Quadr. Botan. pag.* 21. Adhæc ad hydropem commendavit B. D. D. MICHAELIS, dum hujus beneficio & plantæ & florum dicto in jusculo bene expresso bis quendam ab hydrope liberavit; non secus ac alii ad inflammationem epatis hanc ipsam commendant plantulam. Præterea egregium vulnerarium est, tam potionibus vulnerariis additum, quam Decoctum ejus vulneribus applicatum.

Trifolii

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1228-5 DFG

Trifolii nobilis folia, pag. 436.) Trifolium epaticum seu epatica nobilis, rarioris olim fuit usus; nemo enim tam copiosum sal volatile in eadem observaverat, quod tamen demonstrat WEDELIUS *de Sale volat. Vegetabil. P.* 2. *pag.* 81. item in *Pharmacia pag.* 70. ratione cujus egregie antiscorbutica existit, morborumque chronicorum remedium. Veteribus saltem fuit commendata, utut ceu plantæ insipidæ parum fuerit tributum: lucem hinc fœneratur, quod asserit PAULI *in Quadrip. Bot.* ▽am epaticæ hujus cum ▽ pluviali destillatam egregiam esse cosmeticam.

Graminis radice) Radix graminis à plurimis etiam ad hypochondriaca mala, ad epatis & lienis infarctus, laudatur. Occasionem hujus effectus suggessit experientia in bobus, quod hyemali tempore ferè obstructioni folliculi fellei, ductusque ejus cystici vel à mucilagine viscosa vel concremento calculoso obnoxii sunt: ast æstivo tempore esu graminis iterum curantur & liberantur. Hinc apud Galenicos, præsertim Practicos, Decoctis & syrupis magistralibus longis radices graminis frequenter addi solent.

Acetosæ pag. 464.) Scilicet inter Hepatica ad calidam intemperiem hepatis vulgo sic dictam corrigendam excellunt acetosæ omnes & oxylapathum sapore acido blande incisivo prædita: verum si quid valent, faciunt id temperando acrimoniam alcalinam bilis loco juleporum, cujusmodi remedia ex acetosis parata suum locum inveniunt. Hinc vel eligeremus succum rubicundum ex acetosa recenter expressum vel hyberno tempore ex radice facta arida & semine decoctum, quæ instar vini rubri se commendant, & instar Julebi in æstuationibus ceu blandiora suum locum obtinent: utut quoque spiritu minerales acidi guttatim præstent, quod aliàs talia ex tempore parata cochleatim solent præstare.

Aquæ simplices) Ex omnibus spleneticorum & vegetabilium aquis pro vehiculo sufficere possunt vel ▽ fumariæ, vel ▽ florum acaciæ, vel cochleariæ, vel tandem tanquam maximè energeticæ aqua piperitidis, aut, si pompa placuerit, & aqua veronicæ.

Cichoraceapag. 468.) Præter aquam ex herba tota cichorei in usu est liquor ex floribus per putrefactionem (extraverso sic eorum alcali blando) & per pistationem in furno paratus, qui teste SENNERTO & HARTMANNO *de Ophthalmia* egregius est in inflammationibus & vulneribus oculorum. Eodem modo potest parari liquor ex floribus cyani.

Syrupis) Quia corpora nostra septentrionalia non bene ferunt saccharata, utpote effervescentia, & mucum relinquentia, hinc syruporum loco, saltem edulcorationis gratia misturis addendorum, unus altervè sufficere possunt.

Cichorii conditum p. 466.) In radice cichorii condita parum virtutis supereſt, utpote quam per diuturniorem coctionem perdidit.

Sal pag. 467.) Quia salia ex simplicibus refrigerantibus parata non sunt itidem refrigerantia, hinc loco omnium sufficere potest nitri vitriolatum.

Veronicam) Veronicæ, simplicis temperati, extractum eligit AUTOR *noster*.

Chamædris, *Teucrium*, *Chamæpitys*) Simplicia hæc sapore aliquali amaricante prædita ad morbos chronicos, speciatim epatis & lienis affectus, laudantur, quibus arbitror conferre speciatim, quatenus urinam moveant. Ulterius ad artuum & articulorum affectus, speciatim ad podagram, solent à multis commendari: sed revera ex his parum solatii promittere sibi possunt Podagrici.

Abrotani summitatibus, pag. 468.) Hoc commendatur vulgo pro alendis capillis & barba: Interim sufficit pro hoc scopo unguentum Buccetii (cujus compositio nota) quod aliquoties expertus sum.

Rhapontico) Scil. *Rha* est nomen generale multis plantis tributum, & vel *Barbarum*, vel *Ponticum*: *Rha Barbarum* ex India, à Græcis Barbaria dicta, allatum, iterum *duplex* est: vel *Rha Barbarum verum Chinense*; vel *Monachorum*, quod verum Hippolapathum est. Sic quoque *Rha Ponticum*, ex thracia & Ponto, Asiæ regione, allatum, pariter est *duplex*: nempe *verum*, vel *vulgare*: *Verum* est, quod describit ALPINUS *in eleganti Differt. de Rha pontico vero*, quod reperitur in Moscavia juxta flumen Bulgæ; & *vulgare*, quod idem est ac centaurium majus. Jam ergo hoc Rha Ponticum verum Alpini pro scopo alterativo; pro laxativo autem Rha Barbarum Chinense, seligitur.

Myrrha galbanumque suppedit) Ex gummatibus omnibus eligit AUTOR *noster* pro hac classe myrrhã & galbanum; ubi tamen loco posterioris ego gummi Ammoniacum certas ob causas usurpandum moneo.

Lacca) Ex hac prostat ℞ laccæ MYNSICHTI, egregia in cruentatione gingivarum, ulceratione scorbutica & fœtore oris, ex scorbuto natis, cujus loco tamen, si malum confirmatum fuerit, accipiatur *unguentum illud Deckers* in *Praxi Barbettiana pag.* 151. quod itidem præter salia lacca ingreditur.

Speciebus) Species dialaccæ quidem pro cachexia, & diacurcumæ pro hydrope & Icteto curando commendantur interim loco illarum accipiantur potius earum tincturæ.

Agerato) Ageratum seu Eupatorium Mesuæ veteribus in usu fuit ad morbos chronicos modernis rarissimè adhibetur.

Centaurium minus, pag. 469.) Centaurium minus & absinthium optimè jungi possunt cum ambo in crasi & virtute medica subrespondeant.

Chelidonio majori) Chelidonium majus egregium simplex est, quod vix in regno vegetabili habet par pro ictero curando. Cæterum usurpatur ejus succus per se, vel idem terendo plantam cum cerevisia prolectus, vel quoque Infusum radicis in vinofactum; His euporistis aliquot ictericos fuisse curatos memini. Imo in variis decolorationibus corporis post morbos chronicos relictis, adeoque ex inertia vel defectu bilis ortis, huic chelidonio laudem tribuimus: non secus ac illud quoque est appropriatum Ophthalmicum, quemadmodum BURRHUS inde suum liquorem paravit, humorem oculi ▽eum expressum restituentem: quo de conf. BARTHOLINUS *Ep. de Cerebro*; imo ex eodem chelidonio & cancris CROLLIUS & MYNSICHTUS ▽am suam ophthalmicam pararunt.

Curcuma) Radix curcuma veteribus jam usitata scrupulum movet: an nostras cum hac sit eadem? quæ alias flava amaricans diureticum est non inelegans; contra Serapionis & Arabum fuit chelidonii majoris radix, sicut Dioscoridis & Græcorum Cyperus Indicus. Nostra hodierna, ex India Orientali allata, in loco natali dicitur Crocus subterraneus: conf. BONTIUS *in Comment. ad Garciam ab Horto*, & ERASMUS FRANCISCI im Ost-Indianischen Lust-Garten. Indi

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1229-3 DFG

utuntur in menſium & urinæ defectibus & difficultatibus. Curcuma hæc hactenus experta fuit in ictero, præſertim ſi fuerit ſociata cum ☿ialibus; & ex hac paratur cum ſale fixo & ſpir. vini eſſentia pro ictero curando loco ejus tamen & radix chelidonii majoris noſtratis ſumi poteſt.

Fumaria p. 470.) Ex fumaria, nitroſa in receſſu, commendatur ab Autore extractum ſuccoſum, totam plantæ craſin continens; utut nec conſerva rejicienda ſit in affectibus ſcorbuticis juxta nonnullos.

Epithymo ac Cuscuta) Fumariam ſi habemus, non indigemus Epithymo, cuscuta, &c.

Filicem) Filix veteribus pro ſplenetico commendata, hodie rari eſt uſus. Datur ejus mas & fœmina ex radice maris inciſa mucilago gummoſa exſudat quæ ad ambuſtiones à nonnullis commendatur; fœminæ per transverſim diſſecta radix imaginem aquilæ repræſentare, utut falſo, dicitur: confer. VELSCHIUS *Hecatoſt. p. 505.*

Tamariſci corticem. p. 471.) Tamariſci cortex ad catarrhales affectus commendari ſolet, dum nempe corticis ℥vj. coquuntur in ▽æ menſ. vj, ad dimidias: cujus decocti potus exhibitus, ita, ut omnis ſalitorum ciborum nimius vitetur uſus, & corpus ejus ſemper ſit apertum, mirè ad affectus catarrhales & artheticos commendatur: hydropicis etiam prodeſſe ferunt. Æqualium ferè eſt cum cortice fraxini virium unde frequenter ſimul ſolent præſcribi in infuſionibus, item in eſſentiis & extractis, affectibus chronicis hypochondriacis dicati, dum præter vim alterandi habent ſimul egregiam vim diureticam.

Capparumvè corticem) Capparis, & eorum radicum cortices, ab antiquis interne pro uſurpatione commendati quidem ſunt: interim, utut quodam modo ſint nitroſi, tamen imbellia remedia ſuggerunt. Fructus condimentum ſaltem ſunt.

Oleum) Oleum externè non adeo validum eſt. ZWELFERUS habet ♁ compoſitum ſpleneticum ex ſale & gummi ✱co.

Scolopendrium vulgare) Semiſanos in cereviſia infuſum juvat, & præterea non. Pro cereviſiæ conditura uſurpatur.

Vero) Scolopendrium verum, Græcis aſplenium, ἀσπλήνιον, Arabibus zedarach, dicitur, Germanis Milz-Kraut. Frequenti in uſu eſt ad morbos chronicos, & præſertim cereviſias & vina medicata ingreditur; quæ ipſa non incongrui uſus ſunt pro cura mali hypochondriaci, ſcorbuti, affectuum ſplenis, &c. præſertim, ſi alia appropriata addantur, & cum iſtis liquidis una fermententur.

Fraxinus, pag. 472.) Hujus cortex ſpleneticis aliàs commendatur, interne rarioris pro nunc eſt uſus: ∽ autem ligni acidus & ♁ hinc deſtillatum nihil ſingulare habet, cum illa vix à ſpiritu ligni querni aut guajaci differant, ſed coincidant; adeoque unus horum ſufficiat. Interim vis externa ſympathetica ligni fraxini non eſt de nihilo, dum affrictu ſui non ſolum vulnera recentia, ſed etiam obſervante me ipſo, hæmorrhagiam narium, iis admotum, curet; ubi tamen legitimo tempore illud colligendum venit. Jam vero tempus hoc docet BORELLUS *Cent. 3. Obſ. 78.* & HERTODIUS *in Tartaro, Maſtige Moraviæ, pag. 118.* Porro ſeminis fraxini oleum per veſicam deſtillatum GLAUBERUS ceu nobile nephriticum aperitivum commendat: ejus denique ſeminis ſal volatile apud AUTOREM *noſtrum* ſe vidiſſe WEDELIUS *Tract. de ſale volat. pag. 14.* fatetur.

Lupulum) quanta hujus vis ſit, poteſt quotidiano uſu quivis hariolari.

Turiones) Juli lupuli non incongrui ſunt vi aliquali fermentativa ad M.S. alterandam, & hinc alvum ſuaviter laxandam.

Syrupum) Ex omnibus ſyrupis poſſumus vel ſyrupo de fumaria vel & de cichorio, eſſe contenti.

Spiritus p. 473.) ∽ unus vel alter loco omnium ſufficiat: v.g. ∽ cochlear. abſinthii.

Eſſentias officinales, pag. 474.) Modus parandi extracta & eſſentias vegetabilium, eſt hic elegans: ſc. ſunt earum quædam ſubjecta volatilia; & hæc iterum ſunt vel ſimpliciter reſinoſa, vel ſalino-gummoſo-reſinoſa. Jam ergo, ſi ex volatilioribus, qualia ſunt antiſcorbutica, parare velimus eſſentias, tunc ad imitationem cochleariæ eſſentiæ ex ſucco depurato cum ſpiritu proprio ſecundum PAULLI *in Quadr. Botan. pag. 268.* paravi eandem nunc antiſcorbuticam, nunc antihypochondriacam: Quæ vero ſunt naturæ paulo fixioris, & quaſi gummeo ſalinæ, ex illis jam recentibus exprimitur ſuccus, vel ex iisdem exſiccatis decoctum cum ▽ fit, & ad imitationem ANGELI SALÆ hinc proceditur: adeoque, ſi eſſentiam vel extractum alterativum, vulgo aperitivum dictum, in chronicis morbis proficuum deſideramus, tunc recipiamus abſinthium, centaurium minus, chelidonium majus, fumariam, taraxacum & radicem helenii; hæcque vel recentia vel exſiccata infundamus cum ſuboctupla parte ſalis fixi in ▽ ſimplici, hinc macerata ebulliant invicem in M̄. clauſo, deinde expreſſione valida eliciatur ſuccus per reſidentiam ſui depurandus, & inſpiſſandus ſucceſſive in conſiſtentiam mellis: habebitur ſic extractum compoſitum, quod ipſum vel cum ▽ vel ſpiritu abſinthii, vel fumariæ, vel cochleariæ, vel ſolitariis, vel ſociatis omnibus hiſce, ſimul extrahatur in eſſentiam ſeu tincturam, quæ aliquali menſtrui evaporatione denuo in debitam extracti conſiſtentiam redigatur & aſſervetur: ubi & loco dictorum ſpirituum ∽ ſalis ✱ci cum ▽ paratus ſumi, & extracto ſupra dicto pro tinctura elicienda infundi poteſt. Tandem vegetabilia reſinoſa, v.g. ligna & radices laxativas, quod concernit, ex his optime elicitur eſſentia cum ∽ vini tartariſato, pro re nata poſtmodum inſpiſſanda & aſſervanda.

In tot Decoctis pag. 475.) Sc. mille decocta apud veteres proſtant, ſimplicia & compoſita: Sed hæc ſunt jam rarioris uſus, eo quod ea ex tot ſimplicibus compoſita parum de ſingulis contineant, imo maxime nauſeoſa ſint, nec ſine labe ſtomachi aſſumi queant: Conf. ZWELFERUS, *tam Animadv. quam Pharm. Regia.*

Electuaria) De his & confectionibus hepaticis & ſpleneticis, idem eſto judicium: nempe ſaccharata hæc nocent in affectibus chronicis, & nauſeoſa ſunt maximè hæc Electuaria.

Pulveres pag. 476.) Hinc etiam pulveres vegetabilium non ſunt amplius in uſu, & horum loco eſſentiæ & extracta vegetabilium ſufficere poſſunt.

Nec pilularum pag. 477.) Par eſt ratio de pilulis alterantibus: veteres in uſu ſaltem pilulas purgantes habuerunt, quibus alii poſtmodum pilulas pro ſcopo alterativo ſociarunt. Hodie vero in morbis

morbis chronicis saltem laxativæ in usu sunt, harumque basis utplurimum est aloe cum gummi ✱co; illa nempe pro laxativo, hoc verò pro incisivo scopo.

Ammoniacum) Hoc, sed male, rejicit AUTOR, quodisane miror; cum contra illud nobile sit pro visciditatibus incidendis & resolvendis, in forma non tantum liquida pro scopo aperiendi alvum, sed & pilulari: Ut taceam ejusdem usum externum in scirrhis discutiendis.

Depuratum) Cæterum gummi ✱ non crudum adhibetur, sed ordinario solutum in vino vel in aceto propter festucas sibi admixtas, & inspissatum; & potest ex ejusmodi gummatibus duplex substantia elici: gummosa & resinosa, cujus modum videb. in ANGELO SALA *Tr. de Essent. Veget.* interim tamen extracta horum separata non tantum valent quantum ipsum integrum gummi.

Essentia ejus liquida) ▽ solitarius & tartareus, extrahit resinosam eorundem substantiam: sed est saporis nauseosi.

Oleum) Tandem ex his gummatibus per vesicam prodit:

1. Oleum blandum,
2. Fœtidum,

quod ipsum utrumque egregium est pro usu externo; internus eorum usus ratus est.

Aceto pag. 478.) Acetum est ⊖ vini acidum ♀eum fermentando resolutum, & hinc exaltatum, adeoque in fluorem redactum, quod magis magisque resolutum partim præcipitat, partim figit vini partes alcalinas, & sic simul figit spiritum vini volatilem in recessu alcalinum: sc. mustum abundat alcali, vinum est medium, acetum vero quasi alterum extremum, in quo acidum exaltatum dominatur.

Vitriolica) Sunt, qui aciditatem aceti dicunt esse vitriolicam, sed male; quin potius illa est alius naturæ præ acidis mineralibus, hincque suo modo acidum vitrioli & aceti sibi contrariantur. Etenim solutiones perlarum, coralliorum, &c. cum aceto factas ☌ vitrioli instillatus præcipitat, & apparenter destruit. Interim, si illud suo modo cum acido quodam minerali conciliari debet, fiat illud cum acido nitri; qua ratione acetum cum spiritu nitri mistum & abstractum solet acuari.

Vini) Quod ergo attinet ✠ simplex, plura sunt ex vegetabilibus parata; ex omnibus tamen præstat ✠ vini propter subtiliores, actiores, penetrantiores, ac volatiliores acidas particulas: præsertim præferendum est in remediis metallicis.

Cerevisiarium) Scilicet, quo magis oleosum seu pingue est acetum, eò minus generosum existit, unde si illud agitatur, in copiosas bullas efflorescit, quæ signa sunt visciditatis oleosæ. Atque cum cerevisia lupulo pingui & oleoso condiatur, diutius asservetur, hinc acetum cerevisiarum propter pinguedinem lupulinam præcæteris ebullit, & empyrevma contrahit.

Accidentarium pag. 479.) Notum autem est, quod vegetabilia fermentando ex ♁ resoluto prius spirituascant, postmodum acescant. Sunt, qui ex vegetabilibus fermentatis post spiritum abstractum, extendendo ulterius fermentationem, acerum postmodum parant: interim tamen vilius hoc fit.

Fructuum succos) Sc. aceta artificialia ex succis vegetabilium fiunt, quando sc. pyra aut poma sylvestria nondum matura exprimuntur in succum, & in hoc deinde suspenduntur fæces vini in nodulo contentæ; ita propter harum alcali agens in acidum succorum fermentationem concipiunt, qua fermentatione in acetum acre succi illi abeunt. Nonnulli piper, zingiber similiaque aromata acriora addunt, ut fermentatio intendatur, & tartari reclusio adjuvetur. Confirmat hoc ZWELFERUS *in Append. ad Pharm. Aug. pag.* 21. Quando scribit: *acetum vegetabilibus affusum, non perinde ac si mineralibus, perlu seu corallia admotum fuisset, destruitur, sed acrimoniam potius illius notabiliter intendit;* quibus tamen acetis succi citri, berberum, &c. æquipollent.

Ribium) Acetum ribium prodest in febribus & siti.

Magisteria plumacea,) Sunt inventum ZWELFERI, *in append. ad Pharm. Aug.* reperiendum: Jubet recipere ✕ vel ✠ simplex, seu ☌ ⊕is; sed ✠ simplex præstat.

Salia) acetum simplex fortius solvit & magis figit remedia alcalia, quam destillatum; id quod patet: vitrum enim ♂i & crocus metallorum aceto crudo infusa, magis emetica deprehenduntur, quam si cum aceto destillato fuissent tractata.

Ast Infusa simplicia,) Sc. instar omnium acetorum infusorum esse potest rutaceum, vel & illud alexipharmacum & Bezoardicum, quod AUTOR *noster pag.* 269 dedit. Potest etiam simpliciter ex baccis juniperi, myrrha & camphora parari.

▽ *apoplectica amara, pag.* 480.) Ex tempore fieri potest, si ▽ *apoplectica* cum ana *aceti rutacei* misceatur, additis guttis aliquot *essentiæ castorei.*

Syrupus acetosus simplex) Extempore talia fieri possunt. Procedit autem ex ▽, *aceto* & *saccharo*; ubi tamen loco hujus ex tempore succus citri aut cydoniorum, berberum, ribium, &c. cum aceto sufficit.

Liquorem, pag. 481.) MYNSICHTUS habet *Magisterium coralliorum rosatum*, paratum *solutione coralliorum* cum aceto, & *præcipitatione cum spiritu vitrioli*; remanenti *succo composito* ex aceto solvente & spiritu vitrioli post præcipitationem factam addit *saccharum*, sicque vocat *syrupum coralliorum rosatum.* Cæterum nota, quod, quando tale corpus ostracodermum, v. g. corallia, per acetum solutum, & per spiritum vitrioli ☌atum sit, & liquor remanens novis coralliis seu concretis affundatur, tunc ab aceto solvantur eadem, & à spiritu vitrioli adjuncto sub solutionis actu ☌entur, quorum hoc negotium si non amplius succedat, addatur *saccharum*, sic habebitur *syrupus corallatus Mynsichti.*

Acetum destillatum) Sc. in aceto simplici acidum tartari fixius hæret, contra in aceto destillato est illud volatilius, quod ascendit; hinc inter utrumque hæc differentia est: quod pro scopo figendi sumendum sit acetum simplex; pro scopo resolvendi vero & penetrandi acetum destillatum ut vegetabilia cum aceto destillato præparata sint durabiliora; cum contra in aceto crudo lateat quoddam fermentum alcalinum, disponens vegetabilia ad sui corruptionem.

Communi tantum more, p. 492.) Si destillandum est acetum, fiat hoc ex vesica cuprea (nam in cucurbita partim ebullit, partim propter ♁ junctum empyrevma contrahit) refrigeratorio suo instructa, per alembicum vitreum. Equidem hic objici potest: particulas venereas sic simul elevari; sed est inane periculum: Siquidem cum ☌ ⊕ rite rectificatus nihil de cupro participet, proin neque ejusmodi particulæ cum ✕o elevabuntur.

Viridis aris spiritus) ~ ⊕is quidem cum aceto destillato in multis coincidit, revera tamen est magis concentratus, & penetrantior; adeoque corallia, perlas, similiaque corpora solvendo, eadem fere aciditate denuò abstrahi, & pro novis solutionibus adhiberi potest.

Cum melle destillatum) Ita prodit acetum magis oleosum, nullius prærogativæ aut pretii: Verum si à sale communi vel gemmæ abstractum, acuatur magis.

Vomitorium pag. 482.) Acetum seu ▽ vomitoria fit destillando acetum per alembicum ♄inum, hac ratione acetum rodendo ♄um complectitur in se saccharum ♄ni in forma liquida, sicque vomitorium evadit: per se quidem idem vitriolum seu saccharum ♄ni vomitorium non est; in paulo autem largiori dosi, v.g. à ℈ß. ad gr. xv. vomitum quoque excitare solet, propter nauseosum dulcorem.

Crystallos) Scilicet acetum post sui destillationem relinquit magma, quod inspissatum reddit tartarum genuinum subtiliorem, qui ceu subtilior vini tartarus cremori tartari addi, & ita dispensari cum his poterit.

Elixyr propriet.) Hic præmoneo, Autorem hujus Elixyrii esse PARACELSUM, ex *aloë, myrrha & croco*, mediante *sale* suo *circulato* id parantem; indeque eidem mirabiles attribuere effectus, dicendo: quod, sicut aloe & myrrha cadavera possit præservare à corruptione, multo magis ipsa corpora viventia. Jam verò, cum sal istud circulatum sit liquor alcahest, hinc alii idem Elixyr cum succedaneo menstruo parare intendunt: & quidem cum ℣ aloen & myrrham, tanquam subjecta oleosa concentratiora, non queat ex voto penetrare, hinc addiderunt Autores eidem nunc stimulum acidum, nunc alcalinum & urinosum: Inter acidos sunt ~ salis, vitrioli, Philosophicus, ~ sulphuris, ⊕is, &c. quibus spiritum vini ad subtiliem acoris sensum impræguarunt: inter alcalia, (cum omnia subjecta acida ferre nequeant) fixa sunt vel ⊖ tartari, vel sal istud ex tartari & nitri ana per detonationem paratum; in quorum lixivio extrahuntur & solvuntur aloe, myrrha & crocus, hincque inspissata in extractum rediguntur, & per affusionem ~ vini in elixyr, affectibus mulierum & infantum dicatum. Ubi & alii loco salis fixi assumunt spiritum salis ✱ci vinosum, qui affusus ingredientibus, dat elixyr proprietatis volatile, itidem in affectibus mulierum & infantum egregium. Insuper HELMONTIUS ubique urget elixyr proprietatis cum liquore Alkahest parandum: sed, quæ hujus est invidia, liquoris hujus præparationem reticet. Interim succedaneum aliud *Elixyr* paulo *album* ex commiseratione per simplicem digestionem conficiendum docet, qua in parte tamen fraudulentus est, cum album hoc jam descriptum prostet de verbo ad verbum in PARACELSO *l.* 8. *Archidox.* resolvuntur *Ingredientia* per diuturnam digestionem in ☍ essentiale, quod mediante ▽ *cinamomi* per alembicum elicitur Verum parum hoc elixyr album in recessu habet, cum sit saltem ☍ ingredientium horum essentiale, quod quidem de crasi illorum participat, in effectu tamen vix superans elixyr nostrum vulgare. Indeque nobis ob periculum vitrorum diffringendorum sufficiat elixyr vulgare acidum & urinosum; acidum quidem, mediante spiritu sulphuris paratum, in affectibus stomachi; non acidum verò, mediante sale tartari paratum, in defectibus bilis. Etenim quicquid quærimus in bile naturali, hoc invenimus in elixyr proprietatis sine acido.

Terebinthinato pag. 484.) Sunt qui loco spir. vini nunc alcalisati nunc acidulati, assumunt spiritum terebinthinæ, aut aquam illam inertem à nitro & manna abstractam: ast ubique sic minus succedit negotium.

Elixyris cephalici) Sunt, qui accipiunt ~ vitrioli, & affundunt caput mort. vitrioli ex ♎e impræguato, seu vitriolo regenerato; sic efflorescit illud in sal mediæ naturæ inter vitriolum & ⊖ nitrosum: de hoc spiritum vitrioli abstrahunt, & tandem cum ℣ miscendo mediante hoc elixyr proprietatis cephalicum inde dictum parant. Ast & hoc parum in recessu habet, cum commune acidum hoc idem præstet, quod illud.

Pro nitro fixo) Loco alcali tartari vel nitri AUTOR monet pro Elixyr proprietatis sine acido confectione recipi posse ♃am foliatam tartari, cujus modus hic: nempe *aloes, myrrha, croci*, & ♃ *foliata tartari* ana, vel & illorum trium ana cum hujus duplo, teratur invicem probe in mortario, hincque tritura ista bene in corporatis affundatur ℣ q. s. ita post blandam digestionem prodit *elixyr proprietatis tartareum* egregium, mediæ naturæ existens inter acidum, & sine aciditate, quod aliquatenus inspissatum dosi ʒß. propinari poterit.

APPENDIX.
TIT. XIII.

APerientia, quæ ita dicuntur, hypothesi de viscerum obstructionib9 innituntur, cum tamen talia, v.g. absinthium, lapilli cancrorum, salia fixa & volatilia, ☌ialia, &c, prosint saltim, quatenus vitiosos in corpore succos acres, salsos, amaros, in specie acidos, & inde vitiatam sanguinis crasin, indeque derivata vitia bilis, lymphæ, succi pancreatici, digestionum, errore præsertim primæ digestionis subnatos, corrigunt, emendant, & in statum naturalem reducunt; nunc in genere acidum nimium destruendo, nunc idem austerum corrigendo, nunc bilem inertem acuendo, nunc acriorem temperando, nunc in specie specialem causæ morbosæ saporem textura specifica delendo. Siquidem à tali succorum ametria, indeque natis vitiosis effervescentiis in primis viis, & inde læsa sanguinis crasi naturali, morbi, & in specie chronici, oriuntur. Interim Aperientia, dum rejiciuntur, suo modo viscidum incidentia, glutinosum attenuantia, non contemnenda, uti sunt gummata, in specie ammoniacum ♀ vitriolatus, &c.

Quod veto ex acidi, alcali, pinguis, &c. notionibus hæc ipsa explicentur, fit propterea, quia textura particularum minutissimarum in concretis, eorumque seminalis crasis certo à priori definiri adhuc nequit: Ob id secundum particularum quarundam, in concreto magis prædominantium, in specie per acidi & alcali proprietates, circumscribi solet:

1. Quia dictæ salinæ particulæ in rerum materialium textura & seminali crasi primatum obtinent, non secus atque aliàs hæ ipsæ fere catholica naturæ instrumenta in corporibus per semina constitutis, horumque operationibus, esse solent.
2. Quia ex iis effectibus quamplurimi naturales aptè deduci possunt.

Præterea ipsa hæc remedia alterantia in quibusvis ferè scriptoribus etiam quædam calida, quædam frigi-

frigida, item ficca ac humida, esse dicuntur; idque pro varietate graduum diversimode. Circa hanc doctrinam quoad calida & frigida sic dicta vegetabilia aperientia & alterantia imprimis assertum TACHENII observandum, quod habet *Hippocr. Chym. cap.* 19. dum in frigidis prædominari alcali, in calidis verò acidum, asserit. Hoc ut pateat, consideremus alterantia calefacientia, qualia sunt v. g. absinthium, carduus benedictus, fumaria, centaurium minus, cochlearia, nasturtium, item aromata quælibet & omnia aromatica, ut mentha, rosmarinus, semina calida majora & minora, &c. Omnia hæc, quæ omnium consensu inter calida referuntur, habere in se substantiam resinosam plus minus acrem, unde mediante spir. vini essentias & extracta resinosa suggerunt, in quibus omnis vis calefaciens residet, ita ut saltem cadaver medicamenti remaneat. Resina nihil aliud est, quam ⊖ volatile ab acido pingui plus minus acri & occulto concentratum, unde etiam hæc ipsa omnia fere propter acidi præsentiam fermentando in spiritum volatilem omnium consensu calidum, redigi possunt. Spiritus hic nihil aliud est, quam ♁ resolutum, quod aliàs in forma olei destillati (quæ omnia sunt calida, tam ex vegetabilibus, quam animalibus elicita) obtineri potest: quod ♁ destillatum nihil aliud, quam resina liquefacta est, sicut olea destillata ab acidis in resinam concentrantur. Unde etiam omnia ista calida vegetabilia ob acidi præsentiam calcinando sal fixum suggerunt; omnia etiam ea, quæ odorifera sunt, destillando omnia fundunt. Omnia hæc ostendunt in resina & speciatim parte ejus acido pingui, vim calefaciendi consistere; nam omnia hæc phænomena in frigidis defectu acidi saltem, non adeò potentis aut activi, deficiunt: Ergo vis calefaciendi in vegetabilibus calidis consistit in acido pingui, unde concentratur sal volatile concreti: & quo acrius fuit hoc acidum pingue, eo calidius (ut in cinamomo & caryophyllis) erit subjectum; quo mitius verò, seu temperatius fuerit, eò moderatius erit subjectum, v. g. in mentha, fœniculo, & aliis similibus.

Frigidorum vim contra consistere in sale volatili macro, ostendunt v. g. vegetabilia succulenta, sempervivum, beccabunga, portulaca, item omnia intybacea, ut cichorium, endivia, lactuca, taraxacum, uti & bellis, epatica nobilis, item plantago, oleracea quælibet: Quo etiam spectant plura vulneraria, quæ tamen magis temperata sunt, quatenus alcali fere salso constantia ad frigiditatē inclinant; non secus ac quælibet alcalia fixa quæ libet alcalia volatilia non oleosa, ut spiritu salis ✱ci, itē sperma ranarum, succus cancrorum fluviatilium, &c. revera inter refrigerantia locum habent: unde hæc ipsa defectu acidi nec fermentari, nec ex iis sal fixum, nisi ex quibusdam, idque parcius, haberi potest, defectu nempe acidi, sine quo ista præparata haberi nequeunt. Vulneraria quidem sal fixum suggerunt, & ex talibus essentiæ resinosæ elici possunt, quatenus in talibus aliquantulum acidi pinguis paulo intensius quam in cæteris refrigerantibus, observari solet: Nempe quodlibet vegetabile aliquantum pinguis acidi, tanquam objectum virtutis seminalis obtinet.

In genere ergo remedia, quæ dicuntur calida, ita dicuntur vel respectu partium solidarum, vel liquidarum.

Respectu solidarum partium) dicuntur ea *calida*, quæ immediate sensum tactus afficiunt, dum ea quadam partium quarundam acrimonia dotantur, quæ fibras & nervulos ita subeunt, ac tam concitatum motum efficiunt, ac si essent △is corpuscula (& hæc acida) v.g. ∽ nitri, si gutta j. ejus manui incidat: vel alcali fixum recens linguæ admotum, vel ∽ salis ✱ci rectificatus.

Respectu partium liquidarum calida dicuntur ea, quæ earundem crasin immutare, motum intestinum fermentativum intensiorem reddere, & ita caloris sensum excitare valent: qualia observantur esse subjecta præsertim pinguia concentrata, adeoque in recessu plus minus acida vel salso acida caloris effectum exserere videantur, uti in spiritibus inflammabilibus, ♁eis destillatis, aromatis, resinis acrioribus, &c. manifestum est; cum omnis calor p.n. ab acido ordinariò habere originem soleat.

Frigida contra *remedia*, quæ vel nullam talem impressionem in partes solidas sensuales faciunt, vel eam ab aliis particulis excitatam, harum motum sistendo, aut eas absorbendo, sufflaminant: qua ratione v.g. ♄ frigidus & inflammationes sistere dicitur, dum acidum, unde ardor & inflammatio, absorbet; vel ea dicuntur frigida, quæ respectu contentorum corporis, speciatim massæ sanguineæ, eadem plus minus inspissando, & fermentationem ejus ita coercendo, vel quæ ex acido excitatum calorem per intensiorem fermentationem, acidum pingue corrigendo aut temperando, calorem sistunt. Hinc acida mineralia nitri, vitrioli, sulphuris, &c. refrigerare dicuntur, texturam corporis contentorum immutando, & massam sanguineam plus minus condensando, aut saltem vi fixativa fermentationem imminuendo: cornu cervi vero, corallia, succus cichorii, &c. refrigerare dicuntur, quatenus acidum absorbendo, aut istud temperando, inde natas æstuationes compescunt; quo etiam ⊖✱, ⦶, aliaque subjecta similia alcali copioso constantia, pertinent.

Sicca remedia) Sunt ea, quæ substantiam humidam corporis, eamque vel roridam nutritivam, vel serosam distributivam, *primo* imbibunt, ut calcinata omnia, v. g. C. C ustum, *secundo* eandem colliquefaciunt & resolvunt, & ita colliquefacta & attenuata ad successivam dissipabilitatem, adeoque insensibilem absumptionem disponunt, ut acria, amara, aromatica calida omnia v.g. absinthium, caryophylli, piper, essentiæ lignorum, &c. aut tertio sensibiliter eandem evacuant, ut sunt purgantia, sudorifera, diuretica salivatoria &c. præsertim diutius continuata.

Humida) contra erunt, quæ vel substantiam talem suggerunt: ut probè nutrientia temperata, v. g. passulæ, amygdalæ, oriza, gelatinæ carnium, & in genere omnia, quæ probè sunt nutritiva; item quælibet potulenta, cerevisiæ, &c. vel quæ illorum absumptionem sistunt, ut temperata, anodyna, refrigerantia, dicta, quæ colliquationem impediunt vel denique, quæcunque evacuationes inhibent. Duo inter ista acria, acida & alcalia, unde calefactio & refrigeratio intermediant, nulla salina facultate excedentia, adeoque vel sapore dulci, vel blanda seu temperata oleositate aquea, vel substantia mucilaginosa, se nobis exhibentia; ut passulæ, glyzyrrhiza, amygdalæ dulces, semina frigida dicta, mucilagines seminum, gummi Arabicum, ♃ commune, lac, pinguedo ani-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1233-2 DFG

animalium, &c. Hæc ipsa interne acre quodcunque, in specie salsum dum obtundunt, dicuntur *Temperantia*; dum quasi inviscant, dicuntur *Incrassantia*; dum fauces lubricant & oblinunt, dicuntur *Lenientia*; dum extra imposita acre dolorosum mitigant, & ita fibrarum ex dolore spasmum remitti faciunt, *Anodyna* dicuntur; dum eodem modo, temperando utrumque acre horum, amicam unionem in salsum tertium, adeoque plus promovent, simul *Maturantia* seu *suppurantia* dicuntur.

TIT. XIV.
DE STOMACHICIS ET UTERINIS.

Stomachalium pag. 485.) Inter remedia alterantia calida præ cæteris excellunt aromatica dicta, quæ suavi odore plus minus penetrante & sapore grato plus minus acri & amaricante, crasin suam in sale volatili oleoso, h. e. à pingui plus minus acido concentrato constitutam habent, id quod in eorum ♁ destillato, totius concreti crasin possidente, patet. Ratione hujus salis volatilis ♁si in suo concreto temperant acida fixa, cruditates viscidas resolvunt, adeoque cruditati acidæ, & inde congestis sordibus in intestinis & stomacho, indeque natis flatibus, ex acido fermentante in materia viscida oriundis, optimà conducunt: Ob id stomachica omnia itidem *carminativa* seu *flatuum discutientia* esse solent.

Hæc inter stomachica præstantiora sunt Radix ari, acori veri, tormentillæ; HB. absynthii, menthæ; baccæ juniperi, lignum Sassafras, aromata quælibet, in specie zingiber, piper nigrum, nux moschata, & denique pro conservando tono instar partium, cydonia, præter alia supra inter Alterantia & diaphoretica recensita.

Ex Regno minerali imprimis ☉✱, arcanum duplicatum & ♀ vitriolatus conducunt quibus in hypochondriacis & ♂ ialia socianda sunt.

Inter præparata eminet ▽ menthæ & fœniculi, item *pulvis* quidam *stomachalis*, quo simplicior, eo melior, ex *arcano duplicato* cum *pipere*, aut quod ex *radicis ari acris* non præparatæ part. iij, & *extracti tormentillæ cum spiritu vini parati* parte una conficitur; item *Elixyr stomachale*, parandum ex *spiritu menthæ, herbæ propriæ* affuso & edulcorato; cui pro lubitu adhuc *seminæ 4. calidæ majoris* addi possunt: item elixyr proprietatis tam vulgari modo cum acido quam cum tinctura tartari acri rite paratum. Pro *vino stomachali medicato* sufficiat, quod paratur ex *absynthio, mentha, radice helenii*, & *acori vino* infusis. Loco Electuariorum stomachicalium radix zingiberis in India condita, vel acorus nostras rite conditus, sufficiat.

Tandem pro litu stomachali, præter emplastrum & tacamahaca, sufficiant ♁ ea composita ex ♁ destillato juniperi, cua pro lubitu ♁ ea destillati menthæ & macis addi possunt, quæ ipsa etiam ♁ eo nucistæ expresso in Balsami seu unguenti consistentiam redigi possunt.

AUTOR *noster* ex alterantibus appropriatis stomachalibus eligit radicem ari, Hbam absynthii, zingiber & pipernigrum: quibus tamen nos recte addenda jubemus herbam menthæ & radicem acori nostratis seu calami nostratis; ut adeoque hæc 6. simplicia nobis sufficiant.

Ari radix) Radix ari acerrima est, & acrimonia quasi caustica insignita, sicut & ipsa ejus folia; & utut baccæ sint dulces, tamen semen in his acerrimum deprehenditur, & in hoc sale volatili acerrimo consistit ari virtus, cruditates viscosas plus minus acidas, ex deficiente stomachi digestione & cruditate relictas, dissolvens, corrigens, detergens, & intensum appetitum provocans. Unde frustranea est quæcunque radicis ari præparatio, & per acida correctio, mirorque AUTOREM *nostrum* hac in parte: hæc enim, sive infundatur in aceto, sive ebulliat in vino, sive in umbra exsiccata impregnetur spiritu vitrioli, ubique superfluus est labor, quia castratur sic virtute sua, quin potius assumatur vel recens & integra, vel & solummodo in umbra exsiccata; nam & sic hyberno tempore usurpata acrimonia sensibili fauces ferit. Cæterum usus recentis radicis est, ut minutissimè incisa ad cuspidem cultri cum spiritu vini hauriatur, qua ratione medetur apepsiæ; contra siccata in pulvere dosi 2. aut 3. cultri cuspidum, & sic mane in vehiculo calido assumi poterit.

Fecula) Contra AUTOREM est fex ari iners, nullius usus, & omni sale destituta.

Mixtura) Sc. liquorem feculæ aronis præparandæ supernatantem quidam cum pauco saccharo & aceto in consistentiam syrupi inspissant: ast vano cum successu, cum sal omne volatile avolavit.

Stomachalis p. 486.) Videtur hic AUTOR subinnuere pulverem stomachalem Birckmanni ex Quercetano, cujus basin itidem constituit radix ari, & descriptio habetur in SCHROEDERO *de Pulver. nro. 20.* Unde pro *pulvere stomachali.*

℞. *rad. ari exs.* ℥j.
lapill. 69. r. ℥ß. *præp.* ℥ß.
⊖ *absinth.* ℈j.
♁ *destillat. caryophyll.* gutt. iij.
M. div. in 3. p. æqv.
D. S.

Magen-Pulver auff 3. mahl.

Absinthium,) Absinthium nostrum præter usum, quem recens præstat, crudum id comedendo, ex siccatum aptum est in Infusis & vinis medicatis parandis; sicut & ejusdem spiritus usui medico inservit; ubi tamen notandum, quod absinthium, cum sit subjectum vegetabile paulo fixius crassumque, & summam vim in oleo paulo fixiori habeat, hujus oleum fermentatione prius resolvendum esse, quo sic in spiritum abeat.

Per retortam, pag. 487.) Destillant non solum ex absinthio spiritum fermentativum & abstractitium sed quidam etiam ex absinthio sibi coacervato & seposito, quo aliquantisper per putredinem inchoatam saltem resolvi incipiat, destillant per ☾am spiritum urinosum amarore turgentissimum, & sale volatili absinthii præditum, adeoque exactè crasin absinthii referentem.

Extractum) Extractum absinthii fiat hoc modo: sc. decoctum ejus in ▽ simplici factum inspissetur in consistentiam mellis; hinc ex eo cum spiritu proprio fermentativo eliciatur essentia per digestionem, sub qua nonnihil salis ♀i & nitri fixati addi poterit, hac enim ratione magis dissolvitur pinguedo absinthii, & prodit essentia, absinthii crasin integram continens & cuilibet liquori permiscibilis. Sic & si spiritui illi alcalisato absinthii in essentiam redacto addantur aliquot guttæ ♁ ei absinthii destillati, ille mox imbibendo hoc, ex altatam facit eandem essentiam.

Alca-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1234-8 DFG

Alcahestina) Notat hic AUTOR *noster* GLAUBERUM, absinthium vel hujusmodi vegetabilia cum nitro fixo subactum per ♀ in essentiam redigentem.

Sal essentiale pag. 488.) ⊖ absinthii essentiale nitri forme reverà propter ☍ multum propriæ craseos continet, non tamen ob id præferendum erit.

Oleum p. 489.) Oleum absinthii per coctionem cum oleo olivarum paratum vix prodest, nisi illud actuetur oleis aliis destillatis, indeque potius unum aliquod *oleum stomachale* compositum sufficere poterit: v.g.

℞. *olei absinth. per infus. & coct. parat.* ℥ij.
olei nucist. express. ℥j.
olei destillat menth. ℥ß.
macis,
caryophyllor. ana ℈j.
M. pro *Balsamo* seu *Linimento* vel *Unguento stomachali.*

Vel quod concinnius adhuc:

℞. *oleum nuc. mosch. express.* ℥iij.
oleum destillati acori veri nostrat. ℥ß.
destillati macis ℈ß.
destillati bacc. juniper. ℥j.
M. pro *Balsamo stomachali.*

Zingiber. pag. 490.) Zingiber usuale saltem in forma pulveris usurpatur, præsertim si illud & ingrediatur *Electuarium stomachale*, quod habet PARACELSUS *in Consil. ex rob. juniperi zingibere, cubebis*, &c. conditum etiam zingiber in India prius cum ▽ coquendo emollitum & euervatum est: vid. *Collegium Pharmaceuticum in Schrœderum.*

Piper) Piper recens rubet, exsiccatum vero nigricat, sicut tandem idem detracta pelle album conspicitur, indeque saltem vulgare piper, nunc solitariè, nunc cum aliis, sufficere potest loco specierum diatriw piperew. Cæteroquin idem piper cum ♀ rectificato extractum dat essentiam acerrimam, mire appetitum provocantem, & apepsia ægros correptos restituentem, oleum vero hujus destillatum, præter parcitatem sui, vix sine empyreumate acquiri potest, unde loco hujus pulverisatum piper sufficere potest.

Uterinis pag. 491.) Per uterina aperientia veniunt nobis Alterantia quædam, odore & sapore aromatico prædita, ac amaritie plus minus sensili instructa, quæ speciatim tam menses, quam fœtum mortuum pellere, & lochia stimulare valent; aut potius in omnibus excretionibus uteri deficientibus usitata sunt, quatenus vel specificum acidum, sanguinis menstruam turgescentiam impediens, corrigunt vel singulariter uteri fibras afficere, easque stimulare valent, ac talia speciatim uterina dicuntur. Ex tam multis omnino nobis cum Autore nostro eligere placet radicem aristolochiæ rotundæ vulgaris, angelicæ, acori, herbam pulegii, rorismarini, sabinæ, spicæ, lavendulæ, melissæ, flores cheiri, spicæ, lavendulæ, quibus pro majore penetratione addendus venit crocus vegetabilis, myrrha, & ex tartaro parata remedia.

Ex regno animali pulvis hepatis anguillæ cum ejusdem felle exsiccato, testiculi equini exsiccati, quippe qui in partu difficili multum præstant. Et tandem.

Ex regno minerali præter ☌ialia, succinata, ♃ea, confert speciatim borrax ceu mensium aperitivum egregium. Confirmata autem mensium suppressio non tam facile potest curari.

Externè imprimis loco plurium aliorum convenit Galbanum com oleo succini vel spicæ malaxatum & ita applicatum. Præter hæc etiam huc referri solent cicer, cyclamen, artemisia, bryonia flores calcatrippæ, cyani, & liliorum alborum, matricaria, dictamnus, sclarea, levisticum, ladanum, & sagapenum.

Inter Præparata & composita inter pulveres, menses & fœtum pellentes, sufficiat unus *compositus ex borrace, myrrha & croco*, cum *oleo destillato sabinæ* irroratus, præter Martialia. Inter *Essentias* seu *Elixyria uterina* sufficiat ℞ ex *aloes & myrrhæ* à parte j. & *croci* parte dimidia, cum ℞ *tartari acri* in Essentiam compositam vel elixyr redactorum, vel unum vel medicatum ex rore Marino, pulegio, sabina, croco, & limatura Martis, nodulo inclusis, vino infundendis sufficiant.

Cicer) Cicerum decoctum post partum non est incongruum; pro mensibus autem pellendis minus congruum est.

Cyclamen) Radix cyclaminis raro internè usurpatur propter acrimoniam, quam habet, ratione cujus & purgans est validum, adeo ut etiam succus ventriculo illitus hydropicorum aquas expurget & alvum solvat, item fœtum abigat. Succo cyclaminis si quis anum tetigerit, mira celeritate alvi solutionem experietur propterea ingreditur unguentum de artanita dictum, cujus usus est externus, ut abdomini illitum alvum solvat.

Artemisia) Artemisia, nisi aliis societur, pro scopo aperitivo vix sufficit; potius pro usu epileptico commendandi sunt ejus carbones.

Bryonia. pag. 492.) Bryoniæ radix in se laxativa ad promovendos menses & vulgo laudatur, ubi tamen nihil, nisi ☌ialia interveniant, præstat. Interim succus, vel solitarius vel cum succo iridis nostratis mistus, egregius est in curatione hydropicorum, & ejiciendis insectis, bufonibus e.g. &c. in intestinis stabulantibus.

Aristolochiæ radicem pag. 493.) Ex 4. Aristolochiarum differentiis magis probabilem rotundam, seu radicem fumariæ bulbosæ, pro infusis & decoctis seligit AUTOR *noster.*

Antheræ alborum liliorum &c.) Antheræ liliorum alborum sunt juli in floribus, qui, cum odore nonnihil crocum spirent, hinc quasi per analogiam ad menses, lochia & fœtum pellendum, sicut & ipsi flores calendulæ ob eandem rationem, commendantur. Ast his omnibus longè præstantior est crocus; indeque antheris illis optimè carere possumus, quantumvis iis utatur TIMÆUS à Gülden-Klee / & VELSCHIUS *Hecatost.* 2. in partu difficili una cum ☍ sabinæ; in quo tamen remedio huic oleo primæ operationis partes debentur.

Cheiri flores pag. 494.) Flores Cheiri si exactè considerentur, & crocei odoris quid spirant, ideoque pro Infuso emmenagogo AUTOR eos eligit. Quo in casu & eorum essentia, tam simplex cum ♀, quam prævia digestione cum nitro fixo, & hinc cum ♀ parata, excellit.

Pulegium,) Pulegium est unum ex nobilissimis uterinis, quod tamen rosmarinus adhuc antecellit, utut matricariæ illud præferendum sit. Ac quidem in specie egregia est ▽ pulegii cum vino destillata pro mensibus & partu promovendis, sicut & oleum destillatum oleo menthæ combinandum.

Quod parturientes pag. 495.) Remedia parturientibus succurrentia sunt vel simpliciter spirituosa, adeoque nervina, motum partium beneficio spirituum promoventia; vel uterum speciatim quasi irritantia. Jam igitur ex priori classe sunt remedia ex cinamomo spirituosa, ♀ ipse, & vinum generosum, item castoreum; ex posteriori vero, & quæ uterum & spasmos

spasmos concitant, sunt v.g. myrrha, borrax, item hepar anguillæ, pulegium & sabina.

Sabina) Hanc minoris quidem æstimat AUTOR *noster*, in se tamen satis validam; quippe herba ejus recens quocunque modo usurpata potenter menses stimulat, ac speciatim oleum ejus destillatum, ceu crasin totius concreti continens. Insuper conducit Sabina usui Chirurgico, cum non saltem interne ▽is & decoctis vulneratiis pro rebus heterogeneis è vulnere ejiciendis additur, quo de vid. Würtzens Wund-Artzney / sed & externè succus ejus cum melle ceu nobile mundificativum ulcerum fœtidorum & manantium commendatur. Sabina in suo genere est satis valida fortiter uterum stimulans. Cæterum, quod in omnibus remediis, tam generalibus quam specialibus, observandum, non semper vis remedii consideranda est, sed in horum usurpatione respectus ad subjectum patiens habendus, cum ad ejus habitudinem variet subinde illorum effectus. Hinc si conspirant agens & patiens, bonum usum videbimus, & viceversa: v.g. gialappa in se est purgans remedium, si dosi gialappæ correspondeat constitutio ægri; verum si hoc non sit, pro varietate subjecti nunc plus, nunc minus operatur. Ita par ratio est in Sabina, quæ in se validum uteri stimulans in infuso, Decocto, vel oleo propinatum, variat in effectu hoc plus minus, prout nempe subjectum est fortioris, nunc debilioris naturæ.

Vix decima pag. 469.) ♁ destillatum sabinæ est efficax; quibus autem deficiunt menses propter impedimentum venarum uterinarum, & tamen superest adhuc motus & turgescentia sanguinis ad excretionem, apti, tales, phlogosi vagâ simul solent torqueri, hincque iisdem minus dari convenit ejusmodi volatilia oleosa & sulphurea, secus enim intenduntur phlogoses; & æstuationes exacerbantur, unde & iis saltem prodest sabina, in quibus tales phlogoses non observantur.

Alterius fere directionis) Scil. in mensibus promovendis præter hæc vegetabilia semper habeatur respectus ad Martialia, quo, sc. his præmissis, absorbeatur acidum, & removeatur impedimentum, turgescentiam sanguinis sufflaminans; deinde ad vegetabilia uterina fiat accessus pro complemento curæ.

Dominarum ▽,) Hujus loco sufficere potest ▽ quædam spirituosa, cui additum sit aliquod promovens partum, v.g.

℞. ▽ *flor. cheiri* ℥ij.
puleg. spirituos. ℥j.
apoplect. usitat. (si absit metus passionis hystericæ.)
vel ▽ *cinam. spirituosæ* ℥ß.
borrac. venet. ℈ij.
pulv. hepat. anguill. cum felle ʒß.
syrup. cujuscunque, v. g. *de pulegio* vel *artemis.* ʒij. vel ʒiij. M.

Mistura hæc capiatur aliquot vicibus.

TIT. XV.
DE
PECTORALIBUS.

PECTORALIA, *pag. 497.*) Sunt hæc in triplici differentia alia nempe sunt, quæ ordinario dicuntur Incrassantia seu concoquentia alia verò Incidentia seu Attenuantia & expectorantia, & alia confortantia.

Priora sunt propriè loquendo saltem temperativa lymphæ acris & salso acidioris, unde tusses siccæ nocturnæ, ceu principia phthiseos, & affectus pectoris catarrhales, ut vocant, dependent; de quibus nihil hic AUTOR *noster* loquitur; hinc illa potius lubricantia, temperantia & sistentia, quam incrassantia, dicenda essent uti sunt opiata, & quæcunque papaverina, tragacantha, amylum; & hinc acrimoniam obtundentia dulcia, ficus, passulæ, jujubæ, saccharata, oleosa, mucilaginosa.

Benè tamen agit Autor de Pectoralibus incidentibus, & consequenter expectorantibus, hoc est, quæ productum morbosum, nempe mucum viscidum glutinosum, ex degeneratione alimenti partium proximi in pectore enatum, item purulentias & similes sordes attenuant, incidunt, resolvunt, & ita promptius expectorare, seu per tussim exscreari faciunt. Jam verò ex quamplurimis ejus AUTOR seligit herbam & radicem enulæ, hederæ terrestris, scabiosæ, veronicæ, & chamædryos fœminam: quibus adhuc addenda suadeo nicotianam, hyssopum pro extracto saccharato, erysimon, marrubium, gummi ammoniacum, & simul veronicam pro ▽is spirituosis; item semen anisi propter ejus oleum, & radicem scyllæ recentem pro parando aceto & oxymelle scyllitico, item radicem iridis Florentinæ, una cum radice & aliis usurpandam. Hæc pauca sufficiunt pro Incidentibus pectoralibus.

Confortantia, seu pectori & pulmoni illatas noxas, excoriationes, exulcerationes, &c. restituentia, sunt imprimis quælibet vulneraria; in specie tamen hic conducunt hedera terrestris, scabiosa, veronica, iris Florentina, fœniculum, anisum, tussilago, benzoe, terebinthina, mel: quibus addi possunt ex regno minerali flores sulphuris, balsamus sulphuris, ☿ diaphoreticum, Antihecticum Poterii, &c.

Hisce communiter etiam addi solet caprifolium, rorella, urtica Romana ac cæteræ urticæ, botrys, capilli veneris, & Adiantha, caulis, gossypium seu bombax, pulmonaria quælibet, hispidula, pulmo vulpis, &c.

Ex his facilè pro praxi selecta & succincta potest fieri *pulvis pectoralis* polychrestus ex *radice iridis Florentinæ, floribus sulphuris, antihectico Poterii, benzoe*, &c. quæ irrorentur cum aliquot guttis *olei destillati anisi*: Sic pro spiritu pectorali sufficiat ∽ ⊖*ci anisatus, præsertim cum essentia opii mistus: Inter Balsama pectoralia sit Balsamum sulphuris anisatum: Inter Incrassantia essentia opii item syrupus diacodion Montani, sufficiunt.

Inter Decocta pectoralia sufficiat unum ex radice helenii, fœniculi, HB. hyssopi, tussilaginis, marrubii, semine anisi, &c. paratum; quibus in ▽ decoctis addi potest syrupus de nicotiana, vel ex iis in aquæ duplo vel triplo, & mellis parte j. coctis fiat mulsum; quibus pro lubricandis viis glyzyrrhizæ radix, aut passulæ vel ficus, socientur.

Tandem unicum artificiosum decoctum vulnerarium, cui sub usu aliquot guttæ balsami sulphuris instillentur, plurimis scopis satisfaciet.

Hederam terrestrem) Hedera terrestris præter diuretico nephriticam vim, insigne est vulnerarium pectorale in pleuritide suppurata, peripneumonia, empyemate, & omnibus pectoris affectibus egregia, non secus ac quoque in hæmoptysi, tam à causa externa, quam ab interna nata, egregium simplex est.

Scabiosa) Scabiosa in usum vocetur pro extracto succoso per decoctionem ejus in ▽ simplici ad imitationem ANGELI SALÆ, conservæ, syrupique locum supplente, & ratione effectus simul nonnihil incras-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1236-9 DFG

incrassante, & vi vulneraria attenuante. Scabiosa enim ejusque ▽, syrupus, conserva, Decoctum, &c. omnia prosunt in apostheme atibus internis, quia resolvit, maturat & rumpit, speciatim tamen in pectoris affectibus: hinc & in variolis & morbillis remedia ex scabiosa prosunt, tam ut fauces & pulmones à morbillis obsessos ab exulceratione præservent, quam ut easdem jam inchoatas etiam curent & sanent. Hinc & in pleuritide & peripneumonia, tam præservandis pulmonibus, quam temperanda acrimonia putis & promovenda expectoratione, optima est scabiosa. In tussi etiam epidemica inter alia excellit scabiosa, quatenus vi nonnihil alexipharmaca ac diaphoretica & pectorali pluribus scopis satisfacit.

Veronica) Hæc nobilissimum est vulnerarium in tussi & asthmate humidis, item in pleuritide suppurata, pro extracto succoso saccharato inde conficiendo. Sic & curiosum est, ▽am veronicæ tam per se, quam cum vino destillatam, apparere intense viridem; qui tamen color quidem in illa minus durabilis, in hac verò, nempe spirituosa, ultra annum sospes manet.

Hyssopi spirituosa, pag. 498.) Hyssopi & veronicæ ▽s cum vino destillatas pro usu suo seligit AUTOR *noster*.

Rorella) Rorellæ folia in summis quoque ☉is ardoribus phlegmate rorido turgida conspiciuntur, indeque de hoc multi multa dicunt, esse spiritum mundi concentratum; ac proinde quidam singularem vim analepticam, quidam antiphthisicam, ex eodem venantur: ast fides penes Autores hosce esto.

Compositæ) Ejusmodi ▽æ pectorales parant ex plantis pectoralibus incidentibus mediante ▽; qui si ab illis aliquoties abstrahitur, emergit inde ▽ antasthmatica; sin vero infunditur saltem, dabit elixir vel essentiam. Cæterum hic notandum, male illis speciebus adjici fructus, ut sunt amygdalæ, ficus, dactyli, sebesten, passulæ, &c. quippe cum nihil quicquam de his per alembicum transeat; sicut in Infuso illorum ne tantillum quidem imbibant, quin potius sufficiat loco omnium una quædam ritè parata, v. g. cum ∽ appropriato, v. g. fœniculi, eoque vel fermentatitio vel abstractitio, ex enula, scabiosa, veronica, aniso, hyssopo, croco, & similibus parata essentia pectoralis; vel ▽ quædam composita asthmatica cum rob passularum, vel saccharo edulcoranda.

Stomachales p. 499.) Hic intelligit AUTOR asthma proprie sic dictum, seu humorosum, ex succis viscidis oriundum, hocque dicit, tam pectorale quam stomachale, levari, præmisso vomitu, non saltem per pectoralia sic dicta, sed quoque stomachalia, imò aromatica & carminativa quæcunque.

Hypochondriaca præfocatio) Dari, dicit AUTOR *noster*, asthmata hypochondriaca seu passionem hystericam, à spasmis nervosarum partium ab acido præternaturali concitatis oriundam, quæ optimè per ♂ialia sufflaminantur & eradicantur; sicut aliud asthma humorosum periodicè recurrens per opiata maturè, sic præcavendo nutrimenti degenerantis collectionem, curari poterit.

Oleum,) Inter olea pectoralia excellit ♁ destillatum anisi, quod sit instar omnium, cui ♁ fœniculi quoque substitui poterit: Juniperi autem ♁ alius est classis.

Scylla pag. 500.) Ex Scylla recenti in taleolas incisa, infusa in aceto, paratur acetum & Oxymel scylliticum, quod veteribus fuit in usu pro scopo aperitivo: sicut enim ari radix inter Pectoralia incidentia non est ultima; ita scylla ex porrorum genere eidem proximè accedens, capas & porra quæcunque antecellit. Fiat ergo acetum ex scylla recenti in taleolas concisa, rejiciendo ejus exsiccationem; sicut & hujus in trochiscos prius redactionem: Et quidem sumatur acetum culinarium, si intra annum acetum illud scylliticum dispensari debeat; sin vero ultra annum durare id debeat, destillatum accipiendum; ita emergit egregium incisivum stomachicum & pectorale in casu musci viscidi, partes dictas obsidentis & respirationis negotium turbantis. Exq; hoc aceto & melle ex tempore Oxymel & Looch scylliticum confici queunt.

Nicotiana p. 501.) Ratione salis volatilis acerrimi vi incisiva pollet, indeque EPIPHANIUS FERDINANDUS, Medicus Neapolitanus, nicotianam in pleuritide suppurata evacuanda expertus fuit, vid. Magnenus. Et quidem paranda sunt ex nicotiana essentia & extractum cum dimidio nitri fixi eam coquendo & inspissando hinc, sic namque ab alcali hoc destruitur virulentia, & textura olei nicotianæ corrigitur, cujus vi aliàs nocet, cujusque contactu moriuntur animalcula: item prodest essentia pro errhino & ulceribus sordidis evacuandis; sicut extractum unà cum aliis unguentis pro tinea curanda adhiberi poterit; ut ut nec syrupus de Peto Quercetani contemnendus sit: Conf. MAGNENUS *de Tabaco*, in quo nonnulla præparata egregia sunt.

Oleum destillatum pag. 502.) Oleum destillatum nicotianæ pernitiosissimum venenum est: hujus olei gutta j. instillata linguæ canis rabiosum eum reddidit, & tandem interfecit; item oleum tabaci hoc destillatum filo illitum, hoc quæ acu transmissum per carnem in pedibus gallorum, sic omnes mortui sunt: Conf. WILLISIUS *Pharmacia Ration. Vol. 1. pag. 315.* item RHEDI *in Experimentis circa Res ex India allatas.*

Hyssopi summitatibus) Hyssopus convenit imprimis in pulmonum & stomachi affectibus, ex viscidi tatibus pituitosis natis, quas amarore penetrante attenuat, incidit, excretioni per quascunque viâs aptas reddit: hinc syrupus hyssopi inter expectorantia non ultimi loci est. Externè ad sugillationes oculorum adhibetur, si fiat nodulus ex comis hyssopi, quæ ebulliant in ▽, & ita instar fomenti humidi extrinsecus applicetur, discutit quemvis sanguinem grumosum.

Marrubio) Marrubium egregium est in incidendo muco viscido & tenaci, indeque multis affectibus ex tali causa occasionali natis confert; præsertim in tussi fenum pro expectoratione decoctum ejus est egregium, indeque inter pulmones mundificantia marrubium non est ultimi loci. Præterea ictericis etiam convenire solet, præsertim, si ex infarctu ductus cystici, vel simili occasione oritur; item ad hydropem ascitem laudatur, imprimis si ex Ictero hic ipse oriatur.

Veneris capillus, Trichomanes, polytrichum p. 503.) Adiantha hæc inter plantas aperientes viscera abdominis, & hinc pulmones mundificantes, & urinam blandè stimulantes, referuntur; quod imprimis de Adiantho nigro & aureo asserendum videtur. Nam Trichomanes & Ruta muraria filici ferè videntur cognata, adeoque & ejusdem videntur usus & effectus: expertum tamen est, rutam murariam singulariter prodesse ad scorbutum. Retulit sc. B. D. D. MICHAELIS, quod cum arx Pirnensis à militibus Suecis obsessa fuisset, omnesque ferè milites ob pravam diætam, aëris que liberioris defectum, scorbuto

laborantes convulsi & contracti fuissent, solius hujus herbæ beneficio curati fuerint.

Brassicam) Brassica seu caulis est vel alba vel viridis: utraque, præsertim viridis, nitrosa est, & alcali nitroso, indeque abstergente diuretico, prædita; Hinc decoctum brassicæ pro temperanda faucium asperitate, item pro raucedine, egregium habetur remedium. Adhæc propter ⊖ volatile refrigerare, indeque inflammationes sistere, & vulnerum symptomatis optimè mederi solent: unde folia brassicæ seu caulis puerperæ solent mammis imponere ad præcavendam lactis abundantiam & coagulationem, dum acidum successivè absorbent. Abscessibus etiam mammarum ceu evporiston imponuntur ad inflammationem præcavendam, & ulceris consolidationem promovendam. Sic notum est, quod folium brassicæ seu caulis recens post excitatam vesicam soleat imponi; æstum enim & dolorem mitigat, & vesicam diu apertam tenet; non secus atque fontanellis imponi commodè possunt, pro præservanda earum consolidatione.

Erisimo) Erysimon de erucæ vel sinapi est speciebus, similique acri volatili sapore præditum; unde propter insignem vim incidendi & attenuandi egregiè confert in pectoris ac pulmonum infarctu: adeoque & in raucedine ex viscidiore muco, laryngem & bronchia obsidente, confert egregiè. In usu est pro hoc scopo syrupus de erysimo Lobelii, aliàs syrupus contra raucedinem dictus.

Gossypii semini) Gossypii semen admodum laudatur tussientibus asthmaticis, & ad phthisin inclinantibus; temperat acrimoniam succorum pulmones rodentem, sed rari est usus.

Caprifolio, pag. 503.) Hujus decoctum caprifolii aliàs famosum est in prunella & ardoribus faucium.

Decocta pectoralia pag. 504. Decoctis pectoralibus ex tempore pro re nata præscribendis præstant tincturæ seu infusa pectoralia, cum ☿ vel alio appropriato parata.

Elixyr proprietatis pectorale pag. 406.) fit adjiciendo speciebus ordinariis alia adhuc simplicia pectoralia: ubi tamen nec hoc multum in recessu habet, cum ejus loco simplex elixyr proprietatis cum essentia quadam pectorali mistum sufficere possit.

Olea destillata) Sufficit ℞ destillatum anisi & fœniculi.

Benzoe) Benzoë famosa est vi pectorali, nec cedit iridi Florentinæ. Cæterum inter præparata ejus sunt,

1. Flores, quorum præparationem cum charta pyramidali docet Rolfinccius in Chym.
2. Prostat etiam ex ea essentia, tam solitaria, quàm una cum dimidio styracis calamitæ mista, cum ☿ rectificatissimo paranda, suavis saporis & odoris: quæ usui,

Cosmetico inservit, si ejus parum ▽æ instilletur.

Tandem aliqui in conficiendo ℞ destillato Benzoes admodum,

Operosi sunt, quorum tamen plures modi fallunt,

Cum illud vel crudum empyrevmaticum, vel ejus suaveolentiæ tantillum operæ pretium vix æquans impetrent: Conf. SCHROEDERUS & VIGNERIUS *Tract. de Sale & sulphure pag. 49.*

Aliàs in compositis pulveribus pectoralibus egregiè Benzoe per se locum invenit.

Depuratione p. 507.) Lapilli seu crystalli benzoes curiosi sunt, quos parare docet BARTHOLETUS *l. 5. de dyspnoea c. 1.* sc. ex maceratione ejus in ▽ violarum, cujus parte abstracta lapilli reliquo corpori per se adhærentes inveniuntur. In aquarum vero destillatione transit pauxillum olei pretiosissimi.

Iridem Florentinam, pag. 507.) Hæc in recessu blandè aromatica est, lympham in affectibus pectoris temperans, & simul mucum viscidiorem, respirationem turbantè incidens, & quidem pulveris forma usurpata. Et utut officinis in usu sint pulveres pectorales multiplices, ubi excellunt species diaireos, quas ingrediuntur gummata & semina, quæ facile rancorem contrahunt; quia tamen omnes in hoc coincidunt, ut temperent lympham acriorem, hinc sufficit iris. Florentina, statim addita epicerasticis vel temperantibus, ut myrrhæ sulphuri, &c. vel bechicis, i. e. expectorantibus. Loco omnium autem harum specierum AUTOR *noster* suadet usurpandum pulverem unicum pectoralem, nempe ex ana *iridis Florentinæ*, florum sulphuris & pro basi radice Aronis cruda; quibus addit pro scopo incrassandi & temperandi in certis circumstantiis, nempe affectibus catarrhalibus nocturnis temperandis, blandum opiatum, & vel cinnabarim nativam in casu si pulmones convulsivi quid patiantur; sicut & ☿iatum aliquod diaphoreticum, ubi nempe in partibus respiratoriis læsio quædam subest, quò sic proventus uberior muci impediatur. Atqui similis ferè pulvis D. D. MICHAELI fuit in usu, qui

℞. *rad. aron. crud. pulveris.* ℥iv.
Ireos Florent. ℥ij.
flor. sulphuris,
pulv. benz. ana ℥j.
antihect. Poterii ℥ij.

M. F. *Pulvis pectoralis* quasi catholicus, cujus dosis esto ʒß. præter propter.

Huic pro lubitu addi poterit q. ℞ sacchari, vel etiam olei cujusdam destillati appropriati.

Correctiora emetica pag. 509.) Sc. in affectibus, suffocationem minantibus, & qui non sunt præcise à spasmis convulsivis, nec ab impedito motu sanguinis per pulmones, potius à succis viscidioribus pectus & stomachum obsidentibus, præmisso vomitorio pulvis allegatus pectoralis proficuus erit.

Morsulorum & rotularum) Morsuli & Rotulæ pluribus in usu esse solent, parata ex speciebus supra dictis cum saccharo & oleis invicem in consistentiam redigendo desideratam: ac intentio horum est, ut sordes pulmonum & asperæ arteriæ, per degenerationem nutrimenti proximi oriundæ, expectorentur citius. Opiatis autem plus attribuendum est, secundum AUTOREM. Interim suprà dictus pulvis pectoralis omne id præstat, quod à morsulis & rotulis hisce expectari potest: Vel ex tempore ex eo cum saccharo confici possunt Morsuli; vel rotulæ manus Christi imbibi poterunt ℞ destillato anisi, vel fœniculi, balsamo sulphuris anisato; ita illæ eundem ac morsuli illi habebunt effectum.

Opiata) Opiata quælibet, sistendo motum spirituum animalium influorum & irritationem, impediunt expectorationem, indeque incrassantia & catarrhum sufflaminantia audiunt, minusque in ejusmodi casibus, ubi expectoratione paulo largiori opus est, v. g. in phthisicis confirmatis conveniunt, sed hostilia potius sunt: sicut contrà eadem in principio & in incremento morbi, cum nempe

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1238-1 DFG

nempe à lympha salso acida eroduntur & excoriantur fauces, vel larynx, vel pulmonum parenchyma, sicque noctu ægri continuo tussiunt, mucum copiosum, utut laboriose, rejicientes, in tali casu in incremento pro tussi sistenda, & præcavendo sordium mucosarum proventu, pro meliore evacuatione opiata sunt optima; sed sumantur vesperi ante cœnam, vel tempore somni. Ita namque lympha acido-salsa temperatur, irritationis sensus in pectore sistitur, uberior succorum effusio in pectore sufflaminatur, hincque sordium proventus impeditur; in malo verò confirmato, ubi ulcus pulmonum est, vel ubi asthma convulsivum adest, opiata sunt nocentissima, quia expectorationem sistunt. Summatim, quemadmodum Looch, confectionesque saltem productum morbosum, nempe mucum promovent, ita opiata magis radicem morbi feriunt.

TIT. XVI.
DE
APERITIVIS ANIMALIBUS.

D*Ecoctum splenis bovis*, *pag.* 511.) Inter remedia alterantia animalia splen bovis, & ex hoc decoctum, uti & ejus essentia juxta CROLLIUM, vel & mumia ejusdem, in infarctibus splenis & cachexiis vulgò commendantur. Decoctum, extractum, & essentiam vid. in SCHROEDERO, quæ tamen, nisi addita aliquid præstiterint, vix consideratione merentur.

Ob antiquorum placitum, *pag.* 512.) Sc. veteres putarunt, partes animalium usurpatas idem præstare, quod nostri corporis partes, ita, ut pulmones & splen eorundem conferant nostris, & sic porro. Ast ô vanitas! usus siquidem partium est vel mechanicus ex structura earundem dependens, vel alterativus, beneficio fermentorum specialium exequendus: Jam verò quicunque horum in partibus corporis nostri læditur, eorum nulli occurri per animalium partes potest, præsertim, cum & harum structura mechanica sub stomachi digestione, & fermentum earundem, sub morte intereat.

Asininum) De asini splene calido inanis circumfertur fabula, quasi splenetieis mederetur: ast, si ille aliquid præstat, fit illud ratione caloris; qui tamen itidem ab avena, sacculo calefacto inclusa, expectari poterit.

Anserculorum stercora,) Stercora animalium omnium participant de natura ⊖✱ci constant quippe ex acido & alcali volatili oleoso, quæ coeunt in ⊖ tertium ammoniacale volatile, indeque auræ beneficio alterantur in ⦶: præsertim avium excrementa sunt nitrosa: quicquid igitur præstant, operantur ea vi ammoniacali. Cæterum Benjani (sunt secta Orientalium populorum indolis Pythagoricæ) putant, animas demortuorum cognatorum migrare in domestica animalia, quæ proinde sanctè colunt, ac horum quoque excrementa manibus tractant pro conservatione. In specie anserculorum stercora mense Martio collecta commendantur Ictericis & cachecticis, sicut ipse DEODATUS *in Pantheo Hygiast.* pulverem habet antiictericum expertum, cujus basis est stercus anserculorum. Interim loco hujus alii gallinaceum assumunt: sed loco omnium ⊖✱ potest usurpari.

Pavonis stercus,) Stercus pavonis præter BORELLUM WILLISIUS *in Pathologia Cerebri*, ad vertiginem commendat: ad cujus imitationem ego nuper egregium effectum videns, illud non rejiciendum puto.

Hirundinaceum) Sc. in angina & tonsillarum inflammatione inter evporista externa numeratur cataplasma ex nido hirundinum; quod tamen ratione limi vel straminis parum præstat, potius ratione stercoris salini ✱calis resolutivi & discussivi non contemnendum est, præsertim cum lacte paratum.

Canino) Stercus caninum subigendo cum melle in forma linctus commendatur internè pro faucibus inflammatis curandis, nec id immerito.

Lupini stercus ibid.) Lupinum stercus pulveris forma assumptum laudat PANAROLUS *in Observat.* pro anticolico ceu singulare experimentum.

Humanum) Stercus humanum in suo genere non rejiciendum est remedium, dicente recte HELVETIO *pag.* 112. & 113. *Diribitorii*; quippe quod in eo lateat singulare sulphur & ☌ anodynum, & destructivum acidarum sordium, indeque non tantum ambustionibus recentibus medeatur, sed & inflammationes quasvis sistat & discutiat; adeò quidem, ut ante hos 50. annos, grassante peste, hic locorum plebs ad bubones suos apponendo illos maturarint non sine effectu. Præterea AUTOR est SAAR in seinen Ost-Indianischen Kriegs-Diensten/ in India Orientali, Insulis Boriis dictis, genus quoddam serpentis reperiri, cujus morsum mors sequatur infallibiliter, & cujus nullum remedium est, nisi stercus proprium demorsi mox assumatur. Tandem ▽ stercoris humani cosmetica ab aliis ophthalmica censetur, sicut & ejusdem oleum contra cancrum mammarum specifice commendatur.

Occidentalis zibethi pag. 513. PARACELSUS sc. mediante diuturna & leni digestione stercus humanum ad odorem moschi redigere voluit, *zibethum occidentale* dictum.

Martii stercus) De hoc vid. CASTELLUS *de Hyæna Odorif. p.* 12. & 13.

Passerinum & musterdam) Utraque hæc reverà egregiè laxant infantes, si nempe hujus 2. vel 3. pilulæ in lacte assumantur.

Majorum murium) Sicut & majorum murium stercorum pilulæ nro. 9. deglutitæ menses mulierum expellere dicuntur.

Vaccinum) Stercus vaccinum calidum certè podagricis pedibus levamen affert, propter sui pinguedinem oleosam anodynam.

Omnium florum ▽,) Aqua omnium florum putatur cosmetici usus esse contra lentigines: interim, qui aquam spermatis ranarum habent, illa carere possunt.

Equinum) Succus stercoris ex pila ejus recenti cum vino expressus haustus, nobile est Anglorum, evporiston contra pleuritidem, qua sæpius iidem vexantur expectando desuper sudorem: non secus ac quoque contra colicam convulsivam & passionē hystericam.

Suillum) Stercus suillum in substantia exceptum, vel naribus sub forma pulveris insufflatum, vel & ejusdem succus expressus, & cum syrupo myrtino mistus, conducit contra narium hæmorrhagiam, nisi hæc fuerit ab impetu sanguinis; cum hoc in casu nil valent & nitrata meliora sint.

Looch de pulmone vulpis pag.514.) Quicquid præstat, hoc facit ratione additorum.

Vulpis & erinacei pulmonibus siccatis) Vulpis pulmo speciatim ex pulmoniacis laudari solet vi consolidativa & conservativa: unde & Looch de pulmone vulpis communis usus esse solet in pulmonum vitiis, & præter pulmonem ipsa caro vulpis, tam elixata quàm assata, contra phthisin valdè prodesse dicitur. D. SCHNEIDERUS ægroto cuidam, cui pulmo globulo tormentario transfossus fuit, atque frequenti sanguinis exspuitione frusta pulmonis simul ejecit, medicamentum confici curavit ex pulmone vulpis cruento, modo exempto ex vulpe: cui leviter cocto, & minutim conciso, conserva radicis symphyti, flor. symphyti, amylum, & imprimis sarcocolla lota & lacte muliebri nutrita, addita fuerunt, quo felici successu se usum affirmat: Sed reverà dubito, an huic vulpis pulmoni tantum tribuendum; quin leviori in malo selecta vulneraria huic præferrem, in graviori vero hunc pulmonem etiam inefficacem existimarem.

Internæ stomachi gallinacei pelliculæ.) Interiores membranæ stomachi avium gallinacearum exsiccatæ præ se ferunt speciem vitri, quæ pulverisatæ vi stomachali laudantur, idque eò magis, quo vorax magis est animal, ex quo desumptæ fuerunt. Nempe origo hujus hypotheseως est, quasi hæ digererent lapillos: ast ô vanam persuasionem cum potius ad fermentum liquefaciens, & partes ventriculi musculosas hoc in passu respiciendum esset.

Fel Catulorum pag. 515.) Sc. origo epilepsiæ apud infantes, si non est ex dentitione, est ex meconio retento: jam verò pro hac epilepsia curanda commendatur fel catuli nigri exsiccatum, & in potu exhibitum. Ast frustra, ut AUTOR dicit: cum si epilepsia fuerit ex stomacho, vomitorium excellat; sin vero ex intestinis, dentur post clysma pilulæ aloeticæ, vel laxativum ex jalapio, advocatis simul pro cura vel salibus volatilibus vel fixis absorbentibus & invertentibus acidum vitiosum.

Extracta lucii) Sc. essentiæ fellis lucii piscis, perdicum, &c. cum spiritu vini paratæ, oculisque instillatæ, commendantur vulgò pro delenda nebula eorum; sicut cum bombace auribus inditæ tinnitui earum mederi creduntur.

Carpionis) Tandem fel carpionum contra erysipelas extrà illitum laudatur.

Delectu opus non est,) Nempe bilis turget sale volatili alcalino & insigniter oleoso, adeoque detersivo & absorptivo usui apta est. Interim tamen non opus est ejusdem selectu speciali, sed sufficit unicum fel: quod si dilutum fuerit, acuatur mediante aliquali inspissatione; sin acrius, diluatur quodammodo.

Inter uterina pag. 516.) Ex animali Regno pro fœtu pellendo, aut promovendo fluxu mensium lochiorumque, excellunt testes equi castrati, anguillæ hepar cum felle suo exsiccatum, & secundina humana, singularis existens in pellendis à partu excernendis.

Obstetricia encheireses) Sc. fœtum pellentia non sunt in usum vocanda, nisi ubi fœtus est ritè situatus, omniaque ad partum disposita; ac deinde quando dolores partus, die Wehen/ deficiunt: nam si fœtus non rite situatus fuerit, quæcunque stimulantia propinata frustra erunt, non secus ac tempore dolorum urgentium; in quo casu cum natura ipsa sufficiat labori, quid opus erit stimulantibus fœtum urgere, & parturientem molestare?

Serpentum pinguedine) Hæc, utut viperina, tanquam fœtum pellens commendatur, inuncta umbilico: ast nisi relicta ejus situatio accesserit, frustranei erunt conatus.

Lingua) Lingua viperina etiam umbilico pro fœtu pellendo imponitur: sed vanè.

Exuviæ coctæ) Exuviæ serpentum duplici modo pro promovendo fœtu applicantur.

1. Sc. instar cinguli eædem abdomini parturientis circumligantur:
2. Coquuntur in ▽ simplici, sicque coctæ instar cataplasmatis abdomini insternuntur; non secus atque aliàs eædem cum cancris, lumbricis, & aliis cataplasma compositum constituere solent.

Cingulo ex humano corio,) Parturientes & hysteticæ corio humano, & cingulo ex hoc formato, sublevari dicuntur; ubi tamen, quodcunque assumatur cingulum, par ratio: adeoque vana est illius determinatio, cum inter cingula nulla detur differentia. BURRHUS jussit corium humanum tumoribus arthriticorum inferre ad arthritidem, sed frustrà.

Martii leporis oculus) Oculus mense Martio capti leporis parturientis nuchæ applicatus commendatur pro pellendo fœtu, cujus tamen successus sit penes experientiam.

Antiquaria viri ⊡,) Sc. HARTMANNUS commendat, ut difficulter pariens bibat haustum urinæ mariti sui, & ita, si hic fuerit genuinus fœtus, parens illam ex partu solvi putat: ast si urinæ hic aliquid subest, erit illud sali volatili ad morem omnium volatilium, adscribendum.

Hippomanes) Hippomanes ad conciliandum amorem commendatur. Quid sit? lis adhuc est, & quidam dicunt: esse secundinas, membranaceas, quas excludunt equæ cum partu.

Secundina) Secundina humana contra AUTOREM duplici scopo inservit: nempe tam ad partum, secundinas, & lochia promovenda, quàm ad curandas epilepsias consensuales seu ex utero oriundas. Et quidem modus eam adhibendi duplex itidem est: nempe vel in spiritu, vel in pulvere. ∼ paratur ex secundina minutim concisa, & ad putrefactionem seposita; sic enim tota, exceptis membranis involventibus, resolvitur in liquorem aquæ similem, qui destillatus dat spiritum urinosum volatilem singularem, in lochiis, secundinis & partu promovendis, in doloribusque post partum, dosi ʒß, ad ʒj. usurpandum; qua dosi adhibitus & epilepsiis consensualibus medetur. In sicca vero forma adhibetur secundina, dum in ℳB. abstracto phlegmate siccata pulverisatur, pulvisque, quo minus verminescat, irroratur aliquot guttis olei destillati aromatici cujusdam, hincque datur à ʒß. vel ʒj. Cæterum, utut spiritui secundinæ & alia volatilia, ut ∼ C.C. vel tartari, ⊖ volatile succini, & alia, succenturiari queant, tamen ille singulare quid in hoc puncto allegato obtinere videtur, utut pro varietate circumstantiarum is & omnino fallat.

Juvenculorum zenith pag. 517.) Malitiosè pro philtro conciliandoque amore, certo adhibetur.

Emissariorum equorum patrimonium) Ex ZACUTI LUSITANI loco ubi de casibus mulierum loquitur curiosa extat observatio singularis testium equorum pulverisatorũ effectus, in fœtu mortuo promovendo, itẽ in promovendo capite à fœtu mortuo avulso; unde pulvis testiculorum equi in lamellas concisorum,

&c

& in libano exsiccatorum, isque vel solitarius vel quod mallem, cum cinamomo aut borrace adhibetur singulare quid obtinere debet in partu & secundinis promovendis.

Castoreum) Hujus usus excellit aliàs in omnibus nervinis affectibus, ab acido austero originem ducentibus; indeque promovendo impetu uteri contractivo ad fœtum expellendum non inconcinnè adhibetur, idque eò magis, si ex difficiliore partu passiones hystericæ superveniant, ubi est singulare.

Anguillæ hepar cum felle) HELMONTIUS hepar anguillæ cum suo felle exscissum & exsiccatum contra partum difficilem commendat; non secus ac PANAROLLUS quoque, sicut & BOYLE, ejusdem evporisti egregium usum in *Philosophia sua Experimentali* à se observatum annotavit. Prætereà secretum peculiare & mirabile est in prolapsu uteri cutis anguillæ salitæ, ex quo suffitus ad uterum factus probatum erat remedium D. MICHAELIS in dicto affectu.

TIT. XVII.
DE
APERIENTIBUS MINERALIBUS.

Marti pag. 519.) Jam Autor pergit ad Aperientia Mineralia. Hic autem omnium aperitivorum merito antesignanus erit Mars, quamvis alii de modo operandi ejus sint soliciti, uti v. g. HIGHMORUS est, qui *Tract. de Passione Hyster.* putat, ♂em saltem conferre ventriculi fibras adstringendo in malo hypochondriaco: Interim hoc non sufficere recte AUTOR *noster* dicit, quin potius eum operari solummodo imbibendo rodentes humores. Sc. vulgo dividuntur ♂ialia in adstringentia & aperientia: ast male. Mars enim per se semper adstringit: per accidens vero saltem aperit. Et quidem adstringit ex eo, quod scateat copioso sulphure minerali, imbibito à terra ochrea & pauco ☿io; cujus respectu saltem adstringit, nequaquam vero aperit; agit enim imbibendo & absorbendo sapores acidos, & austeros humores præternaturales in corpore, ceu à quibus tanquam materiæ morbificæ saporibus fibrarum oritur strictura, & pororum corporis occlusio, & consequenter digestionum turbatio: hincque illis absorptis, & horum concursu cum ♂ enata sic sui ⊕satione ♂, abstergit sordes primarum viarum, easque blandè evacuat. Martialia enim assumpta in primis viis operantur, cum ultra diaphragma non ascendant; dissolvitur ♂ ab acido corporis, & solutum sub forma fecum eliminatur: vid. HELMONTIUS *Paradoxo de Font. Spadan.* hinc sapore adstringente superveniente, tonum partium harumque fibrillas simul roborat: Conf. TACHENIUS *Hippocr. Chym.* Cæterum pro scopo alterandi ♂ triplici modo usurpatur: nempe vel crudus, vel præparatus, nunc quidem per alcalia, nunc vero per acida. Ac quidem ♂ crudus vel limatura ♂ non est inconcinna, si robustum habeat ventriculum & potens acidum; secus is oneratus hinc, & nisi ♂ ritè dissolvatur, destruitur vigor stomachi digestivus, ut adeò non nisi robusto stomacho, & prædominante acido præditis, limatura cruda exhibenda sit.

Martis Crocus) Deinde præparatur ♂ per alcalia, ita, ut lixivium salis fixi quodcunque conducibile eum corrodat in crocum, aut & urinosus volatilis, v. g. ⊖*ci, affundatur eidem marti; hac enim ratione non sine fermentationis motu aggreditur illum, & in crocum transmutat. Interim tamen hic crocus per alcalica parum videtur valere, cum ♂ ita tractatus abeat in salsam ☵eam calcem & quasi Magisterium insolubile & inalterabile; alcalia enim agunt in acidum martis, unde se mutuò coagulant, & intra hunc abscondunt, simulque sibi ☵eam ochram uniendo abeunt in Magisterium calciforme pauci usus. Hinc potius est optima præparatio ♂is per acida facta, & ita quidem, ut ab iisdem superficietenus saltem rodatur ♂, hujusque compages saltem reseretur, haud vero per concentrationem acidi penitus saturetur, secus hoc in primis viis facile separari, & ab alcali occurrente in salsum tertium transmutari potest; sic enim in corpore acidum præternaturale eundem promptissimè aggreditur, & sic ægrum levare potest. Jam igitur inter Præparata ♂ialia excellunt cum ☵, & hinc spiritu vitrioli, in affectibus chronicis facta; sic namque imitamur naturam, adhibendo loco acidularum naturalium martem superficietenus solutum.

Sulphuratus ♂is crocus) Sc. AUTOR *noster* pro usu aperiendi eligit ♂em cum sulphure tractatum, cum aliàs notus sit crocus ille aperitivus seu saccharinus ♂is, quem describit SCHROEDERUS *pag.* 378. dum accipitur frustum seu lamina ♂is candefacta, eique affricatur ♎ Magdaleon; sic enim sulphuris accensi acidum rodit ♂em, ♂ vero rosus cadit in pelvim subjectam. Interim crocus hic nihil valet, præcipuè cum GLAUBERUS demonstret, talem tam intractabilem esse, & nunquam ab Aqua forti dissolvi posse. Potius igitur assumitur ana limaturæ ♂is & sulphuris, quæ mista in crucibulo incendantur; ita namque acidum illud sulphuris rodit hunc ♂em in corpus quasi vitriolaceum, quod non elutriandum est ▽ simplici; secus enim vitriolum decederet, & ☵a cruda restaret; quin potius pulverisetur illud ceu inchoatum aliquod vitriolum ♂iale.

E limatura ♀e non infecta) Pro usu Medico mars assumatur purus absque ullo ♀is contagio; secus enim vomitorium dabit.

Limatura cruda p. 520.) Hæc ut recte præparetur, enchireses notentur: sc. mars in limaturam redactus prompte ab ♎re resolvitur in rubiginem, ceu inversum corpus, unde potius pro usu medico terenda erit recens limatura ♂is in mortario ferreo vel lapide porphyritide durissimo, hincque irroretur subinde aliquot guttulis ℞ destillati appropriati, e. g. ligni sassafras, cinamomi, &c. ita enim hujus medio impeditur, ne tam prompte ab humiditate ♎ris acidum ♂is dissolvi in rubiginem queat. Atque hæc limatura, quia est corpus ponderosius, ita præparata loco crudæ dosi gr. xv. ad ℈j. vel ℈ij. nostri præsertim climatis habitatoribus, exhiberi poterit, juxta AUTOREM *nostrum*.

In se plane innocens) Martialia per se non sunt nauseosa, sed si nauseam excitant, semper suspicio esto de ♀is cujusdam adjuncta substantia.

Sat resolubile) ♂ crudus in cachectico-hypochondriacis satis resolvi potest, quod testantur excrementa, teterrimo colore tincta.

Præsaturato jam factitio ♂is vitriolo) Sc. quò minus ♂ saturatur extra corpus, eò melius operatur intra corpus, hincque, qui ferre eum possunt, id est, quibus acidum intensius est, iis ♂ crudus in substantia exhibeatur; sic enim melius hic operabitur, quam

quàm ⊕ ♂is jam extra corpus à spiritu ⊕li acido saturatum.

Purior ♂is minera pag. 522.) Loco martis crudi quidam mineram martis crudam, vulgò die Glaß-Köpffe/ dictam pulverisatam propinant, sicut alii lapidem hæmatitem ipsum; interim non raro heterogenea illi admixta usum ejusdem prohibent.

Terra rubra bolari) Loco crudi ♂is quidam terram ejus in mineris ♂is reperibilem, & vi Martiali impræguatam, adhibent, quæ itidem instar lanuginis apparens abradendo egregia est. Interim saltem alicubi nec undiquaque offenditur, sed saltem in Martis fodinis.

Alcohol illo pigro) Sc. ♂ attactu cujuscunque humidi efflorescit in crocum seu rubiginem, quippe ▽ eum hoc agendo in acidum ♂is, hoc solutum ab ▽ rodit proprium corpus in rubiginem; sicuti è contra gladii oleo tartari p. d. illiti, difficulter in rubiginem fatiscunt, quia acidum ab alcali impeditur. Jam verò si sumatur ▽ simplex, sive cum acido impræguata, sive urina sive acetum affunditur, mox ille in rubiginem abit. Confer. POTERII *Pharm. Spagyrica lib. 2. cap. 17.* Interim rubigo hæc non adeo conveniens est, ideò, quod à proprio acido ♂is corrosus degeneraverit in rubiginem ejusmodi terream, nullius valoris.

Vitriolo ♂tis) Nempe ⊕ ♂is solvitur in ▽, & per ⊖ ♀ in ▽ solutum ⚗atur in crocum.

Ex ▽ forti) Sc. nil referat ♂em magis quam ♃ nitri, aggrediens illum tam potenter, ut fervor hinc intensissimus oriatur. Interim hac ratione à spiritu nitri penitus saturatur ♂ & in corpus adstringens convertitur, & sic nimis saturatus parum in corpore agit.

Post nitri deflagrationem) Hæc præparatio ZWELFERI curiosa quidem est; Interim Præparatum nihil valet: sc. si nitro in crucibulo fuso adjicitur limatura ♂is, tunc sub △is ♂ialis incensione ☾ additum alcalisatur, remanente croco inerti, quem tamen ZWELFERUS tanquam summum cachecticum commendat.

Cum aceto) Limaturam ♂is quidam terunt, aspergendo cum aceto: sed hac ratione magis saturatur ea, unde hæc limatura parum præstat in corpore, præsertim cum post ☉ nil magis ♂em, quam acetum, penetret.

Acidulorum succorum Extractiones) Nempe si cum succo citri, tamarindorum vel cydoniorum affusis fiat extractio ♂is, tunc, quod remanet de ♂e, est corpus exhaustum, nil præstans in Medicina hinc potius extractio ipsa usurpanda.

Lixiviosis salibus pag. 522.) Non combinandus est Mars, cum ⊖ ibus lixiviosis, nec cum ipsis præparandus; secus enim emergit corpus calciforme iners, & nullius usus.

Si alvus siccior) Sc. in legitimo usu ♂is vel medicamentorum martialium duæ cautelæ observandæ sunt: nempe

1. Semper sub horum usu corpus apertum servandum est; quod si non fuerit, omni octiduo sub vespera pilularum aloëticarum usus interponendus est.
2. Ab usu ♂ialium blandus instituendus est corporis motus, pro meliore illorum operatione.

Chalybeatum & de ferri scoria Electuaria) In hæc animadvertit ZWELFERUS, & loco horum substituit aliud ex vitriolo, vel croco ♂is cum oleis destillatis aromaticis præparatũ; quod tamen itidem AUTOR *noster* taxat, dicendo sufficere potius vel limaturam ♂is crudam, vel ⊕ ♂is, vel ⚗atum ♂is crocum.

Martis vitriolum factitium, pag. 523.) Huic præfero vitriolum ♂is nativum, ex minera ♂is ☉ri exposita paratum, & efflorescendo conspicuum factum; hinc in ▽ solutum & blanda evaporatione inspissatum: in cujus tamen defectu & factitium proderit. Cæterum pro hoc parando non requirit AUTOR tædiosam cum sulphure cæmentationem ♂is, quam suadet SCHROEDERUS, nam & sic tædiosum vitriolum acquiritur; sed spiritum vitrioli acidum: cui tamen præfero spiritum sulphuris, quippe adhuc puriorem illo, & sine contagio metallico, cum contra ille multum de metallica substantia participans vitriolum ♂is ex albido viridescens constituat. Atqui hic spiritus vitrioli rectificatus affusus ♂i hunc non rodit propter concentratas sui particulas, sed potius aquæ s. q. diluatur ipse; contra si per se spiritus ille fuerit phlegmaticus, non opus erit dilutione cum ▽ simplici. Solutio hæc ♂is cum tali spiritu evaporet ad medias, sicque in frigido vitriolum elegans adhærescit.

Hoc vitriolum) Hoc vitriolũ Martis cum spiritu vitrioli factum rarò per se datur, sed combinetur cum tartaro v. g. vitrioli Martis & cremoris tartari in anatica proportione, (vel varietur ea pro circumstantiarum varietate,) solvatur in ▽ simplici fervente, & hinc solutio inspissata ad mellis consistentiam, in frigido loco concrescat in lapideam duritiem pulverisandam, & sub *Magisterii vitriolati chalybis* nomine, dosi gr. xv. ad ℈j. exhibendam, egregium est anticachecticum, detersivum, & alterativum. Potest misceri Purgantibus, sic præstabit sale ♂is purgante: ⊖ ♂is cum ℞. vel ▽F. secundum SCHROEDERUM est stypticum.

Coagulum, pag. 524.) Sc. solutus ♂ cum spiritu salis hujus abstractione relinquit coagulum salino stypticum, ex quo etiam flores nigricantes possunt ⚗ati. Interim tamen illud vi alterativa parum pollet.

Magmata) Sp. mellis & omnia acida rodunt ♂em, & sui abstractione relinquunt magma dulce, id est, quoddam vitriolũ ♂is cujus tamen loco vitriolũ ♂is, vel nativum vel artificiale, sufficere poterit. Atque hoc de siccis ♂ialibus. Hæc pauca ex Marte AUTOR seligit:

1. Limaturam martis crudè præparatam,
2. Crocum martis sulphuratum,
3. Vitriolum martis,

&

4. Magisterium martis vitriolati.

Inter liquida Martialia) Sunt vel infusa (uti prostant in HARTMANNI *Prax. Chym. cap. de Obstruct. & Imbecillitate hepatis*) Vina Martialia, quæ parantur duplici modo: nempe

1. Limatura martis recens vino infunditur, quod hinc turbatur & ad tempus repositum dulcedinem stypticam acquirit.
2. Vel eadem candefacta in vino repetitis vicibus extinguitur; nam & sic ♂is substantia vino solura in ⊕ abit.

Interim tamen ejusdem vitrioli vis admodum est dispersa, vinumque taliter paratum propediem situm contrahit & corrumpitur: Sic præter vinum

vinum alii assumunt, succos vegetabilium acidulos, itemque mustum, quibus ♂ extrahitur, ut ROLFINCIUS & MYNSICHTUS *pag.* 217. *Armament. Chym.* Magisterium aliquod Martis aperiens habet. Interim tamen nobis sufficit ad imitationem D. MICHAELIS succus pomorum Borsdorffianorum nondum penitus maturorum, qui limaturæ ♂is recenti affusus optimè agitetur sæpiùs, & sic intense saturatur ex ♂e, hinc solutio filtrata nonnihil evaporet, ne situm facile contrahat. Ita eadem hypochondriacis, spleneticis & cachecticis data ad cochlear j. multum efficit, æstimoque hanc magni contra AUTOREM; in cachexiis enim mulierum, & mensium defectibus, in effervescentiis hypochondriacis sistendis, dosi ʒj. est egregia. Quidam parant essentiam ♂is cum succo citri; verum illa est longe melior.

Liquor ♂ii tartarisatus pag. 525.) Dum nempe ♂ cum duplo vel triplo tartari in ▽ fervida ebullit, acidum tartari rodit ♂em, & solutio filtrata ad debitam consistentiam inspissatur pro *liquore ♂ii tartarisato*; qui tamen non adeo valet, dum successivè omnis ♂ iterum ▽atur. Quando limatura ♂is lævigatur cum aceto, dat solutionem spissam; sed quia nimis saturatur ab acido, nil valet.

Reiterata extractio) Sunt, qui solutiones ♂is, per succos vegetabilium acidulos factas, ad mellis consistentiam leniter inspissatas, denuo cum spiritu vini extrahunt in essentiam. Verum est & hæc extractio martialis, sed non adeo intense, & vocatur *essentia martis liquida*. Ast cum sic minor martis pars includatur, proinde solutionem primam hisce præfero. Pauca martialia liquida sufficiunt.

Artificiales acidulæ) Loco acidularum artificialium nil melius est, quam liquor martis solaris, cum ▽ toris majalis paratus; hic enim parva guttarum dosi idem præstat, quod illæ sub haustibus. Hinc sufficit solutio martis cum succo pomorum.

Diversa tincturæ) Diversæ tincturæ martiales quidem dantur, sal saltem nominetenus tales.

Vini spiritu è calcinatis pag. 526.) Hic perstringit AUTOR illam tincturam, quam habet SCHROEDERUS *pag.* 382. *num.* 4. & 8. ex croco martis cum ⊖*co tractato; unde frustra per V̊ parare tentat tincturam.

*Florum *calium*) Hic processus ille insinuatur, quem habet *Zwelferus Mantiss. sp p.* 339. sub nomine *Aroph Paracelsi* & *martis acidi sedativique Archei*; cum tamen iste, qui cadit pulvis, quemque ZWELFERUS ♀ *anodynum* vocat & *sedativum Archei*, sit martialis, quæ, quia itidem nonnihil absorbere valet acida hypochondriaca, iisque absorptis symptomata levantur, & quies supervenit; hinc male putat ZWELFERUS, eam vi anodyna sopire spiritum insitum. Cæterum laboriosus hic processus compendiosior ad methodum MYNSICHTI fieri poterit.

Pumicosa, pag. 527.) Martis ℞, quam affert SCHROEDERUS, *in Pharm. l.* 3. *c.* 11. *p.* 303. *nro.* 13. suspecta est: paratur quippe eadem ex ♂e in pumicem quasi redacto, & aceto destillato in tincturam extracto.

E dissoluto saltem martis vitriolo) Sunt, qui ⊕ ♂is dissolutum cum V̊ in tincturam extrahere satagunt; ast inanis est labor, cum sic ⊕ illud in fundo concrescat, vid. SCHROEDERUS *l. a. pag.* 582. *nro.* 9. ubi habet hunc processum.

Ex ipsa minera martis cum proprio liquore) Intelligit AUTOR tincturam illam, *Mannæ martis* nomine SCHROEDERO *l. a. num.* 10. venientem, ex marte subsidente: sc. minera martis destillata suggerit phlegma acidulum in pauca quantitate, quo ipso ♂ solutus tincturæ martis nomen accipit; cum tamen solutio hæc tantum sit superficialis, & labor inanis.

Balsamum martis) Habet hoc ZWELFERUS *in Mant. Spag. pag.* 340.

Essentia cum ∽ nitri) Hisce ZWELFERI ille processus insinuatur, quem habet *in Append. ad Animadv. Ph. Aug. pag.* 58. dum parat essentiam martis cum spiritu nitri & phlegmate atque pauco spiritu vitrioli: ast quemadmodum pro tractatione Martis inter acida nulla sunt meliora, quam tartarea & vitriolacea: ita acida nitrata stypticitatem affricant marti, huncq; vehementiorem faciunt, quam utà corpore humano perferri possit.

Quæ cum essentiali sale tartari, & martis vitriolo) Hic sincerum prostat AUTORIS judicium de famosa illa ℞ *vitrioli martis Zwelferi*, quam habet in *Mant. Sp. pag.* 337. nempe sub hujus præparatione semper evenit, ut dum sal essentiale tartari, & ⊕ martis jungantur, ♂ quoad sui partem ex vitriolo cadat, sicque tinctura magis tartarea, minusque martialis prodeat. Unde alii hoc videntes, loco ejusdem tincturæ hanc in forma sicca præparant, & recipiunt ana *terræ foliata tartari* & *vitrioli martis*, mista terunt in lapideo mortario, ita rubescit subito mistura instar pultis apparens, quæ posteà in loco calido exsiccata pulverisetur in pulverem ex nigro rubescentem, ⊖ *martis compositum*, item *magisterium martis vitriolatum*, vocandum. Et sanè hic pulvis præstantior est ipsa tinctura vitrioli martis ZWELFERI. Vitrioli autem martis ℞. ZWELFERI in cœliaca convenit, mucum abstergendo, & ventriculi orificium infarctum reserando.

Essentia martis tartarisata, pag. 528.) Sc. *superius pag.* 52. mentionem fecit AUTOR *Martis tartarisati*, sumendo *tartari* part ij, & *Martis* part. j, & in ▽ *fervida* ad consistentiam mellis coquendo. Jam igitur mellagineo huic magmati, si affunditur acetum destillatum, absorbet hoc Martem solutum, tartaro crudo in fundo remanente. Atque hæc solutio dulcis est & grata bonaque, utut aliis ex tartaro prodeuntibus solutionibus cedat.

Præsentiorem) Modum conficiendi *tincturam martis* AUTOR hic clare refert, ac confer. M. A. N. C. *Anno* 3. *p.* 43. ubi occasione historiæ atrophiæ infantilis processum hunc recitat. Hanc paratam ita tincturam martis præfert ZWELFERI tincturæ vitrioli martis. Res ita se habet: Nempe terantur probe invicem ⊕ martis & cremor tartari, hinc trita affusione aquæ simplicis ebulliant, & coquantur ad mellis consistentiam, quod refrigeratum in lapideam quasi consistentiam facile pulverisabilem abit. Vel & antequam magma prædictum in durities convertatur, affundatur V̊, & blando calore eliciatur & solvatur illud concretum martis tartareum in *essentiam tartareomartialem*, ita hæc erit potioris usus, quam ℞. ⊕li martis ZWELFERI, & hæc ℞ martis tartarea à ʒß. ad ʒj. usurpata locum habet in quibusvis morbis chronicis, remediis tartareis indigentibus; non secus ac eandem Autor commendat pro *ictero* curando, nisi is insequatur ascitem consummatum, aut calculos in folliculo fellis hærentes. Etenim in

ictero curando martialia primatum tenent; purgantia contra nil valent, nisi in principio prius vomitorium adhibitum prosit; sicut in progressu & statu morbi martialia, & præsertim hæc ℞, erit optima. AUTOR *noster* pro ictero associat ☿ diaphoreticum ☉ale, quæ duo pro ictero curando, præmisso in principio vomitorio, revera sufficiunt.

De spiritu vitrioli Martis factitii pag. 530.) Hisce taxat AUTOR *noster* tacitè ZWELFERUM *in Mant. Spag. pag. 336.* magno conatu illum elicere docentem, simul rectè addendo; talem spiritum parum aut nihil differre à quovis spiritu vitrioli communi; nam & hic non reperitur sine contagio martis aut veneris.

Temperata aciditas) Sc. spiritus vitriolacei non sunt rectificandi, quasi nimirum eorum partem volatilem seorsim habere vellemus: Potius rectum hac in parte ZWELFERI judicium, dicentis: rectificatione hac potius destrui, quam exaltari spiritum vitrioli.

In abstractitio liquore) Intelligit hic AUTOR SCHROEDERUM *pag. 380. num. 3.* oleum album martis afferentem: Conf. & HOFFMANNUS *in hunc* locum *pag. 227. Clave Schrœderiano*, sc. spiritus salis marti affusus & abstractus sub △is gradu ultimo de dulcore martis participat; qui tamen, cum tantillus sit, hinc potius aliæ martis tincturæ eum superant.

E sale capitis mortui florum Ammoniacalium Martialium) Intelligitur hic ZWELFERUS *pag. 339. Mant. Spag.* ex capite mortuo martis, cum sale ammoniaco tractati, spiritum acidum elicientem, qui quidem aliquantillum de substantia martiali secum rapit: interim tamen ob id non præferendus is erit aliis tincturis martialibus.

Floribus adstringentissimo sapore pag. 531.) Sc. Mars cum sale Ammoniaco, vel sale communi, vel spiritu salis, tractatus abit ultimo △ gradu in flores nigros, saporetenus stypticos.

Volatilis ille spiritus) Sc. Mars tartarisatus si destilletur, acquiritur spiritus volatilis, participans quidem de tartaro, nihil vero de marte; quippe qui arripiendo acidum tartari, liberatum dat spiritum & sal volatile tartari.

Flores per solutionem) Insinuatur hic *crocus martis cachecticus* cum nitro paratus ZWELFERI *ex Mantissa Spag. pag. 317.* nempe si in illo processu loco crucibuli aperti recipitur retorta tubulata, tunc sub detonatione nitri & martis *flores nitri* acquiruntur, parum *Martiales.*

Salii ammoniaci martialis eluatricationes) Intelligit hisce AUTOR *noster sulphur anodynum martiale*, quando mars cum sale ammoniaco sublimatur & edulcoratur ▽ simplici; sic cadit pulvis, quem ZWELFERUS maximopere commendat; qui tamen est crudus saltem martis pulvis, cedens aliis tincturis martialibus. Jam vero ex his omnibus eligit AUTOR tincturam martis tartarisatam, in cujus locum & sal martis compositum substitui potest, vel & solutio martis solaris: ita tamen, ut horum omnium liquorum mitissima sit tinctura illa martis tartarisata; fortior verò solutio martis cum succo pomorum Borsdorffianorum; & omnium fortissimus liquor solaris martis, quippe qui teneriora subjecta sensibiliorique stomacho & textura primarum viarum prædita, molestia afficit præcordiorum, imò etiam lipothymiis; unde in talibus potius solutio martis cum succo pomorum locum habebit.

E venere) Mirabilis est tantillæ hujus effectus; nam & accidentario cum martialibus ingesta nauseam, vomituriendi conatum, & insignem ventriculi prostrationem infert: hinc sal vitrioli emeticum pessimum est vomitorium, indeque horum nocumentorum intuitu pro interno usu nulla ex venere prostant medicamenta.

Verum ♀rii ignem seu volatile dulcissimumque sulphur pag. 532.) Insinuat hic AUTOR *noster* HELMONTII de sulphure vitrioli veneris dulci volatili jactationem, quasi nimirum hoc vi anodyna sua & sedativa Archæi tantum præstet, quantum medicus & chirurgus hinc expectare queat; imo illo ipso fixetur mercurius in ☉ horizontale, vel mercurii diaphoreticum.

Spiritum duplicatum) Insinuat AUTOR POLEMANNUM.

Minera ♀ea,) Ex minera ♀is parum phlegmatis sulphurei aciduli per destillationem prodit, cujus medio ♎ illud veneris dulce quidam elicere conantur: ast frustra, cum illud crocum obscure rubescentem saltem eliciat.

Æruginis crystallisata) Sc. ex capite mortuo etiam ∽ æruginis, è crystallis parati, cum spiritu salis ammoniaci elici potest tinctura coerulea; quod ipsum negotium quoque succedit. Interim eadem tinctura in parca dolosi parum vel nihil præstat, in liberaliori verò data est egregie vomitoria.

Vitrioli ♀ei destillationem,) Hoc processu insinuat AUTOR *noster* HELMONTIUM *in Tractatu de lithiasi*, ibi putant quidam doceri ♁ vitrioli ♀is genuinum: hoc verum est, acquiritur sic per experientiam TACKII Spiritus vitrioli veneris, vitrum quasi auro incrustans, quo ipso tamen elici posse sulphur ♀eum dulce, falsum est. Docet saltem ibi HELMONTIUS legitimum spiritum volatilem ex vitriolo veneris.

Æruginis ∽) Insinuatur hic famosus ille ∽ *viridis æris* ZWelferi, quem habet hic *in Append. Animadverf. & Mant. Sp.* cuique tantum non vires alcahestinas adscribit, ex eo, quod ∽ ille affusus margaritis, coralliis, & similibus ostracodermis, denuoque abstractus, sub antiqua sui corrosivitate prodeat, adeoque pluribus ejusmodi solutionibus iterum adaptari queat. Interim non putandum est; ZWELFERI spiritum dictis concretis affusum prodire planè sine ulla substantiæ suæ salinæ deperditione, & corpori soluto adhæsione, cum repetito negotio solutionis, tandem saporem spiritus mellis saltem ille præ se ferat.

Præsertim è crystallis) Ex AUTORE sufficiat hic spiritus ex crystallis: sc. ærugo cum aceto destillato solvitur, & in crystallos redigitur, qui destillati dant juxta TAGKENIUM acetum destillatũ concentratum.

Ex ipsa æruginis substantia Aceto destillato prius humectata) Ex ⊕ris etiam per se destillatur ∽ acido ⊖sus volatilis ex relatione olim BOYLEI, miscetur nempe *viride æris* cum ana ∴a, & invicem destillantur, ita prodit parcus ∽ acido salsus ob acidum aceti & salis volatilis urinæ, quâ ipsa conspergitur in æruginis præparatione æs in provincia Monspeliensi. Atque hic spiritus pro usu aperitivo Medico magis quidem egregius, quàm qui ex crystallis prodit; interim hic magis usui Chymico inservit pro solutionibus.

Cum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1244-3 DFG

Cum duplo sulphuris) Quando partes ij. *sulphuris*, & j. *viridis æris* recipiuntur, ita prodit tunc & acquiritur per destillationem ☙ acidus sulphureus unà cum floribus sulphuris albidis, ob acidum viridis æris iis adhærens. Interim ☙ ille est imbecillior, & pro usu chymico remissior.

Intus dati) Crystalli ⊕ fiunt, quando solvitur in aceto destillato, solutio evaporata concrescit in crystallos, qui dant spiritum generosum; sed si solvitur in aceto, & inspissatur ad mellaginem, dat spiritum admodum elumbem. Fateor, spiritum hunc æruginis ex crystallis paratum in affectibus hypochondriacis & cachecticis ab obstructione natis non valere, quia in his notorie peccat acidum: quomodo igitur per acidum superveniens curabuntur? Interim in affectibus pectoris, v. g. asthmate humoroso, visciditatibus crudis, & muco bronchiis inhærente & pectus obsidente, idem ☙ ex crystallis est egregius, adeoque non penitus negligendus; utut loco hujus ille cum duplo sulphure destillatus assumi queat juxta AUTOREM.

Cum gummi ammoniaco, pag. 534.) Notat hic AUTOR *spiritum* illum *asthmaticum*, fœtidum quidem, sed efficacem D. D. *Langelotti*; & D. D. *Michaelis*, qui est:

℞. *crystall.* ⊕ *ii* part. iv.
gummi ✱ *ci* part. iij.
♁ *ii* part. j.

Destillentur omnia per ∴am, caute regendo △em, in spiritum acidum volatilem, qui rectificatus dicitur *spiritus asthmaticus*, resolutivus in affectibus pectoris humorosis egregius. Equidem per se destillatus paulo asperior est quia acrior, temperatur tamen cum quadam essentia vel liquore spirituoso aromatico pectorali. Et utut acetum & oxymel scylliticum, itemque ☙ salis ammoniaci anisatus, quæ AUTOR pro spiritu asthmatico commendat, hoc in casu etiam sint efficacia, tamen ob id spiritus hic asthmaticus non rejiciendus est.

Marinorum) Sc. ☙ viridis æris minus convenit in Medicina, saltem adhiberi debet in Chymicis: sed non conducit pro solutionibus marinorum, quia hæc per acida ejusmodi castrantur, & vi sua præcipitativa enervantur, quin potius eadem per se præparanda sunt, & loco aceti destillati ☙ ⊕ pro tincturis & essentiis mineralibus adhibeatur.

Caput mortuum) Sc. venerea remedia pro usu interno sunt suspecta, hinc pro usu saltem externo Chirurgico requiruntur; absorbent enim fermenta acida vulnerum & ulcerum, & texturam hinc aluminosam acquirentia ad debitam consistentiam illa redigunt; sicut & apud veteres occurrit usus æris usti, squama æris, æruginis, &c. Loco horum tamen omnium sufficere saltem potest caput mort. ex destillatione ☙ ⊕ ex crystallis parati, quod reverà est Crocus aliquis ♀is, & liquatis unguentis emplastrisque admistum idem præstat, quod aliàs Chirurgi in variis ⊕is præparatis quærunt.

Florum pag. 535.) Sunt, qui ex ♀e flores, tam impropriè dictos, quos habet SCHROEDERUS, quàm propriè dictos, parant; nempe cum sale ammoniaco, vel detonatione tartari cum nitro. Interim, quemadmodum ejusmodi flores pro interno usu periculosi sunt, ita pro externo usu sufficit caput mort. crystallorum æruginis.

Ærugo) Præter crocos & calces veneris absorbentes vulnerum & ulcerum acida, alii rectè in usum vocant ⊕, quippe quæ veterum compositiones & unguentum Ægyptiacum, hocque tam commune, quam magistrale Fabricii Hildani, & unguentum Apostolorum ingreditur, ubi hujus æruginis usus est, ut in ejusmodi ulceribus putridis & gangrænam minantibus, itemque incipiente gangræna, post separationem partis mortuæ sub unguenti Ægyptiaci tegmine illinatur, quo sic beneficio acidi sui impediatur ulterior putredinis progressus. Gangrænæ enim dependent ab alcali prædominante & destruente acidum seu ♁ partis vitale. Atque pro scopo Chirurgico sufficere possunt vel ærugo simplex, aut crystalli ejus loco solutionum, sc. cum spiritu salis paratarum.

Quam nitrosis pag. 536.) Indigitat hic AUTOR oleum æruginis causticum, quod habet SCHROEDERUS.

Aquæ virides) Sc. notæ sunt aquæ virides: basis est ærugo cum aceto, quibus associata sunt cerussa, colcothar, alumen, item vegetabilia, de quibus conf. HARTMANNI *Praxis Chymiatrica*, ubi formulæ harum prostant. Ac quidem has aquas virides famosas reddit PLATERUS *in Praxi sua*, commendans illas speciatim in ulceribus partium, præsertim glandulosarum, in quibus lymphæ acidioris effusio præsens est, ex qua ulcus depascens provenit, per dictas aquas coercendum. Cæterum harum omnium loco, suasore AUTORE *nostro*, sufficere potest & ærugo in decocto mundificativo vel simili diluto soluta. Hæ ▽æ virides in ulceribus manantibus crurum, in pterygio, nebula, panno, ulceribus faucium Gallicis, &c. optimæ sunt

Lapide medicamentoso,) Hic ex CROLLII scriptis notus est, concretum salsum tertium saporis austeri adstringentis, adeoque in ulceribus gangrænam minantibus maximè conveniens.

Saphirinam Agyrtarum solutionem, pag. 537.) Hæc ▽ saphirina Chirurgorum ex calce viva & sale ammoniaco dissolutis, & in pelvi ænea asservatis constans, & ob alcali calcis vivæ colorem hunc obtinens, nobilis est in palati & oris Gallicis ulceribus, itemque crurum, nec non oculorum præsertim horum affectibus, pterygio, panno & pustulis, vix præsentius datur remedium. Præparationem vid. in SCHROEDERO. Et quidem basin ejus constituit ⊖ calcis vivæ salso alcalinum, unà cum substantia cupri ex pelvi ænea erosa. Interim tamen hujus quoque Aquæ loco esse poterit Aqua quædam simplex diluta cum pauco æruginis.

Unguentum purpureum) Unguenta Chirurgorum sunt duo. Ægyptiacum & Apostolorum: Basis horum est viride æris. Famosa præ cæteris sunt in gangræna arcenda, ubi facta incisura partis mortuæ illinantur; sic enim vivum à mortuo separatur. Per unguentum purpureum innuitur unguentum fuscum FELICIS WURZII, das Braune Sälbigen/ Chirurgis dictum: vid. in ejusdem *Chirurgia*. Constat enim illud ex colcothare vitrioli sæpius cum aceto impregnato. Cæterum cum laboriosa sit hujus præparatio, proinde AUTOR *noster* compendiose & extempore illud parat, sumendo *unguentum Ægyptiacum Mesues* (quod constat ex ⊕, *aceto*, & *melle*, HILDANUS, addendo ⊖✱ & ⊙, correxit in suum *Magistrale*) illique combinando *terram vitrioli dulcem*, & paucum extracti veronicæ in aceto vel rore minerali acido dissoluti, quæ invicem proportionaliter miscentur, ita namque unius horæ spatio parat *unguentum fuscum magistrale*, quod aliàs septimanæ integræ laborem requirit.

Lavamenta) Sc. quia pinguia in genere nocent

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1245-9 DFG

quibusvis ulceribus, non quidem præcisè propter acidum in iis non adeò sensile, sed potius propter sui glutinositatem, qua oblinendo poros partis læsæ & transpirationem insensilem sistunt, atque hinc transspirabilia impedita majorem corrosivitatem contrahunt, & ulcus deterius reddunt; hinc potius acidorum absorbentia & destruentia, & alcalina vegetabilia, ut aquam calcis vivæ, myrrham, saccharum, euphorbium, &c. externè adhibeamus, & non opus habebimus emplastro Apostolorum. Magis consultum est epithema ulcus mundificans, applicando dehinc emplastrum deficcans, dia sulphuris Rulandi: Hæc enim meliora erunt, quàm si pinguia illa diutius gestarentur, indeque nec emplastro Isidis indigebimus.

Apostolico Vnguento pag. 538.) Sc. in gravioribus casibus Chirurgicis pro curanda gangræna famosa sunt duo remedia: nempe unguentum Ægyptiacum, & Apostolorum; quorum tamen utrorumque basis est æruga.

Tractivum viride) Insinuat BECHERVM, & RENODÆVM.

Apospagmata) Sc. in veterum scriptis sæpè sæpiùs occurrunt nomina Tutiæ, Pompholigos, Melanteriæ, chalcitidis, misy & sory; sub quibus tamen omnibus delitescit volatilis solummodo quædam cupri substantia, cum præsertim post Jovem non volatilius detur metallum ipsa ♀e. Jam igitur dum hæc funditur dum cum cadmia in aurichalcum redigitur, sub tortura ignis fuliginem suggerit, variis nominibus insignitam. Cæterum in omnibus his speciebus sufficiunt pro externo usu, præprimis cadmia factitia veterum, quæ chirurgis est Tutia Alexandrina, ex fuligine æris concrescens; & tutia propriè sic dicta seu genuina veterum, nihili aliàs vocata, & favillæ subtilioris sub aurichalci præparatione elevatæ, & turribus adhærescentis originem suam debens. De quarum ambarum differentia conf. MERETTE *Comment. in Artem vitrar. Neri.*

Ab Alexandria) Tutia hæc modernorum, Alexandrina dicta, rarò est in usu, nisi quod à Pharmacopœis sub nomine Pompholygos in unguento diapompholygos occurrat: est tamen eadem in recessu arsenicalis, & hujus ratione ulceribus cancrosis, & gangrænosis affectibus, medetur illa.

Mercurii fixati pag. 539.) Subinnuit hic AUTOR *noster* eam Mercurii fixandi rationem, quam habet ROLFINCIVS *Chym. pag. 384.* beneficio nempe æruginis; fixatique colorationem cum radice curcumæ & nihilo gryseo tingendi in colorem flavum, quam *pag. sequenti* habet idem. Et sanè est illa vera mercurii fixatio, utut superficialis tantùm.

Nihili album) Sc. veteres inter remedia ophthalmica adhibuerunt tutiam seu nihilum; idque non sine consilio, cum ea sine ullo sensu in ▽ diluta oculis applicari possit; Sic enim absorbet acidum lymphæ peccans. Eadem cadmia, veterum Tutia, pompholyx, cerussa, unguentis quoque & emplastris ophthalmicis fuit addita, & in ulceribus eorundem superficialibus adhibita, horum tamen loco omnium commendat Autor nihili album.

Lacte aureo) Sc. Lac virginis parandum ex solutione lithargyrii in aceto, ☵ ratione cum alumine, & pauco gallarum, transit in lac ☉eum flavi coloris.

Decocto nigro) Decocta nigra, in inflammationibus chirurgicis usitata, constant ex basi gallarum & vitrioli, ex solutione cerussæ in aceto, & solutione aluminis conjuncti: vid. MYNSICHTVS; addendo iisdem vulneraria vegetabilia.

Diapompholygos & de tutia unguenta pag. 540.) Ungauntum diapompholygos pro scopo cicatrisandi, & de tutia pro consolidandi adhibetur: quorum tamen loco, uti & liquorum in affectibus oculorum propter illorum rancorem istis partibus inimicum, sufficere poterit ▽ rosarum communis vel fœniculi, in qua parum vitrioli solutum sit & aliquid tutiæ additum: v. g.

℞. *vitrioli albi* ℥ß.
▽ *chelidon. maj.*
fœnicul.
rosar. ana ℥vj. ad ℥j.

Solutioni filtratæ, addatur
tutiæ præp. ℈ß.

Mista calidè instillentur oculo, vel linteo iidem applicentur in Ophthalmia serosa; ita mixtura hæc post Infusa antimonialia ophthalmica erit optima.

Lapide calaminari) Lapis calaminaris adhibetur pro ulcerum cura, consolidatione, cicatrisatione, excoriatione infantum, &c. promptè sc. absorbet acida ulcerum & excoriationum, hincque sapore adstrictorio poros partium stringit, ut facilè consolidatio sequatur.

Vitriolum pag. 441.) Vitriolum est nihil aliud, quam minera martis vel ♀is, vel utroque simul, ab acido sulphuris embryonati erosa, & sub actu erosionis in formam illam coagulata, quàm vulgo vocamus vitrioli. Adeoque sunt duo ejus ingredientia Martialia consideranda: nempe subjectum materiale & patiens, quod est minera Martis aut veneris, aut utraque; & causa efficiens seu agens, quod est acidum illud esurinum sulphuris embryonati, h. e. acidum istud universale omnium metallorum & mineralium, quod, dum adhuc in forma nativa existit, rodendo mineras dictas coit cum his in vitriolum. Differt autem hoc acidum embryonatum (quod BASILIVS VALENTINVS sub nomine vitrioli albi spiritus pro auro solvendo quærit) à spiritu communi sulphuris, ut radix à producto, item ut acidum universale à speciali, & in certo subjecto specificato; quorum illud reperitur in acidulis naturalibus sub loco natali, indeque hæ ab eo vires suas habent: conf. HELMONTIVS *Paradoxo de Fontibus Spadanis.* Jam verò porro constare vitriolum nativum ex duobus allegatis substantiis, vel exinde probatur: quod ex acido sulphuris aut vitrioli, & marte aut venere, emergat vitriolum factitium, sive per cementationem, faciendo stratum supra stratum cum ♃e invicem calcinando, sive & per solutionem cum spiritu sulphuris affuso veneri vel marti, & inspissatione solutionis fit, ⊕ artificiale.

E venali) Venale nativum vitriolum præfert AUTOR factitio, eò quod illud coagulatum sit ex acido embryonato primigeneo, hoc verò ex spiritu sulphuris aut vitrioli: alia enim est ratio, dum in minera fit ⊕ nativum ex acido esurino hoc, alia verò dum fit arte, sicut cinnabaris nativa longè volatilior est, quàm factitia, tàm vulgaris, quàm ☿ialis. Equidem sunt, qui nativum vitriolum ob contagium arsenici adhærens metuunt, interim ob hoc illud potius est nobilioris conditionis.

Facta cum spiritu salis pag. 543.) Sc. vitriolum propriè dictum fit aut arte per spiritum sulphuris, aut vitrioli. Cæterum sunt, qui ex venere cum spiritu nitri tractata corpus vitriolicum, item ex marte cum spiritu salis combinato, quasi vitriolum martis acquirunt; ubi tamen ejusmodi producta rectè loquendo non sunt corpora vitriolacea propria, sed potius crystalliformia, non secus atque aliàs

aliàs cum ſpiritu ſalis vel aceto deſtillato ex marte maſſa vitrioliformis paratur, quæ deſtillata exhibet ſpiritum acido ſubdulcem, nonnihil de marte participantem: qualem ſpiritum acido ♂ialem ZWELFERI: ex marte & ſale ammoniaco, item hæmatite & ☉e ammoniaco, parat.

Venalia vitriola) Intercedit quædam differentia inter vitriola nativa pro ratione contagii metallici adhærentis, quia mineræ hæ non ſemper reperiuntur puræ: Sic enim Hungaricum dicunt eſſe naturæ ſolaris; Salisburgenſe pariter Venereo-Lunaris; Romanum martialis; Cyprium venereæ Goslarienſe ex venere & martiali natura miſtum; ad ſummum, quo viridius eſt vitriolum, eò magis de marte, & quo magis cæruleum, eo plus de venere participat. Interim pro uſu medico nulla horum differentia ferè obſervanda,

♈ fortem) Hæc paratur ex vitriolo & nitro. Jam deprehenditur non rarò differentia in ♈ ſuper metallum, unde hæc ? vix ex nitro, potius ergo ex vitriolo, utut parum de vitriolo participet. Probatur hoc: quod aliquando conſtantem ruborem habuerit, quæ eſt à vitriolo.

Obſervationes pag. 544.) Sc. Luna rarò deprehenditur pura; nam plus minus de venere participat, hinc ♈ lunam ſolvit, auro intacto relicto. Hinc hæc aqua fortis quoque ipſa ob vitriolicum contagium parum de ☉e continet, indeque GLAUBERUS putat fieri multiplicationem lunæ in ☉e per ſimplicem præcipitationem non ſaltem, ſed & transmutationem quæ fiat à ſulphure acido vitriolico: vid. BECHERUS *Phyſic. ſubterr. l.* 1. *cap.* 3. *p.* 159. ubi docetur transmutatio lunæ in ☉em beneficio ♈ ſolutæ. Cæterum non negandum, vitriolum id aureum habere aliquam vim, præſertim, cum poſt purificationem auri per ♁ non ſit alia magis conveniens purificandi encheireſis, quam ſi ☉ in ℞. ſolutum ♒etur cum vitriolo in ▽ ſimplici ſoluto; ♒atur enim ſic puriſſimum, & ex GLAUBERO magis in ℞ exaltatum aurum.

Minutulum illud unctuoſum pro reſiculo habitum, pag. 545.) Sc. vulgò ſuadent, eligendum eſſe vitriolū cryſtallinum ſplendeſcensque: aſt ejusmodi minutula inſervire uſui probat hoc, quod hæc ſolutæ in ▽, & poſt filtrationem inſpiſſata, itidem exhibeant egregias vitrioli cryſtallos.

Purificationis titulo) Sc. vulgo depurant vitriolū ſolvendo hoc in ▽ ſimplici, & ſolutum poſt evaporant ad cuticulam uſque pro cryſtalliſatione. Aſt ſub omni ejusmodi ſolutione ſemper aliquid terreæ ſubſtantiæ flavæ, ochra nempe, ſeparatur in fundo, quæ eſt minera martis vel veneris ſub ſolutione ſecedens; & in tantum poteſt depurari, ut hoc modo depuratum ferè totum poſſit per alembicum deſtillari. Sed cui uſui? acquiro ſpiritum ſaltem paulò volatiliorem. Unde ſeparata iſta ochra, certò illa ſpecialis vitriolorum differentia cadit, dum lunare, ſolare, &c. audit; contra ♈, cum qua copioſius aurum ex luna fuit ♒atum, virtutem hanc habet ab ochra.

Rorem mineralem,) Sc. vitriolum integrum per alembicum in ♏. vel ∴ deſtillatum, dat liquorem, ▽eum ſeu phlegma acidulum odoris ſulphurei penetrantis; idque eò magis, ſi à novo vitriolo ros ille deſtillatus de novo cohobetur; nam ſic exaltatur in penetrantia ſua volatili & efficacia ſulphurea. Equidem diutius hic aſſervatus quaſi folia ſulphurea dimittit in fundum: ſed parum refert. Interim cum odor nihilominus ſupermaneat, proinde illud phlegma vitrioli internè egregius eſt in morbis acutis, vel per ſe vel additis aliis; Sapit namque acidulas nativas. Sic & externè ambuſtionibus idem medebitur phlegma vitrioli. Imò poteſt uſurpari loco phlegmatis è rore majali, vel miſturæ alterantis: quidam ſumunt ſpiritum vitrioli cum ▽ & ſale quodam fixo, ſed ſufficit Ros hic vitrioli.

Bellidis pag. 546.) Sc. extractum ſuccoſum bellidis, vel etiam epaticæ nobilis, dilutum phlegmate vitrioli, inſervit loco analeptici julepi.

Striatum) ~ vitrioli volatilis ſtriati parandi rationem tradit HOFFMANNUS *in Clave Ph. p.* 337. Spiritum nempe vitrioli à capite mortuo per reiteratam cohobationem abſtrahendo; ſic enim ſubtilior is, & quaſi ſtriatus, prodit. Cæterum iſte Ros vitrioli ejusdem ferè eſt uſus, quàm ~ hic vitrioli volatilis HOFFMANNI.

Nono alembico) Quidam putant ſpiritum vitrioli nona vice cohobatum intelligi.

Cranio) Sc. quidam ſpiritum vitrioli antiepilepticum parant, ſpiritum vitrioli à cranio humano viſco quercino, &c. abſtrahendo: verum ita prodit ~ vitrioli ſalſus volatilis ammoniacalis, compoſitus ex acido vitrioli, & ſale volatili cranii.

Sulphuream partem, pag. 547.) Ros hic vitrioli eſt admodum ſulphureus & penetrans. Sc. quidam cum phlegmate vitrioli volunt acquirere hanc ſubſtantiam ſulphuream volatilem, non ſaltem ex hoc rore, ſed etiam ex aliis ejusmodi liquoribus, dum ſc. vitriolū martis paratur, ubi exhalat ros volatilis ſulphureus (non ſecus atque quando ♎ & colcothar in ejus flores ſublimantur, ſicque per ſuperius capitellum halitus acidulus exhalat, quod quidam capiunt) imò ex ipſo quoque ſpiritu vitrioli recenti, affundendo ubique ♈; digerendo enim ſpiritus vini, tanquam ſymbolizans ſulphureum ſubjectum recipiens in ſe ſulphuream vitrioli ſubſtantiam, hinc abſtrahendo ſpiritum ♈, hic ſecum rapit hanc ſubſtantiam. Verum eſt, ſuccedit quidem, tamen non habetur exinde remedium tanti ponderis. Volunt etiam habere ſulphur vitrioli anodynum dulce, ſed hoc eſt altioris indaginis.

Ant epilepticum elixyr) Huic ♈ quidam addunt tartarea, caſtoracea, &c. pro elixyrio antiepileptico, hyſterico, &c.

Spiritum ardentem à cephalicis abſtractum) Spiritus vini abſtractus à ſpecificis cephalicis, perfumatus licet crudo ſulphure, in epilepſia forti non exhibet tantum, quantum hinc expectatur remedium, quin potius in illa alcalia volatilia magis erunt efficacia.

Spiritus acidus communis) Circa hunc pro meliore intellectu præmoneo, vitriolum quodcunque propriè dictum eſſe concretum novum ex minera martis vel veneris, per ſpiritum acidum ſulphuris embryonati univerſali corroſa in iſtam formam coagulatum; hocque quando igni ſubjicitur, phlegma volatile acidulum in principio ſuggerere, quod inſequitur ~ ſulphuris acidus, anteà rodens mineram, qui vi △ ſeparatus à minera, ſe ſiſtit in forma liquida ſub odore ſulphureo, & ~ *vitrioli* vocatur, Cæterum acidum illud rodens non prodit ſolitarium, ſed etiam ſecum rapit particulas quasdam ſulphureo minerales, corroſæ anteà in vitriolo mineræ; atque hoc eſt, quod HELMONTIUS dicit; ſpiritum vitrioli ſemper participare de liquamine metallico; quod etiam TACHENIUS de ſulphure minerali crudo auſtero aſſerit. Jam prout hoc acidum prodiens plus

vel minus de minera metallica participat, & prout illud in minera plus vel minus concentratum est, ita nunc ☙, nunc ☙ vitrioli dicitur. Et quidem, quod primò prodit acidum purius, *vitrioli spiritus* est; reliquum verò liquamine metallico & consistentia crassa, coloreque rubro præditum, *oleum* ejus audit. Tandem caput. mort. quod post destillationem remanet, *colcothar* technico PARACELSI vocabulo vocatur, hocque ▽ simplici calidâ elixiviatum, sistit corpus saliforme, ⊖ vitrioli emeticum existens. Sic idem colcothar ante elixiviationem ≙ri expositum efflorescit de novo in lanuginem saliformem, quod ⊖ elixiviatum, nomine *salis vitrioli regenerati* venit, à quibusdam ⊖ *vitriol ultimum* vocatur: imò ex hoc ipso capite mortuo in ≙re impregnato elici potest denuò ☙ *vitrioli regeneratus.*

Sic albificati, pag. 548.) Seligit AUTOR spiritum vitrioli acidum communem; nempe post destillatum istum rorem sulphureum destillandus est spiritus: sc. vitriolum crudum purum & nativum non committendum est destillationi pro spiritu acquirendo, secus enim necessario frangitur retorta, & totum salinæ substantiæ in auras avolat; quin potius recipiatur vitriolum dephlegmatum, h. e. à rore acido volatili sequestratum, qua ratione album acquirit colorem. Etenim colores in vitriolo, in igne tractato, ita variant, ut illud primo albescat, deinde flavescat, hinc rubescat, postmodum bruñescat, & tandem obscurissimè viridescat: Si vero ad rubedinem vel flavedinem prius calcinetur, multum de substantia sulphurea prodit.

Nec nimio pondere) Sc. vitriolum hoc album destillandum non recipiatur in nimia copia, secus enim non sufficit △ eidem pervadendo, quin potius tertia retortæ pars maneat vacua.

E vitreis lutatis retortis,) ordinatio destillatur ⊕ ex retorta ⊽ea: ast malè; vasa enim illa sunt porosa nimis, potius vasa vitrea sumantur, angustissimis porulis prædita. Interim cum hæc intensiore △e vel dissiliant, vel liquescant, proinde loricentur mistura ex limo, calce viva & limatura ♂is conflata, idque successivè ut lamina alia alii superimponatur, & sic ⊕ destilletur.

citra protractiones) Plurimi spiritum vitrioli urgere solent per 5. vel 6. dies △e, quia semper nebula apparet, at sane nebula hæc in recipiente ad 6. menses compareret, modo △ tamdiu continuaretur; quod tamen phænomenon neminem fallat quin potius post 24. vel 36. horas ad summum, hinc secundum HELMONTIUM removeatur Recipiens à Retorta, dum omnia adhuc calida sunt; sic enim tunc caput mortuum satis exhaustum remanet; sin verò diutius protrahitur destillatio, ☙ semper remeat in capit. mort. illud.

Additamenta) Destillatur autem ex AUTORE ⊕ per se, & sine additis. Sunt verò, qui vitriolo destillando addunt limaturam Martis, & alii ⊖ tartari, quo sic separetur substantia illius metallica, & ☙ purior prodeat, sed labor iste vix operæ pretium meretur, cum ☙ paucus destilletur; quin potius ⊕ per se destillatum pro usu medico sufficiat.

Attemperans, pag. 549.) Sc. ☙ vitrioli ritè paratus acore suo blando stomacho est amicus, sitim sistit, æstuationèsque corporis temperat & corrigit, blande simul adstringit ratione substantiæ metallicæ simul propulsæ, quæ cum acido sulphuris coeundo transit in aliqualem aluminis texturam, indeque sapor ☙ vitrioli blande adstrictorius enascitur.

Citra rectificationem,) nempe ☙ vitrioli dicta ratione destillatus non opus habet rectificatione, sed per se mox potest dispensari pro usu medico. Ac terit hoc in passu AUTOR vestigia ZWELFERI, itidem ☙ vitrioli rectificationem vetantis. Equidem dicunt contra alii, separari rectificatione illa magnam partem liquaminis metallici: Verum quidem est; semper enim crassamentum quoddam metallicum remanet; interim tantillum hujus, præsertim ex vitriolo martis procedentis, insons est, nec potest turbare corpus nostrum. Deinde alii rectificationem ejus recusantes, substituunt digestionem blando igne peragendam, qua ipsa itidem separatur & sponte ⊽atur maximam partem substantia metallica crudior, indeque simplici decantatione potest spiritus purior supernatans secerni.

Vegetabilium floribus tinctus) Usurpatur ☙ vitrioli vel per se guttatim in julepis, vel prius medicatur diversimode, nempe infunditur floribus bellidis, aquilegiæ, tunicæ, &c. indeque sub nomine ☙ vitrioli tincti venit. Præterea alii spiritum vini à vegetabilibus aromaticis cephalicis ac stomachalibus abstractum in duplo addunt uni parti ☙ vitrioli, amboque digerendo vel cohobando jungunt sub nomine ☙ *vitrioli cephalici* vel *stomachici*; nec id inconsulto, utut ☙ vitrioli per se destillatus pariter non rejiciendus sit.

Facta vitriola) Ex vitriolis destillati spiritus recipiunt aliquid metalli, quod gestant in ventre secum, utut parum ejus sit, ut propterea non opus sit, ut vitriolũ artificiale vel selectum sumatur; præsertim, cum ex martiali vitriolo destillatus ☙ non magis sit hypochondriacus, quam alius, nec ex ♀eo vitriolo magis stomachicus, contra sentiente quantumvis PARACELSO. Sic dum HARTMANNVS ex vitriolo martis & veneris sociatis spiritum vitrioli hermaphroditicum parat, singularem non obtinet à vulgari spiritu vitrioli: imò nec ex ☽ari vitriolo, ex calcinata & cæmentata ☽ cum sulphure parato, singularis præ spiritu vulgari est, præsertim cum vitriolũ illud utplurimum magis venereum, quàm lunare sit, ac luna fixior sit, quam ut prompte possit destillari: adeoque sufficere potest è vitriolo vulgari, v. g. Goslariensi, destillatus ☙ pro usu medico.

Pro speciosiori pag. 550.) Sc. vitriolũ factitium præ nativo nullam prærogativam habet, quamvis HELMONTIVS ex artificiali vitriolo veneris singularia sibi promittat, v. g. ♀ vitrioli dulce.

Gratulamur illũ) Hic notat HELMONTIVM *Tr. de Lithiasi c. 8. §. 19.* docentem modum laboriosissimum parandi hunc spiritum vitrioli: cum quo conf. HOFFMANNVS *Clave pag. 354.* ubi habet TACKII modum destillandi spiritum vitrioli aureum, cum HELMONTII ferè coincidentem; utut hujus adhuc efficacior sit spiritus, quia is saturatior est.

Vnicornu istius mineralis pag. 551.) Hoc describit MYNSICHTUS, paratque id ex ☙ vitrioli martis & veneris, item ex ⊖e vitrioli veneris & ♂is regenerato. Hæc duo juncta dant *unicornu* illud *minerale*: vid. MYNSICHTVS *p. 1. Armament. Chym.* Hoc & arcanum vitrioli, & clyssus vitriolicus, consobrini sunt; procedunt enim singuli ex spiritu ⊕li & ⊖e ejusdem regenerato, quemadmodum conferendus quoad arcanum vitrioli MYNSICHTVS *pag. 23.* &

quoad

quoad clyssum vitriolicum ZWELFERUS *Mant. Sp. p. 339.*

Licet illa Qù per Martem) Sc. ∽ vitrioli, quem habet HELMONTIUS *loco suprà citato*, sufficere potest, nec necessaria est veneris per martem vitriolisatio, unde MYNSICHTUS elicere vult *Mercurium suum Philosophicum duplicatum* seu ex duplici substantia constantem, quem vocat *Rebù*.

Sed ultimum) Pro parando sc. isto unicornu minerali, arcano vitrioli, & clysso vitriolico, recipiendum est pariter ⊖ vitrioli, non commune, sed istud ultimum, vel per ♎ri expositiones in colcothare regeneratum; hoc enim est alius naræ, quam quod immediate ex capite mortuo vitrioli elicitur.

An verò &c.) Sc. quæritur: *an, dum ♀ vitrioli ♎ri expositum impregnatur, ⊖ illud regeneratum sit ex ♎re attractum? an verò saltem occultius vitriolum ab ♎ris humiditate resolutum & magis manifestatum?* AUTOR *noster* inclinat ad eam sententiam, qua statuitur, caput mortuum illud, quod resolutione vitrioli magis concentratum videatur ⊖ regenerari; verò non denuò de novo introduci. Scil. semper adhuc in substantia metallica, quamvis maximè calcinetur, concentratum hærere aliquid substantiæ esurinæ, quæ propter vehiculi defectum non potuit resolvi in spiritum; contra tamen ea ab aeris humiditate resoluta rodendo mineram abit in novum ⊕. Interim non negandum, ex ♎re aliquid accedere, præsertim cum non purum ⊕, sed mediæ naturæ sal inter ⊕ & ⊖ prodeat; quæ sanè ipsa participatio est ex ♎re, vitriolica vero pars ex resoluto ab ♎ris humiditate sale esurino rodente mineram: Conf. ZWELFERUS *Mant. Sp. pag. 343. & Animadvers. pag. 403.*

Cæterum AUTOR probaturus, potiùs ex resolutione vitrioli, quam ♎re dependere regenerationem illam, utitur 6. potissimum argumentis: quorum.

1. Est coaguli illius copia, quod tamen in ♎ris ambitu laxè dispersum est: Jam verò, cum illud copiose ex ♀uo eliciatur, non probabile est; ex ♎re illud provenire.
2. Est proventus coaguli illius etiam in concluso, hoc est, ♀ in loco conclusissimo ab omni ♎ris appulsu præservatum, nihilominus efflorescere.
3. Est notabilis saporis & configurationis diversitas, h. e. dum pariter ac ♀ua vitrioli nitri, ⊙is, &c. ♎ri exponuntur, tunc eadem regenerantur itidem in diversi saporis salia, ut in capit. mortuo vitrioli vitriolicus in capit. mortuo nitri nitrosus, in capit. mortuo ⊙is ⊙osus sapor percipiatur: quæ tamen diversitas non ex ♎re, sed ex corporibus illis mortuorum, adhuc vim quasi regenerativam continentium, deducenda.
4. Est facilis & prompta salinarum particularum occultarum successivè per aerem in vitriolum conversio; & posito, nulla arte posse elici ⊖ vitriolicum, tamen possunt intimè sociati, ut non, nisi successiva humectatione ♎ris possit resolvi, quod successivè per ♎rem in ⊕ abit.
5. Est prona complurium metallicorum corporum, nativi salis quippiam habentium, à salinis quovis modo tractatorum, post sufficientem quoque calcinationem, vel istorum expulsionem, denuò quasi salinescendi ratio, h. e. metallica exoticis salibus sociata, uti v. g. est caput mort. ex marte & sale ammoniaco, quod maximam partem in aere liquescit.
6. tandem est prompta ▽osi principii huic accommodatio, h. e. promptissimè salia quæcunque solvuntur in ▽, & hinc & in ♎re humido; ex quo tamen simul reverà aliquid accedere probatur, quia emergit ⊖ quasi nitrosum. Interim notandum si ⊕ ad absolutam nigredinem usque destilletur, & omni acido seminali spolietur, quod tunc ♎ri expositum non amplius efflorescat, deficiente sic acido ceu magnete.

Citra singularitates, pag. 553.) Innuit hic AUTOR hoc, quod qui arcanis vitrioli MYNSICHTI suprà citatis careat, ipsi sufficere queat ∽ vitrioli vulgaris; præsertim, cum non semper felix Praxis sublimioribus ejusmodi arcanis suffulta sit, sed vulgaria quoque remedia sub circumspecta methodo laudem quoque mereantur. Rectè enim dixit CAPIVACCIUS cuidam: *Disce meam methodum, & habebis mea arcana.* Sic cum Praxis medica duplex: vel Empyrica remediis sublimioribus peragenda; vel Rationalis, vulgaribus remediis sub exacta methodo acquiescens; hinc in prioris defectu hæc nobis sufficere poterit.

Abusus) Hic subinnuit AUTOR, quibus noceat ∽ vitrioli, licet optimus sit in praxi communi: nempe

1. Spleneticis vel veris, vel vulgo sic dictis in quibus aliàs luxuriat acidum præternaturale.
2. Hystericis; cum in his etiam peccet acidum, spasmorum causa:
3. Pulmoniacis; quippe pulmonibus tenerioribus nil magis nocet, quam acida vitriolica; eosdem vel corrugantia, sicque asthma siccum inducentia; vel erodentia, hincque in phthisin præcipitantia.
4. Hungaricis febribus laborantibus; nam & in his ob malam diætam acidum præternaturale in primis viis luxuriat.
5. Idiopathicis capitis affectibus laborantibus non convenit; systema quippe nervosum acidum vitrioli respuit.

Delebili,) Pergit jam AUTOR ad eos, qui ∽ dulcificare & temperare volunt: vid. SCHROEDERUS. Dum enim spiritum vitrioli dulcificare intendunt, omnes hi processus infringunt & alterant acidum vitrioli, unde dulcior evadit: Si vero ∽ vitrioli acrior fuerit assumentibus, tum vel dilui poterit is, vel additione sacchari attemperari.

Ab una quidem parte,) Dulcificationum spiritus vitrioli processus.

1. Cum Marte videri potest in SCHROEDERO *l. 3. p. 486. nro. 5.* sub nomine ∽ *vitrioli volatilis.*
2. Qui fit aliter per acetum, *num. 7. p. 488.*
3. Per combinationem urinæ procedens, *num. 14. p. 490.*

Sicuti tandem

4. Super martem abstractione contingens, *num. 8. p. 488.*

Ubi tamen omnes hi modi acidum vitrioli infringendo spiritum illum apparenter dulciorem reddunt,

Vitri-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1249-5 DFG

Vitriolum pure martiale pag. 554.) Ex hoc ZWELFERUS *in Mant. Spag. pag.* 463. ſpiritum vitrioli martis antihypochondriacum deſtillare ſatagit, & dulciorem; qui tamen Hypochondriacis non magis appropriatus eſt.

Colcotharis communis extractio, ibid.) Notat hic AUTOR ZWELFERUM *Mant. Sp. pag.* 393. colcothar cum uſto alumine tractantem, pro blando ſpiritu vitriolici eliciendo.

Super ſal gemmæ eſſentificatus) Hic indicatur ZWELFERUS *pag.* 55. *App. in Animadverſ.* docens modum eſſentificandi ſpiritum vitrioli abſtractione ejus cum ſale gemmæ, & curioſum, hoc modo acquiri ſpiritum fumigantem odoris intenſe ſulphurei, actioni ſalis gemmæ in liquorem metallicum in acceptis ferendi; non ſecus ac ſimilis ☌ fumigans acquiritur ex deſtillatione mercur. ſublimati cum Jove, vel & ejusdem mercurii ſublimati cum ſabulo.

Super ſal proprium pag. 555.) Intelligit hic AUTOR *noſter* ZWELFERUM *in Mant. Sp. pag.* 339. proceſſum hunc habentem; quo tamen modo ſumptus inanes fiunt ſine emolumento.

Cephalici nuperorum titulo) Sc. ☌ ex vitriolo regenerato deſtillatus ☌ *vitrioli cephalicus* dicitur; de quo verum eſt, minus eundem acrem & magis volatilem eſſe: non tamen hinc ſequitur, illum exin prærogativam majorem præ ſpiritu vitrioli communi habere.

Peculiare quidpiam non) h. e. poſito, & ſpiritum vitrioli regeneratum eſſe volatiliorem, non tamen is eſſentiis & tincturis martialibus erit præferendus.

Sulphureus eſt) Cum omnia ſulphurea & ipſe ☌ vitrioli ſpirent odorem talem ſulphureum, præſertim cum ☌ nitri de marte & venere participet, quid mirum, quando ſulphure ſcatet? ita & ſpiritum vitrioli cum marte, aceto, aut urina combinatum, ſimiliter talem odorem referre, notum eſt; qui tamen ☌ vitrioli ſulphureus, ſi aſſervatur diutius, turbatur, deinde ruffeſcit, & tandem ſedimentum ſubſtantiæ metallicæ dimittit, ſicque odor ſulphureus perit; qui præſens parum vel nihil exaltat ſpiritum illum vitrioli.

Elixyria proprietatis cephalica, pag. 556.) Nonnulli ſibi promittunt, ſumendo loco acidi ſulphuris communis ſpiritum vitrioli martialis cum ☌ vitrioli regenerati; aſt inanes ſunt impenſæ hæ, & ſufficit ſpiritus ſulphuris inſtar omnium.

Spiritus aperitivus Penoti) Hujus deſcriptio extat in SCHROEDERO *l.* 3. *pag.* 489. Miſera eſt præparatio, quæ nihil habet in receſſu: nam ab addito tartaro ad albedinem calcinato figitur & coercetur acidum ☌ vitrioli, ut phlegma ſaltem acidulum accipiatur, hujuſque tantillum volatile prolicitur, parum de tartaro participans, præſertim ſi igne remiſſiori deſtillatio fiat; ſi verò intenſiore △e, habebitur ſaltem commune acidum vitrioli.

Diana liquori) Eſt ☌ vitrioli tartariſatus, quem habet SCHROEDERUS *pag.* 480 *nro.* 10. qui itidem habet ſpiritum vitrioli cordialem *n.* 13. Sunt interim hi liquores ſpiritus vitrioli ab alcali tartari infracti, adeoque phlegma ſpirituoſum acidum vitrioli.

Extrema ignis violentia) Si deſtillatur ☌ aperitivus Penoti extrema △is violentia, nihil aliud acquiritur, quam acidum commune vitrioli; quale quoque in ſpiritu hujus communi, vel etiam in tartaro vitriolato extremè deſtillato reperibile eſt. Cæterum, ſi volumus habere ſpiritum compoſitum ex tartaro & vitriolo, tunc ſociare poſſumus *ſpiritus tartari urinoſi* part. iij. cum ☌ *vitrioli* part. j. invicem miſcendo, qui ceſſante ebullitione & per retortam deſtillatur; ſic prodit Spiritus ⊖ſus egregius;

Vel

℞. *tartari crud.* part. iij.
vitriol. crud. part. j.

quæ deſtillata ultimo △ gradu dant ſpiritum ⊖ſo acidum fœtidum, longe præferendum ſpiritui illi aperitivo Penoti.

Oleum, pag. 557.) ☌ vitrioli eſt ſpiritus vitrioli in metallica parte concentratus. Paratur tribus modis: nempe vel poſt prolectum vitrioli ſpiritum, augendo △em; tunc enim reſtitans acidum ſecum rapit copioſum metallum; vel ſuper fixiora corpora ſpiritum vitrioli concentrando; ſic enim, quando affunditur ille veneris aut martis colcothari, & deſtillatur, tunc poſt phlegma prodit ſpiritus in metallo ſecum abrepto concentratus, vel denique exponendo ſpiritum vitrioli intenſiſſimo frigori, quo ipſo juxta GLAUBERUM phlegma conſtringetur, acidum vero non conſtringibile ſeorſim ſe ſiſtit: hinc ☌ vitrioli tanquam acidum concentratum per ſe poteſt haberi. Cæterum hoc oleo vitrioli pro uſu medico non indigebimus.

Rubrum è vitrioli) Proceſſus hic eſt curioſus, & ferè illi ſimilis, quem habet SCHROEDERUS *l. a. nro.* 5. *p.* 486. ſcil. ⊕ in ▽ ſolutum beneficio ☌ ſalis ✱ci ſeu urinæ ▽atur; ſic alcali volatile urinæ imbibendo acidum vitrioli dimittere facit mineram martis vel veneris ad fundum. Jam equidem ex hac terra præcipitata per ſe deſtillata nonnulli rubicundum oleum ſibi promittunt; quale tamen non prodit benè: interim cum terræ illi ſemper adhæreat adhuc aliquid acidi, ligantis alcali urinæ, hinc ex eadem aſcendit aliquid ammoniacalis; ſic ex liquore ▽æ ▽atæ ſupernatante, blandoque △e coagulato, prodit ſal quaſi ammoniacale obſcuri coloris, emergens ex ſpiritu urinæ & acido vitrioli, ſimileque ferè ſali ✱co illi ſecreto, quod parat GLAUBERUS ex ☌ vitrioli & ſpiritu ſalis ammoniaci: quod tamen non eſt ſecretum, ſed genuinum ſal ammoniacum, quamvis hoc ita vocitet dictus GLAUBERUS.

Cum acetoſis additamentis pag. 558.) Innuit hic AUTOR proceſſum illum parandi oleum vitrioli ex colcothare cum aceto impræguato, quem habet KESLERUS *Proceſſ.* 71. *l.* 5. quo tamen pacto nihil aliud acquiritur, quam ſolutio martis cum aceto, & deſtillatione intercedente ☌ acidus martialis fœtidus non verò ☌ proprie dictum vitriolaceum.

E Vitrioli, Cremoris tartari & ſpiritus ſalis mixtura) Innuit AUTOR *noſter* proceſſum illum, quem habet SCHROEDERUS *l. a. nro.* 10. *p.* 492. ſub nomine *olei vitrioli dulcis*; quo tamen modo, quicquid ſic prolicitur olei, illud ſolummodo tartaro, non autem vitriolo, debet originem.

Viridis vitrioli ☌) ☌ vitrioli viridis eſt unum ex primariis arcanis, ejuſque primus mentionem fecit PARACELSUS, & poſt hunc HELMONTIUS, quorum hic *Tract. de Duumvir.* dicit: ☌ vitrioli dulce ex ſpiritu hoc vitrioli viridi parandum eſſe; quod itidem repetit POLEMANNUS *de ſulphure Philoſophorum* dicens: ex hoc ſpiritu vitrioli viridi ♃ vitrioli ♀is dulce parandum. Cæterum jam olim, præter DETHARDINGIUM, annotavit ZWELFERUS imprimis falſum eſſe, ex vitriolo elici poſſe ſpiritum viridem, ſed procedere talem vel ex additamentis, vel ex ſimplici vitrioli liquatione:

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1250-6 DFG

tione: sc. ☵ vitrioli est vel albidus, vel ex liquamine metallico imprægnato rubens: contra destillant alii per descensum; sed sic liquant simpliciter vitriolum, cruda venere vel marte eum imprægnantes, virorem eidem præter intentionem desideratam conciliant. Sic & alii recipiunt ana vel dimidium ♄ ☵ ti & *vitrioli*, ex iisque destillatione eliciunt spiritus ponderosum nonnihil viridescentem; quippe acidum ♄ ☵ ti rodendo venerem vel martem in vitriolo, & simul per retortam illarum particulas secum rapit, sub specie spiritus viridis; quem rectificatum frustra adhibent sublimioribus arcanis, hocque medio ☿ium duplicatum parare voluerunt.

Avegetabilibus abstrahendo) Sc. sunt, qui spiritum vitrioli per nuces juglandes, aut spinam infectoriam, in virorem colorare satagunt; nunc quidem infundendo hunc illis, nunc vero illum ab istis abstraendo: ast quemadmodum potiore ratione inermis spiritus elicitur, ita in infusione saltem spiritus vitrioli vulgatis acquiritur.

Lapillorum atramentosorum) Notat hic AUTOR GLAUBERUM, qui recipit mineram Martis solaris Hassiacam (quæ venerea tamen est maximam partem, hinc nauseosa ad pagum Almeroth reperibilis, sicut Salfeldiana & Numburgensis ferè purè ♂iales sunt) ex eaque ☵ i exposita solutione in ▽ parat ⊕, supermanente liquore non coagulabili, sed crasso & spisso; atque hunc vocat & venditat pro oleo vitrioli dulci, quod tamen est horridi & nauseosi saporis.

Compositus autem, pag. 559.) Hic AUTOR *noster* GLAUBERUM notat, qui spiritum vitrioli compositum parat, instillando spiritum nitri spiritui vitrioli ad saturationem ferè: Verum abstractione accedente prodit solummodo ☵ nitri, relicto in fundo spiritu vitrioli ad saturationem ferè; verum abstractione accedente prodit solummodo ☵ vitrioli, relicto in fundo spiritu vitrioli, quia hic ponderosior est.

☵ *C. C. & vitriolici mixtura,*) Sc. curiosum est, quod si miscetur ☵ vitrioli cum spiritu urinæ, vel ☵ C. C. vel denique juxta HOFFMANNUM, qui hac in parte æmulum agit D. MICHAELIS, cum spiritu sanguinis humani, emergat post blandam agitationem mixtura nunc viridescens, nunc vero cœrulescens; quippe alcali horum spirituum volatilium præcipitat reconditum in spiritu vitrioli metallum: quod si fuerit venereum, cœrulescit exinde mixtura; sin martiale, viridescit.

Antepileptico) Innuitur hic ☵ *Antepilepticus Hartmanni*, cujus descriptionem habet SCHROEDERUS *l. a. num.* 14. quo ipso processu præter alia patterga acquiritur ☵ volatilis ⊖ sus penetrantissimus, & in epilepsia juniorum non rejiciendus: utut loco ejus ex tempore miscela spiritus vitrioli & spiritus C. C. vel spiritus ⊖ ✱ ci vel urinæ, institui possit.

Qui olim multis spiritus vini à crudo vitriolo cohobiis parabatur) Hic insinuatur processus spiritus vitrioli antepileptici *Paracelsi*, quê falso tradit SCHROEDERUS *l. a. num. 17. pag.* 491.

Variationis) Sc. qui desiderant *spiritum* aliquem *vitrioli compositum*, seligant illum *Hartmanni* ex urina & vitriolo destillatum egregium; aut similem cum spiritu salis ammoniaci aut urinæ cum spiritu vitrioli, qui in epilepsia juniorum non est inelegans.

Spiritum vitrioli coagulatum) Sc. spiritus vitrioli etiam prostare solet in forma sicca. Jam vero modi spiritus acidos minerales per se coagulandi altioris sunt indaginis, & non innotescunt, & vix iidem coagulari poterunt, nisi interveniat corpus aliquod, cujus insinuatione particulæ spiritus vitrioli acidæ concentrentur.

Non cum terra sigillata) Innuitur hoc ipso liquor ille stypticus, quem tradit SCHROEDERUS *l. a. num.* 19. ex ⊕ sigillata cum spiritu vitrioli imprægnata, & spiritu vitrioli prodeuntem; qua ratione tamen ⊖ sus liquor acquiritur.

Nec cum C. C. usto) Sc. quidam spiritum vitrioli coagulant, imprægnando C. C. ustum cum illius s. q. in consistentiam siccam: Ast ingratum sic prodit coagulatum, quippe dum CC. imbibit acidum vitrioli, præcipitatur liquamen ex eo metallicum; unde propinatum illud nauseam parit.

Nec cum alcalibus, pag. 560.) Notatur hic MYNSICHTUS *pag. 27.* spiritum vitrioli coagulatum conficiens cum sale acetosæ vel absinthii; cum tamen emergat hac ratione revera ♀ vitriolatus.

Nec quem alii è vitrioli sale) Intelligitur hic ZWELFERUS *Mant. Sp. pag.* 392. spiritum vitrioli coagulatum parans beneficio salis proprii ex capite mortuo elixiviati: Verum & hac ratione prodit corpus vitriolicum horridi saporis: indeque loco salis vitrioli communis recipiatur potius ⊖ regeneratum in ☿ uo ⊕ li, quod imprægnatum ☵ u vitrioli, coagulari poterit, utut illud sit naturæ semi nitrosæ.

Saltem simplici spiritus vitrioli à dimidio nitri crudi abstractione) Hunc modum parandi spiritum vitrioli coagulatum obscure insinuat SCHROEDERUS *l. a. num.* 29. dicendo eum non satis esse remedium tutum; contra AUTOR *noster* tutum eum, sine abusu sc. pronunciat. Nempe recipiatur *nitri crudi* pars; eique affundatur duplum *spiritus vitrioli*; ita destillatione interveniente prodit spiritus nitri seu ▽, remanente in fundo quasi ⊖ e *mirabili Glauberi* (hic enim affundit spiritum vitrioli sali communi, & sic per destillationem acquirit ▽ iam; vel affundit nitro, & destillat, proditque ▽, subsidente in fundo *sale* suo *mirabili*) & est illud ⊕ quoddam *vitriolatum* vel *arcanii* quoddam *duplicatum*, eo, quod in alcali ipsius nitri concentratus hæreat ☵ vitrioli, cujus dosis esse potest à gran. xv. ad ℈j. usque ʒß.

Anima vitrioli) Notat hic MYNSICHTUM *pag. 23.* eam parare dicentem: nempe colligendum cremorem vitrioli tradit ille, qui ⊕ oin ▽ soluto supernatat; est q; ille cremor saltem ⊕ pinguis, lutosa, mineræ vitrioli hinc inde adhærens juxta DETHARDINGIUM, porrò jubet MYNSICHTUS hanc animam ⊕ li extrahere: ast malè; quin potius substituatur eidem *tinctura sulphuris vitrioli* (quæ itidem saltem est ℞ ☿is *adstringens*) hac ratione paranda. Nempe recipiatur ℞. ☿ *vitrioli* ☿is ab omni vitriolo elixivatum, eique affundatur ☵ ⊖ is, vel quod adhuc melius, *spiritus nitri*: deinde solutio per retortam abstracta ad consistentiam mellaginis, extrahatur cum *spiritu vini* in tincturam rubicundam seu aurei coloris; quæ ipsa *tinctura sulphuris vitrioli* vocatur vulgò cum tamen revera sit ℞ *martis adstringens*, polychresta in quibusvis hæmorrhagiis, dosi gutt. 30. 40. in quovis vehiculo.

Colcothar pag. 561.) Colcothar, h. e. caput mortuum ⊕ li extremè calcinatũ, præ cæteris locum externè invenit pro usibus Chirurgicis, præsertim in ulceribus, quod quibusdam pulveretenus, vel sub linimentorum aut emplastrorum forma in usum vocari potest. Interim tamen tunc recentius & extreme calcinatum id assumendum venit; si nvetustum illud fuerit, regeneratur in illo ⊕, hincque corrosivum evadit. Deinde & elutriata illa post commune ⊕ destillatum terra, quæ nullo modo in ⊕ regeneratur, huc etiam advocari poterit, sufficitque hæc loco omnium crocorum ex ☿e & vitriolo adstringentium,

Intus verò crocus è vitriolo nativo,) Indicatur hic ille SCHROEDERI *processus. n.* 13 sub nomine ♁ris vitrioli purgantis; quod è vitriolo in ▽ communi soluto, & cum oleo vel sale tartari ⊽ato, falso imponitur, cum illud sit saltem substantia vitrioli metallica, & è factitio vitriolo venereo ⊽atum reverà purget, sed non sine violentia.

Anodynum sulphur, pag. 562.) Hujus ex vitriolo eliciendi primus mentionem fecit PARACELSUS, & verum est, sulphura metallica fixiora quæcunque esse anodyna, adeoque & hoc. Hinc lapis Philosophorum omnia præstat vi sua sulphuris, non secus atque aliàs in cinnabari ☿ii, ceu sulphure ejus fixo revera anodyna vis reperitur. Cæterum præ cæteris famosum est sulphur veneris & martis, tanquam metallorum à spiritu sulphuris embryonati magis apertorum, adeoque sulphur quasi extraversum magis habentium: non tamen id Narcoticum, quo infame aliàs est opium, sed reverà anodynum.

Consimilesque modos) Sc. infiniti sulphur hoc anodynum impetrandi prostant processus: sed nullus genuinus est, nam & illo, quem HARTMANNUS habet ex SCHROEDERO *num.* 4. per acet ex vitriolo Hungarico procedentem, acquiritur saltem crocus martis simplex, non vero genuinum aliquod sulphur inflammabile & anodynum; quæ duo prædicata sunt ejusdem notæ propriæ.

Foliatum) Spiritus vitrioli cum tempore quasi depenens folia, non exhibet sulphur aliquod vitrioli anodynum hoc ipso, sed sulphur vulgare, quod cum illo spiritu ascendit.

Nec circa operosiorem) Obscure hic insinuatur modus Helmontii, quem habet *Tract. de Duumvir.* §. 19. procedentem ex spiritu vitrioli viridi coagulato, cum spiritu vini extrahendo.

Ille ipse urinosus Armoniaci spiritus pag. 363.) i. e. si recipiatur ⊽ sulphurea ex vitriolo ⊽ata, & abstrahatur de hac spiritus salis ammoniaci, tunc hic rapit secum substantiæ martialis aliquid, utut exiguum.

Nec terra vitrioli) Innuuntur hic processus, quos habet SCHROEDERUS *l.a. num.* 1. 2. & 3. *p.* 495. sc. sunt, qui ex substantia metallica vitrioli præcipitata per sal tartari elicere volunt sulphur; quippe alcali agendo in sulphur hoc extrahit. Interim certum est, STARCKIO consentiente, ⊖ ☿i nihil tum sulphurei fixi ex terra illa extrahere, cum fiat magis igneum, licet ex sale tartari volatilisato talem elicuerit spiritum sulphureum.

Per sublimationes) Innuit hunc processum BOYLE ex *Philos. Exper.* AUTOR *noster*, ex ⊽ vitrioli per sal ammoniacum sublimando parantis *primum ens veneris*. Interim flores hi ex ⊽ hac vitriolica ⊖*ci parati, magna dosi exhibiti, sunt vomitorii.

Tincturam præbet pag. 564.) Alluditur hic ad processum illum, quem habet ZWELFERUS *pag.* 394. *Mant. Spag.* sub nomine *sulphuris vitrioli anodyni*; qui quidem exhibet subtiliorem crocum martis aperitivum, non tamen anodynum.

Mineru) Mineræ omnes abundant ♁e acido communi: hocce ergo potest separari. Sed est ♁ commune, non verò istud anodynum.

Vitrioli crudi) Nempe ex vitriolo crudo cum sale ammoniaco elevantur juxta SCHROEDERUM *l.a. p.* 493. *num.* 3. flores vitrioli crudi; qui tamen sunt sal amoniacum: marte vel venere impræguatum.

Ipsa vitrioli ochra) Hic processus est idem cum allegato SCHROEDERI & BOYLEI, cum par sit ratio, sive ⊽ vitrioli dulcis, sive ochra cum sale ammoniaco sublimetur.

Vitrioli essentia anodyna,) Hanc habet SCHROEDERUS *l.a. n.* 1. quæ tamè languida omnino per se est.

Ostentationem potius pag. 565.) Sc. quantum hactenus ex processibus constat, nondum genuinum sulphur vitrioli parare scimus. Equidem Belgæ affectant oleum seu ♁ vitrioli anodynum ex oleo vitrioli, oleo terebinthinæ misto; quem modũ etiam describit BARTHOLINUS *in Epist. Cent.* 4. *p.* 344. ast fides sit hoc in puncto penes Autorem & experientiam, & vereor, ne proveniat subtilior crocus martis, ex oleo vitrioli cum oleo terebinthinæ præcipitatus.

De elixyriis) Sc. elixyria composita præter spiritum vini, fiunt cum spiritu salis vel vitrioli Philosophico (qui tamen itidem est ∽ salis) convenientia affectibus splenis, pectoris & uteri laborantibus, quibus vitriolacea nociva sunt.

Borrax pag. 566.) Borrax habetur duplex vel naturalis refinata saltem; vel artificialis, facta ex salib9 quibusdam combinatis, ut videre est in SCHROEDERO *l.* 2. *c.* 79. *p.* 280. Cæterum hodiè pro usu medico assumitur Borrax saltem nativa, ex Regno magni Mogol in India Orientali, ubi effoditur aqua quædam salina, allata, & Amstelodami per alcalia purificata: ita emergit ⊖ salso alcalinum, liquationi metallorum & pellendis mensibus, fœtui (positis potioribus requisitis, nempe supposito fœtus debito situ) imò secundinis quoque & molæ, fœtuique mortuo dicatis, in quibus non est ultimum remedium.

Rupricapra pila. pag. 567.) Hanc ad partum difficilem commendat VELSCHIUS *Dissert.* 2. *de Ægagropilu.* Interim, quia ea languidior est, proinde minerale aliquod desideratur: assumant potius glaciem mariæ, eamque in specie calcinatam, quæ Boriaci addita conatum parturiendi promovebit insigniter, utut & sine illa epar anguillæ, Borrax, & sal volatile & oleum succini, sufficere in tali casu poterunt, si quicquam expetatur. Capiatur in ▽ cinamomi, liliorum alborum cum radice Ireos Florentinæ.

Formulæ hactenus tractatorum Alterantium, vulgò aperientium dictorum, possunt fieri tales, v. g. incipiendo ab antiscorbuticis. Sunt autem antiscorbutica ∽ cochleariæ, essentia pini, ∽ carminativus item essentia martis cum succo pomorum Borsdorffianorum, fumariæ, syrupus scelotyrbicus Foresti, nasturtii aquatici, item serum lactis caprilli.

℞. ∽ *cochlear. essentif.* ℥iij.
⊖*c. vel *de tribus carminat.* ℥j.
M. D. S. Scorbutischer-Spiritus.

Dentur guttulæ 40. ad 50. mane à meridie, & sub introitu in lectum, in vehiculo appropriato. Vel

℞. *essent. cochlear.* vel alius *compositæ antiscorb.* ℥ß.
fumar. vel *pini* ℥ij.
M. D. S. Scorbutische-Essenz.

Dosis 40. ad 50. guttulas. Vel

℞. *solut. mart. cum succ. pomor.* ℥iij.
∽ *cochlear.* ℥iß.
M. S. ut anteà.

Dentur bis vel ter de die 40. ad 50. guttulæ. Vel

℞. ▽ *fumar.*
cochlear. ana ℥iß.
∽ *cochlear.* ℥ij.
⊖*c. ℥j.
syrup. scelotyrb. Foresti ℥vj. M.

capiatur cochleatim.

Similiter, si quis succos plantarum antiscorbuticarum in vehiculo appropriato propinare voluerit,

℞. ℞. *cochlear. recent.* man. ij.
trifol. aquat.
nasturt. aquat. ana m. j.

Hæc

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1252-7 DFG

Hæc cum ſ. q. ▽ *ſimpl.* conquaſſentur in mortario lapideo, & exprimantur in ſuccum, lento igne & vaſe clauſo per ſubſidentiam depurandum, hinc ſulphurandum & uſui aſſervandum. Doſis ℥ij, vel iij. imò & cum ſ.q. ſeri caprilli diluantur, & de hoc capiatur omni mane, continuando aliquandiu.

Porrò ſi ſit præſcribendus nodulo in morbis chronicis, e.g. hepaticus & ſpleneticus vulgò dicto, conveniẽs in cruditate ſtomachi acida, & defectu bilis, tunc

℞. *HB. recent. fumar.* man. ij.
abſinth. m. j.
chelidon. maj.
ſummit. cent. min. ana mß.
rad. rhabarb. monach. ℥j.
caryophyll.
helenii ana ℥ß.
fol. ſenn. ſ. ſt. ʒvj.
radic. helleb. nigr. non præpar. ℥ß.
cort. rad. eſul. crud. ℥ij.
ſem. ſinapi vel eruc. contu. ℥j.
cinamom. ʒij.
caryophyll. ʒj
⊖ *ciner clavell.* vel ⊖ *vitrifixi alcaliſat.* ʒiij.

Inciſa & contuſ. include nodulo.

Infundatur in ſ.q. vini: de quo capiatur omni mane ad lubitum pro ſcopo alterativo & laxativo.

Item:

℞. *eſſent. aperit. comp.* ℥ß.
tinct. ♃*ij.* ʒij.

M. D. S.

Blutreinigende Eſſentz 40. 50. Tropffen.

Uſurpetur bis vel ter de die.

Sic in forma potionis:

℞. ▽ *fumar.*
flor. acac. ana ℥ij.
eſſent. aperit. compoſ. ℥ß.
⌒ *cochlear.* ʒj.
ſacchari vel *ſyrupi* cujuscunq; *appropr.* parũ.

Uſurpetur cochleatim. M.

Item:

℞. *magiſt.* ♂*ii tartariſat.* vel *vitriolat.* (Mars tartariſatus, ſeu ⊖♂*tis* compoſitus alias dictus) ʒij.
corall. rubr. præp. ʒj.
℥ *deſtillat. cinam.* gtt. viij. M.
div. in 8. partes æqv. ſub nomine *Pulveris cachectici.*

Item:

℞. ℞. *mart. tartariſat.* ʒiij.
⌒ *cochlear. eſſentiſ.* ʒj. M.

Doſis 40. 50. guttæ bis in die, manè jejuno ventriculo in vehiculo calido, à meridie verò in frigido.

℞. ▽ *fumar.* ℥iv.
ſolut. mart. cum ſucc. pomor. ℥ß.
magiſt. coral. cum ſucc. citr. ʒj.
ſacch. parum. M.

Uſurpetur cochleatim. Vel

℞. *pulp. paſſul. min.* ʒj.
♂ *crudè præpar.* ℈j.
c. ſ.q. *ſyrup. cinam.* f. *Bolus.* S.

Eröffnender-Zucker.

Uſurpetur aliquandiu omni mane.

Si ſit *Electuarium chalybeatum alterans* præſcribendum tunc

℞. *conſerv. cochl. recent.* ℥vj.
matr. perl. præp.
lapill. ♋. *præp.*
corall. rubr. præp. ana ʒj.
vitrioli ♂*ii ritè parati,* (potius ex minera ♂*is* ☉*ati*) ℈iv.
cum ſ. q. *ſyrupi cichorii* F. *Electuarium*

De quo capiatur bis vel ter in die, doſi ʒij. vel ʒiij. (lapilli verò ♋. corallia rubra, mater perlar, &c. præferantur perlis)

℞. *conſerv. fumar.* ℥iß.
♂ *crud. præp.* ʒiij.
magiſt. corall. c. ſucc. citr. ʒj
conf. alkerm. ʒiß.

cum ſ.q. *ſyrupi cujuscunque appropr.* F. *Electuarium.*

Poteſt addi *cortex citri conditus* cum *confectione alkermes.*

℞. *liqv.* ♂*ii* ☉*ar.* ʒiij. D. S.

Eröffnende Stahl-Eſſentz.

de qua prima die capiantur gtt. vj. ſecundo viij. tertio xij, aſcendendo ſic ad xv. uſque, ad modum acidularum naturalium in morbis chronicis, & deſcendendo.

℞. *roris vitrioli* ♀*ei* ℔j.
liqv. ♂*ii ſolar.* ʒiij. vel loco hujus *vitrioli* ♂*ii* ☉*arii* ʒj.

M. D. S.

Sauerling.

De quo primo mane cochlear j. altero ij. hinc iij, & ſic porrò, capi poſſunt, & edulcorati cum pauco ſyrupo violarum, vel ſaccharo; nam ſi horum nimium adjicitur, præcipitatio fit.

Porrò *Pulvu ſtomachalii* loco plurium compoſitionum eſſe poteſt:

℞. *rad. Aron. non præp.* ℥ß.
pip. nigr. ʒiß.
zingib. ℥ß.
⊖ ✱ *c. in flor. elevat.* ℥ij.
℥ *deſtillat. acor. noſtrat.* ℈j.

M. F. *Pulvis ſtomachicus.*

Sic *vinum ſtomachale* eſſe poteſt tale:

℞. *HB. abſinth. rec.* mj.
menth. criſp. mj.
rad. acor. veri recent. ℥ij. vel iij.
cinam. acerr. aut *zingib.* aut *zedoar.* ʒiij.

Inciſ. & contuſ. includantur Nodulo, infundendo vino, D. S.

Magen-Weint.

℞. *elixyr. prop. ſ. acido* ʒiij.
⌒ ⊖ ✱ *c. aniſat.* ʒj.

M. D. S.

Magen-Elixyr 40. Tropffen auffs. mahl.

Ulterius eſto *ad menſes eſſentia* præſcribenda:

℞. *eſſent. ſabin. compoſit.* (i.e. ex ſabina & paucis ſelectis) ʒiij. vel iv.
myrrh. cum ſpir. vini tartariſat. parat, ℥ij.

Dentur gutt. 50. bis vel ter de die. Vel

℞. ⊕ *l.* ♂*ii tartariſat.* ℥ß.
myrrh. elect. ʒj.
croc. ℈j. M. D. S.

Eröffnend-Pulver.

Vel pro partu promovendo:

℞. *pulv. epatis anguill.* ʒj.
borrac. venet. ℈ij.
myrrh. ℈j.
M. pro 2bus vel 3bus doſibus
vel adde ʒj. *rad. ireos Florent.* pro 4. doſ.
vehiculum eſto ſequens:

℞. ▽ *puleg.* ℥iiß.
▽ *cinam. ſpirituoſ.* ℥ß.
⌒ *ſecundin. human. ritè per putref. parat.* ʒj.
ſacch. parum

Miſceantur pro vehiculo dictorum Pulverum.

Porro ſi ſit præſcribendum *Decoctum pectorale aperitivum* &, *inciſivum* quodammodo vulnerarium, tunc

℞. HB. *scabios.* m.ij.
heder. terrestr. m.j.
rad. helen. ℥iß.
ireos Florent. ʒvj.
sem. anis.
fœnic. ana ʒiij.
Coqu. in s.q. ▽ simpl. Colat.
℞. ℔iß. adde
Oxym. squillit. ritè parat. Ludov. q.s. pro gratia saporis.
Hauriatur pro lubitu.

Item:

℞. ▽ hyssopi ℥ij.
veron. spirit. ℥j.
∽ virid. æt., l. asthmat (ex ⊕, gummi *co & sulphure) ʒj. ad ℥iß.
syr. nicot. ℥iij.
M. D. S.

resolvirend. Brust-Tränckleit.

Usurpetur cochleatim.

Similis esto *mistura pectoralis* resolvens in affectibus asthmaticis convulsivis:

℞. ▽ *hyssop.* ℥ij.
veronic. spirituos. ℥j.
∽ ⊖*c. vel *simpl.* vel *anisat.* ʒj. vel ℥ij.
syrupi hyssopi ℥iij.
M.

Mistura pectoralis expectorans in tussi & asthmate humido.

℞. ▽ *hyssop.* ℥ij.
veron. ℥j.
asthmat. composit. ℥ß.
oxymel. squillit. ℥j. ad ℥iß.
syrup. Nicot. ℥vj.
M.

Julepus alterans in morbis acutis:

℞. *roris vitriolis sulphureis acidi* ℔j.

Infunde huic

flor. violar. vel *rosar.* vel *papav. rhœad.* M.iß. stent in vase clauso in loco tepido ad extractionem tincturæ suavissimæ; colaturam recipe, & adde

syrup. violar. vel *rubi Idæi*, q.s. nempe ℥j. ℥iß. ad ℥ij.
M. D. pro Julepo:

Vel

℞. ▽ *fontan.* ℔j.
∽ *vitriolis* ʒj. ad ʒij.
sacch. alb.

Vel loco hujus

syrup. violar. vel *papav. rhœad.*
q.s. ad gratum saporem.

Tandem in morbo benigno vel maligno:

℞. ∽ *vitriolis cum nitro coagulat.* ʒj.
bez. min. ℈j.
M. pro ʒ. dosibus,
D. S.

Alterativ-Pulver.

TIT. XVIII.
DE
ROBORANTIBUS, CALIDIS ALIAS CARDIACIS, QUÆ SIMUL INTERNE CARMINANTIA, EXTERNE RESOLVENTIA SEU DISCUSSIVA ESSE SOLENT.

ROborantia *pag. 568.*) Circa corroborantia remedia notandum, quod sint illa, quæ vires vitales reficiunt & conservant. Jam verò vires proximè & immediatè, adeoque formaliter, consistunt in spirituum influorum impetu & vigore; sicut remotè & mediatè, adeoque fundamentaliter, in sanguine & ex hoc cæteris derivatis succis; nam prout hic se habet, ex eo etiam generantur spiritus, vel eò magis vel minus vires sibi constant. Cum autem spiritus generentur ex sanguine per ejusdem motum fermentativum, multum simul eò conferente aere inspirato, hinc, prout motus ille fermentativus plus vel minus deficit, vel depravatur, & spirituum & virium variat ratio. Roborantia ergo omnia vel in spiritus agunt, vel in sanguinem, adeoque defectibus hisce spirituum, & sanguinis fermentativo motui occurrentia remedia dicuntur Roborantia: de quibus conf. WILLISIVS *Pharm. Ration. Vol.* I. ubi de corroborantibus seu cordialibus. Sufficit hac vice respectu spirituum considerasse hæc ipsa. Sunt autem remedia illa corroborantia respectu motus sanguinis fermentativi in duplici differentia: vel ea, quæ fermentationem vitalem & spirituascentiam sanguinis intendunt; vel quæ eandem exorbitantem in morbis, v. g. acutis, refrænant & sistunt; ubi priora ab effectu dicuntur *Corroborantia calida*; posteriora *Temperata* seu *Frigida*. Et quidem calida sunt, quæ aliàs vocantur aromatica, sale volatili admodum oleoso, indeque blando temperato turgida, & propter hanc sui temperaturam universo corpori & omnibus ejus partibus nerveis amica; frigida autem corroborantia moderatè sunt acida, aut temperata quasi nutritiva, aut moderatè figentia, aut impetum humorum sistentia. Confortantia dicta calida oleo suo salino temperato spiritus aut deficientes augent, aut torpidos motuque delinquentes quasi excitant; quæ & ipsa suo modo sanguinis motum fermentativum ejusque spirituascentiam promovent & augent, spirituascentiæque effectum, nempe calorem, intendunt, Frigida verò spiritus nimis efferos & impetuose motos, indeque facilè dissipabiles, quasi refrænant, & hinc sanguinis cæterorumque humorum motum, tàm intestinum quàm localem impetuosiorem sistunt, eum inspissando, & quasi volatilia salia figendo, sicque calorem coercendo. De prioribus AUTOR *noster* pro nunc agit, dicuntque alias *nervina*, quatenus duobus nervorum hostibus abjuratis, nempe frigido & acido, optimè resistunt, horumque nocumenta optimè delent, acida enim temperant, & oleositate balsamica partes nerveas à frigore defendunt: imò eadem aromatica internè usurpata ab effectu simul vocantur *carminantia*, seu *flatuum resolutiva* & *discussiva*; sicut externè eadem adhibita *Resolventium* & *Discutientium* nomine veniunt. Et *Carminantia* quidem nominantur, quatenus acidum viscidum, ex quo materialiter per fermentationem elevantur flatus, incidendo & temperando corrigunt, proventumque eorum inhibent; *Resolventia* verò, quatenus eadem externè sale suo volatili oleoso penetranti humores quacunque ratione stagnantes resolvunt, adeoque insensibiliter per poros corporis evanescere faciunt: & dum sunt Nervina, sunt *Cephalica, Hysterica*, & *Stomachica*.

Sunt

Sunt ergò confortantia calida cinnamomum, caryophylli, nux moschata, costus Arabicus vulgò canella seu cinamomum album, cubebæ, cardamomum, & hinc cœtera quælibet aromata, tam propriè dicta quàm his analoga aromatica alia, ut radix angelicæ, imperatoriæ, &c. item omnia nervina *Titulo seqv.* dicta vegetabilia; item semina 4. calida majora, cortices citri & aurantiorum, chamomilla, mentha, melissa, &c. item ambra, balsamus Peruvianus, Styrax calamita, &c. His etiam addi solent galanga, malabathrum, agallochum, cardiaca, semen coriandri, laurus, anethum, basilicum, thee, coffee, balsama, moschus & zibethum; item gummi animé, balsamus de capaiva, Weresina carannæ, cancamum, gummi elemi, &c.

Ex his ergò inter præparata polychresta fit ▽ quædam apoplectica seu cordialis dicta ex ♈ abstracto à floribus liliorum convallium, spicæ, majoranæ, cinamomo, caryophillis, mace, &c. & ▽ cinamomi ritè parata: item inter essentias, elixyria vel tincturas est essentia ambræ cum spiritu liliorum convallium vel rosarum parata; item e.E. cinamomi ex oleo ejus cum spiritu proprio abstracto tartarisato parata; item ♁ confortativus ex costo, caryophyllis & ambra, cum elæosaccharo quodam composito mistus; item pro usu externo balsamus confortativus seu cordialis ex oleo destillato cinamomi, caryophyllorum, &c. cum oleo nucistæ expresso exceptis, & ita usurpatis.

Cinamomum) Hoc eligit AUTOR tàm in substantia, selectius nempe illud, quam in ▽am spirituosam, imò & oleum ritè paratum destillatum: quæ tria ex omnibus Præparatis cinamomi sufficere possunt. Ac quidem præferenda est ▽ cinamomi cum vino per vesicam destillata elixyrio cinamomi, syrupo & tincturæ ejusdem simplici; quæ omnia videbitis in ZWELFERO: cum contra reliqui conatus cum bugloßa aut cydoniis instituti sint vani, nec nisi phlegma iners ex iisdem pro scopo analeptico non conveniens, surgat.

Balsamo p.569.) Ex ☌ cum corpore conveniente fit *Balsamus*; cum saccharo vero *elæosaccharum* prompte parari potest.

Caryophylli pag. 570.) In substantia ▽ cum vino destillanda & ☌ sunt egregia.

Extractum) Extractum nil valet.

Nux moschata) Usurpatur tàm in substantia, quàm in duplici oleo, expresso nempe & destillato; quæ sufficiunt loco oleorum omnium aromaticorum: imò ☌ macis expressum præstat idem, quod balsamum moschatæ, sicut perinde est, sive ejusdem nucis oleum destillatum, sive macis assumatur. Interim cum oleum nucis moschatæ pinguius & concentratius sit quàm caryophyllorum, hinc illud per alembicum non deducibile, reddit aquam destillatam præ cæteris aromaticorum Aquis remissiorem. Porro magma in destillatione Nucis moschatæ vel macis aquæ supernatans instar saponis, pro usu Medico est iners: commodè autem pro corpore balsamorum aromaticorum in usum vocari potest; nam eadem ejus ratio atque corporis illius cum ♈ aliàs extrahendi, quia per ♈ omnes vires extrahuntur: vel expressum nucis moschatæ oleum per se assumitur pro balsamis compositis, ita ut hujus s. q. addatur *oleum destillatum cinamomi, caryophyllorum, cubebarum*, &c. quibus addi potest, quod tamen non laudo, *zibethum* & *moschus*.

Tandem Nuces moschatæ in India conditæ benè quidem sapiunt sanis: ast non conveniunt ægris, utpote quibus magis conveniunt crudæ nuces in pulvere.

Galanga minor pag. 571.) Galanga minor acrior est majori & magis aromatica, prodest in affectibus flatuosis, hypochondriacis & hystericis pro scopo carminativo, tàm in substantia, quam in infuso.

Extractum) Extractum galangæ debile est. Cubebæ) cubebas longè superat cardamomum minus ratione virium aromaticarum, utut & illæ exhibeant paucum olei destillati penetrantissimi.

Species diacubebæ) Vid. *Schrœderus l. 2. pag. 273.* Hoc quinario AUTOR claudit selectum.

Litigiosa Cassia) Sc. de Cassia lignea, seu de Xylocassia quæritur? *an eadem sit cum cinamomo?* Ast MICHAEL FEHRIUS *pag. 157. Tract. de scorzonera* differentiam inter hæc monstrat. Interim cinamomum cassiæ locum facile supplere poterit.

Anthophyllorum pag 572.) Anthophylli sunt relicta stamina caryophyllorum; de quibus vana est persuasio, quasi præferendi essent caryophyllis; iis enim non sunt præstantiores.

Cypero) Loco cyperi galanga esse potest.

Amomo) Amomum veterum quid sit? litigant.

Malabatro) De malabatro vid. SCHROEDERUS *l.4. Class. 1. pag. 112.*

Granis Paradisi) Grana paradisi sunt cardamomum majus, sicuti minus κατ' ἐξοχὴν cardamomum dicitur.

Costo) *Costus Arabicus* est *duplex dulcis & amaricans*; cum tamen reverà omnis sit amarus. Interim, quare dicatur alteruter dulcis? dilucidat VELSCHIUS *Hecatost. i. Obs. 18.* quod refert Arabibus dulce, quasi minus amarum dici.

Canella alba) Canella alba seu cinamomum album inservit Medicis sub visitatione ægrorum in morbis contagiosis linguæ subdita: Acrior est cinamomo, dicitur costus Arabicus verus.

Ligno Aloes) Lignum aloes resinosum & genuinum cum rarò ad nos afferatur, propterea ejus usu carere possumus omnino.

Extracto resinoso: pag. 573.) Resina ex ligno Aloes genuino est egregium confortativum, singulari aromatica vi toti corpori amicum.

Aquis diaxyloaloes) Vanus est labor, quia lignum hoc consistit in resina aromatica, quæ alembicum non transscendit: *Autor est* MYNSICHT. *pag. 289.*

Species) Species Imperatoris veterum vel recentiorum instar omnium sufficiunt.

Hypochondriaci, fumosa illa odorifera pag. 575.) His, uti & phlogosi vaga, nunc à pastu, nunc intermedio tempore correptis, qui de affectibus capitis, vel aliis per consensum stomachi & primarum viarum conqueruntur, hæc oleosiora aromatica minus conferunt, eò quod capitis perturbationes & phlogoses tales magis exacerbentur: quin potius illa volatilia macra, seu salia volatilia non oleosa, uti est ∽ ⊖✱ci, vel ∽ catminativus de 3bus, aut tartari volatilis, &c. aptiora sunt, quia ista aromatica oleosa nimis feriunt caput, sie greiffen zu starck an.

Plethoricis) Sc. si quis plethoricus est, vel cholericus seu biliosus, & pronus ad apoplexiam, tunc planè non fert salia volatilia oleosa internè, utut illa externè optimè ferat, sed potius macria volatilia. Una ergo formula pro omnibus sufficere potest; cui pro diversa intentione varia possunt addi, & ex eadem varia componi, v.g. Electuaria, Morsuli, &c.

Cuminum) Semen cumini menses cum difficultate fluentes, & tormina abdominis convulsiva juncta, item tormina parturientium notha, egregiè compescit, in cerevisia calida ebullitum, & propinatum.

Aquarum destillatarum pag. 578.) Inter spirituosas aquas omnes una selectior omnium vices supplere potest; quippe cum illæ omnes nihil sint aliud, quàm olea destillata mediante ☿ resoluta; indeque pro illarum varietate variant. Hinc una ex composito quodam selectiore cum spiritu vini ritè destillata sufficere potest: nempe in arena repetita cohobatione cum eodem abstracta. Optimè destillantur herbæ, quando flores decidunt, & semina incipiunt generari; tunc enim in his magis concentratur oleum.

▽ *vitæ albæ*) *In Pharmacia Augustana* vocatur ▽ vitæ composita, quæ instar reliquarum omnium sufficit; hinc ad imitationem ejus plures aliæ possunt componi, quæ tamen nullam habent prærogativam. Affunditur simplex ☿ speciebus pro ▽ vitæ alba, & simplici destillatione per ∴m destillantur, habebitur ▽ talis optima.

Carfunculi, pag. 580.) Huic aquæ parandæ non addi debent aliæ destillatæ aquæ phlegmaticæ; item auri folia, perlæ, &c. quæ omnia sunt frustranea, quia in destillatione nil dimittunt.

E Nervinis) Pro affectibus nervinis hujusmodi ▽ spirituosa potest specificari, si species nervinæ ulterius infundantur in spir. vini, & sic tali aquæ addatur.

Essentia camphoræ pag. 581.) In modo contractiori Essentia camphoræ, vel spir. vini camphoratus, pro usu externo optimè conveniet. Aqua apoplectica spirituosissima prompte absorbet olea destillata; aliàs phlegmatica eadem existens non est hisce miscibilis.

▽ *acoristica*) Aquam acuisticam Mindereri videbitis in MYNSICHTO & ZWELFERO: sed sufficiat simplex Infusio nervina in spir. vini in affectibus tamen aurium sufficit, vel simplex ☌ ⊖ ✱ci probè calefactus per vitrum angustioris orificii seu colli, auribus admotus.

Embryonum balsamo) Hujus compositio quidem famosa est, dum crusta panis eidem intincta umbilico gravidæ imponitur, pro fœtu roborando in puerperio; itemque pro doloribus post partum: Attamen & risum meretur.

Aqua pro epithemate) Epithemata non amplius sunt in usu, quia facilè frigefiunt, hinc poros cutis stringunt, unde horror & rigor. Horum ergò loco usurpentur potius olea destillata, vel sacculi ex aromaticis calidissimè in forma sicca applicandi.

Aqua ejus p. 543.) Eligit AUTOR *noster* menthæ aquam, quæ ex recenti mentha ritè destillata pluribus in usibus optima sit.

Spirituosior) Aqua menthæ paratur saltem cum spiritu vini aliquoties hunc ab illa recenti abstrahendo; sic enim oleum menthæ dissolutum continebit. Parari etiam potest cum galanga propter vim majorem, quam possidet.

Syrupus) Syrupus menthæ propter virium jacturam nil valet. Conserva est nauseosa; Extractum est evanidum.

Defloreſcente ferè herba pag. 583.) Sc. qui volunt olea destillata ex nostratibus herbis aromaticis habere, destillent has, dum flores decidunt, & semina incipiunt generari; tunc enim in his quasi concentratur oleum.

Gladioli pag. 585.) Gladiolum quidam loco calami aromatici & acori veri, sed satis miserè, substituunt.

Acorum nostrum) Acorus nostras egregium est simplex; apud nos enim non invenitur acorus verus, sed Amstelodami aliquando.

Electuarium Diacori) Stomachicum est non contemnendum: Nam constat simul radice acori adstrictoriâ & adjunctis simul aromaticis. Aliàs, qui simplicius vult capiat saltem acorum verum conditum; sic enim manè deglutitus est egregium stomachale.

E seminum carminantium censu) Ex his eligit AUTOR *noster* carum & fœniculum, horum nempe semina, tam in substantia, quam in spiritibus abstractitiis & oleis destillatis. Interim hisce ego adderem simul neglectam chamomillam, ceu simplex polychrestum nervinum corrigens acidum nervis inimicum, uterinum, & intestinale anodynum: cujus ▽ destillata spirituosa & oleum saphirinum, imò & ipsum decoctum, egregium est. Aut etiam addit melissam, tanquam basin remediorum uterinorum, & ex his parat spiritum, nunc solitarium, nunc cum aliis compositum. His quoque citrum addit.

Carvi) Carvum simplex est egregium aromaticum, & penetrans singulare in acido nervorum corrigendo, & flatibus discutiendis crescit ubique. In Clysteribus carminativis & hystericis oleum destillatum carvi est proficuum.

Pro anisio, pag. 586.) Hujus tamen oleo pro scopo pectorali oleum fœniculi præferendum est.

Fœniculum pro oleo; aqua simul profluentis particula ophthalmicos in usus reposita) Anisio AUTOR *noster* addit semen fœniculi, ex quo paratur ▽ & ♁: ▽ externè pro usu ophthalmico, ♁ verò non inefficacius est oleo anisi; utut pro scopo pectorali anisum eligendum sit.

Balsamo fœniculi) Sc. sunt, qui ad imitationem earum essentiarum vegetabilium concinant horum ♁, ⊖, & extractum in balsami consistentiam; quo de confer. HARTMANNUS *Prax. Chym.* & HORSTIUS *in Observat. pag.* 558. quo loco prostat & præparatio & usus balsami fœniculi. Interim cum maxima talium balsamorum vis dependeat ab oleo ingrediente destillato fœniculi, proin hoc in illorum vires commode substitui poterit.

Vmbellis seminibusque anethi pag. 587.) Anethum usu & effectu revera convenit cum cumino, saltem, quod aliqualem vim anodynam simul possidere videatur; unde ♁ anethi in doloribus leniendis, item in clysteribus anodynis in usu est. Externè etiam temporibus illitum ad somnum conciliandum commendatur: sed necesse est, ut pro his usibus oleum sit recens.

Coriandro) Semen coriandri est basis tragearum stomachalium; quia dicunt: inhibere vapores adscendentes: sed malè. Hoc saltem observandum: cori-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1256-1 DFG

coriandri ſemen capiti nocere, hocque quaſi obnubilare ſeu turbare, propterea veteres ſemen coriandri in aceto infundendo corrigere & præparare voluerunt: ſed reverà correctio hæc videtur ſeminis, aliàs non inelegantis, caſtratio; nec vis ejus capiti inimica tanti videtur, ut propterea tam ſpeciali præparatione indigeat.

Lauri baccis) Lauri folia, & præſertim baccæ, propter vim aromaticam, in ſale volatili radicatam, in multis conveniunt cum ſæpè laudatis aromaticis: partibus nerveis amica ſunt, unde & utero egregiè conveniunt. Hinc ℞ ejus præſertim deſtillatum, pubi & pectini muliebri illitum, ſterilitati, uteri inflationibus, menſibus cum dolore fluentibus ſuccurrit, nervorum affectibus, præſertim paralyticis, oleum laurinum, imprimis quod coquendo elicitur, apprimè convenit, tàm ſolitariè, quàm cum aliis unguentis illitum. Adhæc cum ſulphure ſubactum experimentum eſt triviale contra ſcabiem; cujus tamen tutior uſus eſt, ſi ſimul ſal tartari addatur. Aliàs more aliorum aromaticorum internè carminans, externè diſcuſſivum eſt egregium.

Electuarium de baccis) Electuarium de baccis lauri notum, & modernis vix in uſu eſt, niſi in clysmatibus pro uſu carminativo & hyſterico, ubi tamen ejus locum quoque oleum deſtillatum terebinthinæ ſupplere poteſt.

Emplaſtrum) Emplaſtrum de baccis lauri commendatur vulgò in inflatione aliiſque affectibus ſtomachi ſed compoſitio eſt inconcinna: vid. ZWELFERUS, qui habet correctius; hinc AUTOR *noſter* præfert illud ZWELFERI correctum, ſubjungendo ſimul ſuam epicriſin reſpectu horum emplaſtrorum ſtomachalium, ſcilicet hæc in affectibus ſtomachi poſitivis non adeò multum proſunt, exceptis emplaſtris ex tacamahaca paratis, utpote quæ in cardialgia laudem merentur. Reliqua vero ſuperantur ab oleoſis volatilibus ſive uſurpentur olea ſolitaria, vel reſoluta in ſpiritus; v. g. ſive jam ℞ menthæ, vel ſimplex vel compoſitus, cum linteis calefactis ſtomacho applicetur, imponendo deſuper laterem calefactum, ut impediatur refrigeratio hujus epithematis; ſive oleoſa calefacta ceu penetrantiora illinitione, v. g. ℞ nuciſtæ expreſſum cum oleo deſtillato acori veri, vel menthæ, vel fœniculi, intendendo alterutrum horum per oleum deſtillatum macis regioni ſtomachali illinantur, & hinc lintea calefacta vel lateres calefacti ſuper imponantur.

Cataplaſmatis de fermento pag. 588.) Vid. MYNSICHTUS. Ad hujus quoque imitationem aliud parant ex fermento cum aromaticis miſto: imò ſimplex fermentum per ſe probe calefactum in diarrhœis & vomitu inſigne eſt. Interim præferendi ſunt his litus, tam oleoſi, quam ſpirituoſi.

Chamomillæ Romanæ herbas) Hoc decuctom in doloribus poſt partum expertum eſt.

▽ *oleoque*) ▽ chamomillæ, tam vulgaris quàm Romanæ, deſtillata quocunque modo dat oleum ſaphirinum elegantiſſimum, quod nobile eſt in affectibus hyſtericis, coliciſque.

Balneatorium penè odorem) Alludit hic AUTOR *noſter* ad pediluvia vulgaria, quæ vulgò fere ſemper chamomilla ingredi ſolet, quorumque odorem ℞ & aqua chamomillæ repræſentant. Aſt eſto; hoc tamen ejus decoctum pro uſu ſtomachali quoque eſt egregium, nec minus ℞ ipſum ſaphirinum, quod alii addita terebinthina, vel adjectis ſegmentis parant; cum tamen illud ſine his quoque acquiri poſſit.

Infuſi olei, pag. 589.) Sc. plura olea proſtant per infuſionem & coctionem parata; interim ad imitationem olei ex 7. floribus MYNSICHTI illa contrahi poſſunt, parando aliquod compoſitum oleum externum per infuſionem ſaltem ex chamomillæ, anethi, & verbaſci floribus, exaltandum pro re nata per oleum deſtillatum macis, vel alius aromatici. Oleoſa pinguia ſunt nobis fugienda.

Elixyria ſtomachalia) Sc. luxuriant AUTORES, ſicut hoc patet ex HORSTII *Diſpenſat.* in horum deſcriptionibus, combinando iisdem ſemper aut ſpiritum ſulphuris, aut vitrioli. Interim illa non ſunt adeò neceſſaria, imò quoque ſuſpecta, eò, quod hypochondriaci in noſtro climate frequentius ejusmodi oleoſa aromatica calida ferre nequeant ſine phlogoſeωs invaſione; unde potius loco illorum eleganter alterantia vulgaria amara nempe abſinthium, centaurium minus, gentianam, cichorium, mentham: ex quibus, præſertim eorum extractis ritè paratis, facilè per ſpiritum abſtractivum menthæ, vel abſinthii, vel calami, poteſt fieri infuſio. Loco tamen horum omnium ſufficit eſſentia quædam ſtomachalis, diſſolvendo nempe in eorum alterutro, vel alio ſtomachali extractum quoddam efficax ex ſtomachalibus alterantibus paratum, & oleo competente ſaturatum; addendo tandem, ſi opus eſt, ſal quoddam fixum; ita parata eſſentia ſufficiet loco omnium elixyrium ſtomachalium. Prodeſt quoque eſſentia coſti Arabici, addito ſale quodam fixo.

Species, pag. 590.) Harum omnium baſis ſunt ſemina quatuor frigida carminantia majora; unde loco omnium horum ſemen unum ſimplex ſufficere poteſt.

Diaſpoliticon.) Species diaſpoliticon ex ſemine cumini & nitro egregiæ ſunt in malo hypochondriaco. Autor harum eſt Galenus.

Rotularum ac Morſulorum pag. 591.) Horum omnium loco ſufficere poteſt Elæoſaccharum ex oleo deſtillato vel menthæ, vel fœniculi, vel macis addito cinamomi oleo, & ſ. q. ſacchari exceptum.

⊖ *contra navigantium malaciam*) Hoc habet SCHROEDERUS & HARTMANNUS *in Praxi Chym. cap. de Nauſea*, ſub nomine ſalis peregrinantium.

Pulveres præcipitantes) Sc. pulveres hi inſipidi ex marinis conſtantes præ ſpeciebus aromaticis ideò laudem merentur, quod noſtrates ex horum uſu in phlogoſes incidant; imò licet eosdem præferant, tamen ſufficere poterunt & oleoſa cum ſaccharo; vel ſi omnino ſpeciem ejusmodi deſideremus, paratur ſaltem ex tribus:

℞. *cinam.* part. iij.
cardam. part. ij.
caryophyll. part. j.
M. f. *pulvis.*

Hic irroretur
cum modo dictis oleis: vel ſaltem ℞ nucis moſchatæ cum ſaccharo dat Elæoſaccharum, item Tragæas.

Meliſſa pag. 592.) Inter uterina confortantia ferè primatum obtinet, eaque vulgaris eligitur ab Autore ex antihyſtericis.

Hormi-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1257-6 DFG

Horminum) Horminum quoque internè egregium est Anticolicum & antihystericum, præsertim spiritus vini ab eodem abstractus in passionibus hysteticis mirabilis est: sicut eadem selatea cum butyro subacta externè laudatur pro hysteticis & fluore albo laborantibus umbilico illita. Sed eligit & præfert AUTOR melissam, & quidem in spiritum abstractivum destillatum; qui vel per se, vel cum aliis mistus, confusione cum ▽ cinamomi, caryophyllorum, menthæ, &c. esse potest loco misturæ antihystericæ, & Aquæ vitæ mulierum, præsertim si addatur (illis, quæ eam ferre queant) essentia camphoræ; vel per infusionem, v. g. ▽ Ulmensis quem videb. in Thoneros.

Camphoratos liquores pag. 594.) Camphora est egregia sed non omnes eam ferre possunt.

Elixyris uterini pag. 595) Hysterica Elixyria plura dantur, & præsertim Crollii. Interim verò locò omnium sufficere, & ex tempore componi potest essentia melissæ, succini, &c. camphora (si camphoram ferre possunt) castoreo combinata, additis oleis quibusdam destillatis. Succinum etiam est egregium; hinc liquor ℂ. ℂ. succinatus est egregius. Denique paretur ad imitationem BARBETTE *de Hyst. Passion. Essentia hysterica* nobilissima ex sale volatili CC. succini, & castoreo cum ▽, pro *Elixyrio uterino Crollii.*

Pilulas hystericas alterantes pag. 596.) Pilulæ alterantes hystericæ non sunt inelegantes eo, quod Laudanum nostrum hystericum ferè referant. Has habet ZWELFERUS, & compositio non est inconcinna.

Sunt ergo

Citrum pag. 592.) In citro habebimus quasi generale confortativum. Corroborantia enim sunt vel aromatica calida, vel Refrigerantia & acida; quod utrumque est in citro. Quippe in cortice ejus invenimus vim confortantem aromaticam calidam; contra in pulpa & succo ejus virtutem acidam seu frigidam. Jam ergò, ut obtineamus vim aromaticā seu calidam ex citro, asservemus oleosam corticis flavi substantiam cum saccharo in desideratā consistentiā redactam; & pro obtinenda vi acida seu frigida pulpæ succum acidum: quæ utraque possunt ex tempore haberi, & loco mille Præparatorum ex citro sufficiunt.

Integrum cum corticibus conditum pomum) flavedo scilicet corticis citri minutissimè incisa & contusa, misceatur cum pulpa citri, & cum saccharo albissimo clarificata fit conditum seu *Electuarium confortativum.*

sequenti proportione;

℞. *pulpæ pom Borsdorff.* ℔ iij.
citri
succi citri ana ℔ j.
flav. cort. citri minutim incis. ℥ iv.
sacch. albi ℔ iv.

Coqv. blando △e in vase ⊽eo vitreato ad *Electuarii* consistentiam; quod in officina Chemnicensi sub *Electuarii confortativi* nomine prostat.

In nostris officinis paratur sine pomis Borsdorffensibus ex ana *pulpæ* & *succi citri*, atque *sacchari*, cum tertia, respectu pulpæ, parte *flavedinis corticum citri minutissimè incisæ*, sub nomine *conservæ totius citri* vel *Electuarii ex toto citro.*

Liquor oleosus, pag. 598.) Liquor ille oleosus eliciatur simpliciter ex corticis flavedine expressione, qui per residentiam depuratur; sic liquor oleosus in superficie habetur, qui cum saccharo in elæosaccharum redactus, esse potest loco olei, essentiæ, spiritus, & multorum ex citro: de quo confer. ZWELFERUS *Pharm. Reg. pag.* 119. ubi refert. *Essentiam saccharinam citri.* Nam si solvatur eleosaccharum hoc in spiritu à citro abstracto, habetur *elixyr citri*; non secus ac ipse succus citri acidus, vel recens expressus vel sulphuratus pro diuturniori asservatione, atque pulpa citri cum saccharo subacta esse possit loco syrupi acetositatis citri, & aliorum.

Seminibus pag. 599.) Semina citri ingrediuntur emulsiones in febribus malignis, petechialibus, variolis, & similibus.

Aurantia) Par ratio de est ac de his citro, utpote in quibus itidem duplex latitat confortativum: nempe calidum in cortice; & frigidum in pulpa ejus; ita quidem, ut ex recentibus corticibus ejusdem compressione elicitus succus oleosus per residentiam depuratus, esse queat loco olei destillati, & cum saccharo subactus loco conditi: contrà succus acidus pulpæ, vel recens vel sulphuratus, loco aliorum ex eodem succo præparatorum. Internè oleum destillatum corticum aurantiorum adgtt. vj. vij. contra colicam & stranguriam est optimum remedium: externe linimentum ex hoc oleo cum ℞ carvi, cumini, anisi, &c. abdominis doloribus eleganter succurrit.

Croco pag. 600.) Crocus est simplex aromaticum & penetrantissimum quidem in sui superficie, sed tamen quoque magis fixioris naturæ; adeoque neutrum simplex, & quasi volatile & fixum: unde & hujus extractum cum spiritu vini paratum non est genuinum, quia sic fixior saltem pars remanet; quin potius rectè ZWELFERUS *Ph. Reg. pag.* 232. illud simpliciter parat cum aqua simplici, hocque inspissat pro extracto croci spisso. Spiritus vini enim resolvit olei texturam; ℞ verò resolutum maximam partem avolat; contra ▽ quasi gummosum extractum elicit, indeque sub hujus abstractione non tantum experimur dispendium, quantum, qui parat extractum cum aqua vitis. Paratur etiam cum alkali, v. g. nitri fixo, quod aquæ additum oleum dissolvit, hinc propter dissolutionem texturæ & oleositatis croci elicitur extractum minus validum. Deinde loco olei destillati croci, parcioris, & adversioris propter empyreuma, ipse flos ejusdem pulverisatus efficax est satis; unde oleo isto non indigemus.

Calendulæ Conserva pag. 602.) Quidam conservam florum calendulæ ceu experimentum commendant contra mensium suppressiones: sed non adeo multi usus est, quia calendula croci aliqualem spirans odorem, superatur ab hoc.

Basilicum) Basilicum recens nullius est usus; exsiccatum verò & pulverisatum, naribusque inflatum, nunc errhinum, nunc sternutatorium evadit.

Syriacum Balsamum) Sc. Opobalsamum Balsamo syriaco pro ingressione in theriacam præfertur oleum destillatum succini; sicut idem suadent *Acta Hafniensia Vol. 2.*

Peruviani) Balsamum Peruvianum & Tolutanum ex necessitate non usurpamus, quia internè olei succini, externè terebinthina & hypericum sufficiunt.

Tolutani) Balsami Tolutani proprietates proximè ad Opobalsami veri naturam accedere asserit

BARTHO-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1258-2 DFG

BARTHOLINVS *Act. Hafniens. Vol. 1. pag. 5.* sed revera rarioris est usus, abunde sufficit balsamus Peruvianus.

Vini) Sc. in vino pro scopo corroborandi duæ substantiæ considerandæ sunt pro nostra consideratione: nempe *substantia oleosa resoluta*, h. e. spiritus vini; & deinde *substantia salina acida*, mater existens tartari, aceti, terræ foliatæ, & salis essentialis. Jam verò quoad *primam partem*, *spirituosam* nempe, vinum est corroborans, cordialium calidorum non ultimum, constituitque illud quorumcunque liquorum spirituosorum, & aquarum vitæ, epilepticarum, &c. basin. Cæterum pars secunda, substantia nempe acida natura volatilis præbet virtutem confortativam frigidam, ratione cujus vinum, imprimis Rhenanum, in morbis acutis malignis febribusque continuis optimum est analepticum, ut insanire mihi videantur omnes illi, qui vini generosioris usum ejusmodi ægrotantibus recusant exhibere; cum acidum illud vini, præter vim dictam analepticam & ad sudorem & somnum hos disponat, non sine euphoria insigni. Adeoque dixerim pene, quæcunque remedia cum vehiculo vini in talibus casibus ægris propinanda esse.

Spiritus è fecibus cerevisiæ pag. 693.) Ideoque ex cerealibus paratos spiritus, præter illum ex vino præcisè destillatum, Autor noster pro usu medico seligit, dicendo: hos æquè validos esse, ac spiritum vini.

Quintarum pag. 604.) Sc. PARACELSVS *l. 3. de vita longa* tradit, ex vino posse elici Q. E. vini in forma olei, sic quidem, ut ex vini ℔j. vix acquiratur ℈j. supernatante reliquo nil nisi phlegmate: Aft, quemadmodum dictus PARACELSVS in re facti est verissimus, ita alii hinc decepti, acquisiverunt saltem oleum vini: de quo conf. SCHROEDERVS *l. 4. ubi de vino.*

Fecum polychrestarum) Ex fecibus vini potest destillari spir. vini generosissimus per vesicam: vini autem feces, post destillationem ☵ remanentes, exsiccatæ dant adhuc spiritum volatilem, & sal tartari volatile egregium: quod sal tartari quando in spiritum dissolvitur, observatur notabilis differentia; in fundo enim est liquor crassus, qui est phlegma cum sale, in superiore vero parte est liquor subtilis spirituosus: qui potest separari; vel etiam potest rectificari super sal tartari, ubi ☵ vini dephlegmatissim⁹ prodit: capit. mort. si indatur retortæ, & ultimo △is rigore tractetur, prodit (1.) phlegma (2.) verò guttæ crassæ oleosæ flavescentes, exactè alcali tartari referentes.

Combinatio pag. 605.) Sc. usurpatur spir. vini nunc solitarius, nunc junctus cum ☵ salis acido; qua ratione emergit ▽ *temperata Fratris Basilii*; nunc cum spiritu aut sale volatili urinæ; atque hac ratione vocatur ▽ *microcosmicus*: Conf. SCHROEDERVS. *l. c.*

Oleositatis pag. 606.) Sc. sunt, qui multum virium cordialium oleo vini tribuunt; quod tamen tanti pretii non est, cum ▽ sit ☵ resolutum, ☵ verò vini spiritus vini concentratus, & facile beneficio ☵ vitrioli parari queat; sicut hunc modum habet WILLISIVS, *pag. 162. Pharm. Rat.* & ejus ratio est, quod ☵ vitrioli absorbeat phlegma ex spiritu vini, hinc spir. vini concentretur & coeat in corpus oleosum supernatans, quia liberatur à phlegmate anteà discontinuante.

Vini melioratione) Notat hic AUTOR GLAUBERVM, parantem ex *oleo vini*, & triplo spir. vini *animam* suam *vini* pro melioratione vinorum & mustorum, & in generosissima vina transmutatione; itemque pro cordiali: aft malè; quemadmodum enim spir. vini vino infusus hujus mutat saporem, ita & anima illa vini musto addita saporem nauseosum conciliat, *experientia teste*. De vino ulterius vid. BECCHERVS *Physica subterranea.*

Saccharatu sollicitare pag. 607.) Sunt, qui vinum languidius meliorare gestiunt per saccharum, putantes illud de novo fermentativum; aftinanis est labor; quia vino saccharum nil fermenti addit, deficiente nervo, nempe tartaro: de quo conferatur BECCHERVS *Phys. subterr. de Fermentatione*; ubi distinguit vinum in substantiam summam, mediam, & infimam, h. e. tartaream.

Tartarus in vini residuo) Crystalli vinosi nil sunt aliud, quam tartarus vel cremor tartari purificatus.

TIT. XIX.
DE
CEPHALICIS, ANTEPILEPTICIS, ET NERVINIS.

INter *cephalica nervina pag. 608*) Nervis & cerebro, ac inde compositis & oriundis membranaceis partibus, externè frigus, internè acidum quodcunque inimicissimum esse tolet; unde & dolores & spasmi sive convulsiones pro fomitis ratione nunc per essentiam, nunc per consensum, nunc vagi, nunc fixi, tam internarum quàm externarum partium, originem ducunt. Conveniunt ergò his malis tam absorbentia, speciatim partes animalium duræ, quam invertentia salia volatilia cum anodynis, tam mineralibus quàm vegetabilibus juncta, & tandem temperantia & tonum fibrarum conservantia ac restituentia oleosa, præsertim volatilia & spirituosa, adeoque aromatita vegetabilia, speciatim Nervina, item cephalica dicta.

Conducunt ergo affectibus nervinis ex Regno vegetabili lilium convallium, spica sive lavendula, majorana, rosmarinus, serpillum, salvia, viscus coryli, pæonia, mastix: Quibus etiam sunt qui addunt marum, thymum, saturejam, origanum, stœchades, caryophyllatam, flores tiliæ, primulam veris, betonicam, squamariam, nigellam, antirrhinum, anacardium, euphrasiam, verbenam, anagallidem, &c.

Ex Regno Animali conveniunt castoreum, formicæ, unicornu verum: quibus addi solent hirundines, item animalia epileptica quædam, alce, trutta, rana, catus, ursus, erinaceus, pavo, &c.

Ex Regno minerali cinnabaris ☿ii, aliaque sulphurea mineralia plus minus anodyna, ut succinum, &c.

Externè pinguedo anserina, canina, humana, viperina, tacamahaca, &c. quibus quidam addunt opoponacem, thus, sarcocollam, asam fœtidam, &c.

Ex his facilè in tanta fartagine remediorum, ad hanc classem pertinentium, selectus inter pauca Præparata potest institui: Sic ▽ quædam spirituosa, seu ☵ ex istis compositus cephalicus, vel elixyr cephalicum cum ☵ salviæ & liliorum convallium paratum, loco mille ▽arum cephalicarum & antiepilepticarum erit: cui pro lubitu castoreum nunc sociandum, nunc omit-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1259-0 DFG

omittendum est: item pulvis quidam cephalicus seu epilepticus selectior componendus ex cinnabari ℥ij vel nativa cum unicornu vel cranio humano præparato, & sale volatili succini vel cornu cervi invicem mistis factum; Item loco spirituum urinosorum saliumve volatilium liquor CC. succinatus erit optimus. His ipsis in urgentiore affectu & opiata pro lubitu facilè addi possunt.

Pro vehiculo talium remediorum ▽ quædam simplex concinnior serpilli vel salviæ inserviat.

Pro usu externo aqua quædam articularis spirituosa composita cum formicis, item cum spiritu ⊖*ci mediante ♀â parato jungenda: item galbanetum *Paracelsi*, unguentum anodynum *Autoris pag.* 628. sufficiunt; promiscue cum pinguedine humana vel viperina subigenda. Emplastri loco vel emplastrum de galbano vel ex tacamahaca, vel emplastrũ diasulphuris Rulandi optimo cum successu usurpantur.

Eligit vero AUTOR lilium convallium pro spiritu abstractitio; hinc spicam nostratem utramque pro spiritu ibidem abstractitio & oleo destillato; Majoranam, serpillum, Rorem marinum pro oleo destillando.

Lilium convallium) Lilium convallium rore matutino madidum (ros enim hic est quasi menstruum promovens spiritus illius elevationem) destillatur cohobatione frequentiore cum bono vino in spiritum abstractitium, & frequentius à floribus rore madidis cohobatur, præsertim cum ejusmodi aromatica nervina non opus habeant fermentatione, quia substantia illorum oleosa facilè à volans spiritum inertiorem sic reddit.

Oleo tadioso) Oleum admodum est paucum; & mirabile est, integrum cophinum liliorum convallium vix dare ℈ß. olei, cujus rationem dicunt vulgò esse, quod polleat illud sulphure mercuriali volatili. Et sanè ejusmodi Nervinorum oleum nunc sale volatili juncto magis concentratum, nunc defectu salis à phlegmate dilutum, quorum illa, quò magis fricantur manibus, eò magis olent, & exsiccata odorem fortiorem retinent: v. g. mentha, spica, &c. dantque hæc destillando olea destillata: è contrà, quæ habent in superficie magis existentem quasi odorem, sulphur odoriferum minus à sale volatili concentratum; sed à phlegmate dilutum obtinent, illa post frictionem perdunt odorem, sicut & post exsiccationem sui, neque ex his oleum destillatum potest acquiri: ac talia sunt lilia convallium, rosæ, narcissus, hyacinthus, jasminus, basilicum ipsum, &c.

Spica) Spica excellit, eaque tam mas seu vulgaris, quàm fœmina seu lavendula: Ex utraque fit spiritus abstractitius & oleum destillatum. Et quemadmodum hoc oleum tam externè contra pediculos & senibus in paralysi artuum, quàm internè in hystericis affectibus est polychrestum; ita si misceantur ∽ liliorum convallium part. iij. cum parte j. spiritus spicæ ritè parati, prodit ▽ *apoplectica* seu *cephalica Autoris*, basis quarumcunque aliàs Aquarum compositarum.

Tres hirundinum aqua, pag. 610.) ▽æ tres hirundinum famosæ sunt pro usu hysterico & epileptico. Interim si aquæ nostræ apoplecticæ ex spiritu liliorum convallium & spica, addiderimus spiritum cum sale volatili, CC. & castoreum, habebimus *aquam antihystericam*; vel tandem acetum rutaceum, vel phlegma vitrioli, habebimus acidam; & sic porro: item si addatur castoreum cum liquore CC. succinato, erit antihystericum optimum.

Majoranæ herbæ, pag. 612.) Majorana in spiritu abstractitio pro catarrhalibus capitis affectibus est egregia; sicut & oleum ejus destillatum prodest in affectibus narium, obstructione earum, polypo, coryza, odoratuque deficiente, tam per se usurpatum, quàm cum corpore in formam balsami redactum.

Maro) Marum, speciatim Syriacum, simplex aromaticum nobilissimum est. Vis ejus penetrans est & odorifera, qualis in nullo alio simplici deprehenditur, ita, ut meritò quibusvis essentiis & spiritibus cephalicis addenda fuerit, utut propter raritatem rari sit usus.

Thymi, satureiæ) Hæc reverà inter se & cum serpillo cognata sunt, vi aromatica & nervina egregiè pollent: unde omnia ea, quæ de serpillo dicenda, etiam hic applicari possunt, magis tamen oleosum subjectum thymus, quàm serpillum esse solet.

Serpillum) Serpillum nostras prodest contra affectus catarrhales chronicos: pro *spiritu* verò abstrahendo inservit rore matutino madidum, sæpius ▽ à nova herba madida cohobando, cum quo hinc D. D. MICHAELIS ex ligno sassafras paravit *essentiam* suam *catarrhalem*, dosi ʒß. ad ʒj. imperando desuper sudorem, egregiam.

Origano pag. 613.) Par ferè est hujus cum serpillo & majorana vis: ratio, dum vi aromaticâ nervis ventriculo, affectibus flatulentis, &c. conveniat. Nobilius est creticum: interim tamen nec nostras rejiciendum.

Stachade Arabica) Stœchas Arabica, & hodie Gallica, egregium est aromaticum volatile, indeque capitis & uteri morbis speciatim dicata, quatenus & caput roborat, & uterinis affectibus, imprimis mensium suppressioni & sterilitati succurrit.

Citrina) Stœchas citrina rari usus est.

Tiliæ floribus) Tiliæ flores speciatim recensentur inter remedia cephalica, unde ▽ & horum ∽ contra epilepsiam, item contra vertiginem, subinde usurpari solet: hinc etiam *syrupus tiliæ epilepticus Cnöfelii* egregius prostat in M. A. N. C. *Ann.* 6. *Append. Tit.* 7. *pag.* 52.

Veri primula,) Primula veris non incommodè à quibusdam vocatur verbasculum, quatenus vi anodynâ flores, idemque verbascum, præstare possunt: unde in affectibus capitis unà cum aliis usurpari solent, & speciatim in paralyticis morbis internè & externè solent commendari.

Salviæ pag. 614.) Salvia est aromaticum oleosum elegans, capiti ac nervis speciatim dicatum, adeoque in morbis, ut vocant, capitis frigidis, quales sunt vertigo, apoplexia, paralysis, &c. nobilissima est salvia, internè & externè usurpata. Sane essentia salviæ seu elixyr cum spiritu proprio paratum contra vertiginem senum est elegans remedium. RULANDVS monachum epilepticum solo vino salviato integrè curavit. *Spiritum vitæ salviatum*, item *aquam epilepticam salviatam* describit DEODATVS *in Panth. Hyg.* adeoque textura sua oleosa volatili partibus nerveis in robore conservandis, & acido istis inimico temperando est salvia egregia. Ut taceã, eandem & utero, utpote corpori nervoso, suo modo convenire, dum non secus ac rosmarinus sterilitati confert.

De betonica emplastro p. 614.) Sc. Betonica inter vulneraria cephalica recensetur vulgo; illam tamen minoris æstimat AUTOR *noster*, substituendo vel sacculos cephalicos alios, sine ingrediente betonica ex recentis fœni, Heusaamen/semine, quod constat utplurimum semine trifolii pratensis, confectos, pro

scopo

ſcopo externo, nempe discutiendi, reſolvendi vel emolliendi.

Nec Rorismarini hortenſis, pag. 615.) Hunc contra AUTOREM ſeligo, eò quod præter uſum nervinum ſpecioſiſſimè conferat in fluore albo, menſibus ſuppreſſis, ſterilitate, & morbis poſt partum uterinis, tam in ſpiritu abſtractitio, quàm in oleo deſtillato uſurpandus; non ſecus ac ejus cum ligno ſaſſafras factum Decoctum in vino egregium eſt in affectibus catarrhalibus chronicis.

Ipſa paeoniæ, pag. 616.) Hic obſervandum, quod, quemadmodum optima reverà ſimplicia in effectu non ſemper convenire ſolent, ita nec mirum ſit, pæoniæ radicem interdum in epilepſia fallere, utut aliàs radix ritè collecta & de collo ſuſpenſa epilepſiam curaverit, & viderim in Anglia, quendam hujus uſu à deſperatiſſima vertigine liberatum fuiſſe. Cæterum bina ſunt illius collectionis appropriata tempora, nempe menſis Julii, cum ſol ingreditur leonem, h. e. 12. 13. vel 14. ejusdem die, & quidem decreſcente lunâ, cum accreſcente lunâ ad affectus capitis inimica ſit, eosque exaſperare ſoleat. Deinde colligenda eſt pæonia latis foliis, quæ inſtar juglandis conſpicitur, & reſpectu thyrſi quoque differt à pæonia fœmina, cum ſol eſt in ſigno arietis, h. e. menſe Martio, mox poſt æquinoctium vernum decreſcente luna. Neque enim ſuperſtitio ſubeſt huic collectioni, cum & ego noverim lignum quoddam de collo ſuſpenſum, & certo tempore collectum abigere eriſypelas. ▽ deſtillata ex ſucco radicis expreſſo inter vehicula antiepileptica non contemnenda eſt ſuo modo. Præterea ſemen pæoniæ exhibet emulſionem non inconcinnam pro incubo & infantum terrore nocturno, minante epilepſiam ipſam. Quidam ex hoc ſemine deſtillare volunt ℞, quidam exprimere: ſed ℞ & operam perdunt.

Viſcum pag. 618.) Viſca contra Autorem non contemnenda: ac ipſe vidi corylini viſci doſi ʒſſ. ad ℈j. effectus nunquam non expectatos in epilepſia chronica; & tiliaceum uti quercinum ſuam laudem mereri BOYLEVS probat *in Philoſophia Exper.* qui dicit per experientiam beneficio viſci quercini epilepſiam inveteratam curatam fuiſſe; cui tamen palmam præripit corylinum, quia ex ipſa corylo antepileptica habentur non inferioris notæ. Sic, utut amuletum illud ex ſambuco in ſalice creſcente contra epilepſiam non ratò infidum ſit, hoc ipſo non eſt rejiciendum, cum ejus inſignem dicto in caſu effectum præter HARTMANNVM referat BARTHOLINVS *in Centur. Anat.* Interim ſpiritus acidus viſcorum non tantum præſtat, quantum viſca per ſe, cum craſis ſeminalis eorum per △ vim mutetur, utut ℞ & ♃ *Heraclinus Rulandi* antiepileptica ſint paranda ex ligno coryli, certo tempore reciſo.

Nigellam pag. 619.) Nigella commendatur in coryza: ſed ſufficit majorana.

Antirrhinum) Antirrhinum rari eſt uſus propter ſignaturam capſularum ſeminis, à quibusdam pro capitis affectibus laudatum. Aliàs ſaltem contra veneficia & incantationes, tam hominum quàm canum, commendari, & multiplici externo uſu pro tali ſcopo uſurpari ſolet.

Anacardos) Succus anacardii commendatur ad memoriæ robur: hinc præparant confectionem anacardinam compoſitam: ſed parum valet.

Euphraſia) Euphraſia commendatur in oculorum affectibus: ſed poſtponenda eſt chelidonio majori vel fœniculo.

Anagallidis pag. 620.) Anagallis laudatur in Maniacis & Melancholicis: ſed vane.

▽) ▽ verbenæ obſtetricalis parũ in receſſu habet.

Verbenæ extractum) Extractum verbenæ in cephalalgiis non admodum inveteratis commendatur.

Hypericinum) Extractum hyperici præſtans obſervatum fuit in maniacis & melancholicis.

Epilepticos pulveres pag. 622.) Ex his pauci ſufficerent: nempe ad epilepſiam, primariò puerorum, duo imprimis proſtant remediorum genera, utramque itidem paginam facientia, eaque ſunt vel fixa abſorbentia vel volatilia poſitivè magis fomitem morboſum corrigentia: quibus utriſque jungenda ſunt opiata ſeu anodyna impetum ſpirituum ſiſtentia. Jam verò inter fixa excellit ſulphur quoddam ☿iale fixum, quale eſt cinnabaris ☿ii; cui ex animali Regno præter CC. unicornu marinum & margaritæ jungi poterunt; ſicut contra inter volatilia eminent ſal volatile ſuccini, CC. quibus combinandum eſt tantillum camphoræ, hincque egregius exiſtit liquor CC. ſuccinatus ritè paratus; qui adultioribus & epilepticis annos 15. ad 18. natis nunc ſolitarius, nunc ſpecificatus cum camphora, nunc cum opio prodeſt.

Pulveris bezoardici albi) Hujus deſcriptionem tradit AUTOR *p. 280.* conſtatque ille ex CC. Philoſophico, ♁ ſigillata & unicornu foſſili; indeque hunc commendat pro epilepſia puerorum, ex conſenſu abdominis nata, præſervativè.

Balſamorum cephalicorum, pag. 623.) Diſtinguenda ſunt hæc; alia enim ſunt voluptuoſa, ut zibethum, moſchum & ambram recipientia; alia medicamentoſa, quorum plurimorum loco ſeliguntur ab AUTORE pauca deſtillata appropriata: v. g. inſtar primarii corporis eſſe poteſt oleum deſtillatum ſuccini (utut hoc ſanis delicatioribus ingratum videatur) cui addatur dimidium olei deſtillati ſpicæ vel lavendulæ, hæcque ambo acuantur oleo deſtillato majoranæ; ita emergit *Balſamus apoplecticus*, ſed *medicamentoſus* cui pro acumine & ſcopo confortandi adjici poterit q. ſ. olei deſtillati cinamomi & parum olei deſtillati caryophyllorum; hincque omnia ſub debita proportione oleo nuciſtæ expreſſo excipiantur & ſi color balſami flavus inimicus eſt, cum CC. uſto minutim pulveriſato in nigredinem tingi poterit.

Deſtillatis antiparalyticis) Sc. olea deſtillata penetrantiſſima internè interdum minus conveniunt, eò quod ſint nimis graduata & generoſa; nervosq; nimium irritando iisdem inimica: non ſecus ac eadem externè interdum contracturas artuum inducunt, quale phænomenon aliquando ex uſu externo petrolei, miſti cum deſtillato oleo ſpicæ & terebinthinæ, ipſemet vidi in quodam; unde mutato conſilio, præſcribebam & ordinabam potius ſpiritum formicarum & lumbricorum ♁ſtrium per putrefactionem paratum, miſtum cum ſpiritu ſalis ✱ci cum calce viva facto, & ▽ articulari ad extra.

Olivarum aut nucum oleum, pag. 644.) Interdum autem neceſſe eſt, adhibere externos litus oleoſos emollientes; hinc eligit Autor *noſter* ℞ nucum, acuatum cum oleo quodam deſtillato nervino. Interim tamen dicerem potius loco illorum, tanquam viſcidorum, adeoq; in receſſu acidorum, ſumendum eſſe petroleum, præſertim album vel rubrum, & huic jungendum ℞ deſtillatũ baccarũ juniperi, terebinthinæ, ſpicæ, &c. Et pauca hæc loco mille oleorũ in uſu externo nervino antiparalytico optimè ſufficiunt. Vel etiã ſumatur loco allegati petrolei ℞ lumbricorũ terreſtrium, paratum ex iisdem vivis oleo olivarum

infusis & mediante diuturna digestione resolutis, quod per filtrum hinc separatum acuatur cum oleo destillato terebinthinæ vel spicæ.

Per destillationem compositis pag.625.) Quicunque tandem olea quædam composita desiderant, ij sibi parent galbanetum illud Paracelsi (quod habet SCHROEDERUS L. 5. *p. m.*169.) seu ♁ compositum ex galbano & terebinthina, hocque pro re nata oleo spicæ destillato acuant.

Malacticum simulque resolvens pag. 626.) Unguentum si volumus habere, tunc sumamus oleum destillatum spicæ, terebinthinæ, juniperi, majoranæ, &c. hisque sociemus pinguedinem sibi familiarem, nempe vel anserinam, (quæ penetrantior) vel caninam, (quæ resolutiva magis & calida) vel humanam, (quæ magis temperativa existit) denique butyrum majale simplex, & habebimus unguentum abunde sufficiens, h. m.

℞. ♁ *destillat. terebinth.* ℥iij.
bacc. junip. ℥ij.
spicæ ℥ß.

Incorporentur cum
pingv. human. vel *canin.* vel *anserin.*
nonnihil liquef.
℥iij. l. ℥ß. ad ℥vj. M.

Et qui horum consistentiam spissiorem optat, addat sub calore △ resinæ vel terebinthinæ parum; hac ratione impetrabitur in pluribus casibus externis unguentum, e. g. pro resolutis, luxatis, & contortis membris abunde sufficiens.

Resolventium residuis pag.627.) Sc. pro scopo resolvendi & discutiendi seligatur melilotum, chamomillaque tota, & his subinde addatur hyoscyamus, rediganturque omnia in formam cataplasmatis vel epithematis sufficientissimi non secus ac simile ex fœni recrementis, Heusaamen/ trifolio ceu loti specie abundantibus, parari potest.

Vix autem in abiteis piceave vel pinastri Strobilis,) Sc. loco oleorum ex hujus aut pini strobilis, oleum destillatum sufficiat, pro resolutis arthriticorum partibus, nobile oleum destillatum vel balsamus terebinthinæ, præsertim cum illud *balsamum occidentale* à STARCKIO salutetur.

Emplastra nervina,) i. e. resolventia, discutientia, emollientia, &c. hæc omnia pariter ex aromaticis & pinguibus constantia, quia v. g. malum Ischiadicum & arthriticum exasperant, hinc AUTOR *noster* emplastrum diasulphuris seligit. Et quasi vulgò talium emplastrorum resolventium in tumoribus dolorosis duo sunt primaria ingredientia: nempe vel pinguia olea mucilaginosa & resinosa, vel gummata paulò acriora, aliàs attrahentia dicta. Jam verò sicut pinguia nihil valent, dum poros cutis incrustando & inviscando impediunt, quo minus tumor insensibilis transspirationis beneficio resolvi, & æger evadere queat; ita gummata tumores nervosarum partium dolorosos exasperant. Equidem diceret quis: hyoscyamum esse addendum; quod verum quoque, interim tamen dubium emergit: an tunc emplastrum? an verò naturæ motus juvet? unde potius loco tot *diaphoreticorum emplastrorum* pro tumoribus arthriticis sufficiat hoc:

℞. *colophon. pulv.* part. ij. l. iij.
cui super igne liquefactæ
inspergatur sensim
succin. præpar. vel *minutiss.*
pulveris. pars j.

Hincque cum pauco *terebinthinæ* & *ceræ* F. Emplastrum; quod sub usus tempore ulterius cum *oleo destillat succini* vel cum *petroleo* malaxatum applicetur.

Vel sufficit quoque *emplastrum diasulphuris Rulandi*, quod ex HARTMANNO describit SCHROEDERUS *l. 2. p.* 200. in cujus Ingredientib° tamen myrrhæ abundantis proportio culpanda venit; hinc emplastrum rigidum est:

℞. *balf. sulphuris* ℥iij.
colophon. ℥iij.
myrrhæ,
terebinth. ana ℥ij.
ceræ ℥ß,

M. pro *emplastro* molli & tractabili.

Sic egregium quoque est emplastrum, quod fit ex pice sutoria liquefacta, inspergendo eidem pulverem sulphuris, quod egregia est in affectibus nervinis loco cujus tamen & commendamus *emplastrum* illud *Ischiadicum Poterii*, quod habet *Cent. 2. Obs.* 14. ex *pice navali*, *sulphure*, *succino*, *terebinthina* & *mastiche*, quod in malo ischiadico reverà est egregium; sicut & in luxatione vertebrarum supra os sacrum applicatum est egregium & singulare. Equidem difficulter hoc detrahi potest & maximè adhæret; si tamen lapis calefactus prius applicetur, tunc liquescit, & facile cedit emplastrum.

Præstantissimum illud ex oleo seminis hyoscyami p. 628.) Commendat hic Autor *emplastrum de hyoscyamo*; & sanè nobilis est illius compositio, dum recipitur succus hyoscyami ad consistentiam mellaginis inspissatus, huicque calido addit oleũ seminis hyoscyami expressum, hinc invicem benè agitando incorporantur: sub finem additur paucum ceræ & terebinthinæ, & ita in consistentiam *emplastri anodyni* & resolventis tumorum duriorum partium nervosarum redigit.

Splenetico, pag. 629.) Sc. emplastrum ex hyoscyamo allegatum specificari potest nunc cum mercurialibus, v. g. Mercurio in saliva jejuna extincto, vel amalgama ejus, in casu nempe tumorum & gummatum venereorum cum gummatibus, v. g. gummi ammoniaci dimidio vel galbani nunc cum aliis loco *splenetici emplastri*. Et hæc emplastra pauca instar mille aliorum sufficiant. In casu tumorum scirrhosorum viscerum duriorum Narcotica ejusmodi, affirmante hoc DORINGIO *de opio*, pro scopo emolliendi sunt optima; hinc hyoscyamus, cicuta, &c. recipiuntur loco splenetico-rum quorumcunque; itemque in quartana febre, cum affectibus splenis comitata, cum succo cicutæ usurpatur in casu tumorum duriorum partium nervosarum.

Alcalisata) Hæc externè in doloribus & tumoribus dictarum partium, oriundis ab acido, egregia sunt pro discussione illorum, adeoque & ▽ calcis vivæ tam egregia est: sive ergo sumatur liquor tartari, sive aliud, habebitur idem effectus: hinc dolores podagrici cum spiritu salis ammoniaci cum calce viva parato leniuntur, & in inflammationibus, erysipelate, contusionibus partium nervosarum, tumoribus mammillarum ex lacte coagulato, excellunt: ut mire spiritum urinæ vel salis ammoniaci usurpari adeò rarò, cum tamen optimè imbibat acida, & resolvat coagulata stagnantia. Cæterum potest & ⊖*ci misceri cum oleis in consistentiam unguenti, quod inventum fuit BURRHI ex relatione BARTHOLINI, dicentis: BURRHUM habere emplastrum, quod altero mane desumptum nullum talium vestigium relinqueret, & est valdè commendabile; se, emplastra hæc

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1262-3 DFG

hæc ſunt volatilia, indeque terebinthina, cum ſale volatili urinæ in pauxillo aquæ ſoluta, trita in mortario dabit unguentum calidum proficuum & penetrantiſſimum.

Febrifuga ex araneis emplaſtra) Intelliguntur hic emplaſtra febrifuga, quale eſt illud SCHROEDERI è STROBELBERGERO manicè deſcriptum; indeque loco ejus melius fiat ex fuligine furni ſplendente, terebinthina, camphora, & oleo aranearum: quod forma emplaſtri carpis manuum vel nuchæ applicatum in febribus intermittentibus non inconcinnum. Interim & hujus loco commodius blanda veſicatoria aſſumantur in tertianis & quartanis chronicis nuchæ vel carpis mannũ applicanda.

Oxycrocea) A chirurgis externè uſurpantur, præſertim in principio fracturarum, & quando à cauſa externa locus nerveus eſt læſus, pro diſcuſſione ſc. tumoris. Interim AUTOR illa rejicit, & non æquè in fracturis tuta ſunt. Confer. HILDANUS *Cent.4.Obſerv.99.& 100.* ubi legitimum habet horum oxycroceorum uſum.

Melilotinum) Emplaſtrum de meliloto non rejiciendum eſt, præſertim cum ejus concinnior deſcriptio habeatur in PAULLI *Botanico Quadrip. pag.* 392. Interim tamen pro ſuppurandi ſcopo parabiliora proſtant: v. g. pultes & cataplasmata domeſtica ex herba & floribus chamomillæ, malva & meliloto, in lacte coctis (ſi tumor ſuppurandus ſit rebellior, addatur cepa ſub cineribus cocta) paranda. Non ſecus euporiſton quoque eſt, quod paratur ex ſapone communi in lacte calido diſſoluto; nam & hoc calidè applicatum inſigniter emollit & maturat tumores ad ſuppurationem tendentes.

Emplaſtra ad tophos) Sc. cum tumores renitentiores, v. g. venerei, neque etiam alcalibus cedant, hinc ♃, repræſentans alcali metallicum, abſorbens acidum tumorum coagulans, reſolutivus & penetrantiſſimus advocandus erit, isque nunc vivus in ſaliva extinctus, nunc cum Saturno maritatus: de quo amalgamate conferatur SCHROEDERUS *in Pharm. l. 3. n. 12. p. 198.* & DECKERVS *in Praxin Barbettianam pag.* 16. HOFFMANNVS *in Clave pag. 261.* Atque hoc amalgama puto intelligere POTERIUM per *mumiam* ſuam *mineralem*, quam ad ulcera deſperatiſſima ſe adhibuiſſe fatetur.

Matricale) Emplaſtrum in ſuffocatione hyſterica uſitatum videri poteſt in *Pharm. Auguſtana* ſub nomine emplaſtri matricalis de galbano uſitati. Interim loco illius ſufficere poteſt galbanum ſimpliciter liquefactum, & malaxatum cum part. ij. vel iij. olei deſtillati ſuccini, & parte j. olei deſtillati ſpicæ; quod malaxatum & inductum ſuper aliutam imponatur regioni umbilicali, ſicut olea allegata ſcrobiculo cordis vel umbilico illita, imponendo deſuper laterem calefactum, in eadem paſſione hyſterica non ſunt infructuoſa.

Gummata pag. 632.) Conſiderat jam AUTOR *noſter* ſubjecta aliqua gummoſa inodora & ſuaveolentia: Inter graveolentia pro ſcopo reſolvendi externè ac interne ſeligit gummi galbanum, quod & pro uſu externo concedo: interim, quia illud præ gummi ammoniaco internè aſſumptum magis ingratum & nauſeoſum eſt, hinc hoc loco illius commendo, præſertim cum idem pro ſcopo incidendi galbano palmam præripiat. Cæterum ſi galbanum internè aſſumendum, ſolvendum illud eſt pro ſui depuratione & quisquiliarum ſeparatione in aceto vel vino, & denuo inſpiſſandum, contrà, ſi idem externè adhibendum ſit, dicta ratione non depuretur, ſed ſaltem blando igne in terebinthina liquetur, ne ſecus ℞ hujus volatile avolet & exhalet, poſtmodum pro extemporaneo adhibeatur.

Aſa) Aſa fœtida in uſu medico eſt vulgo contra paſſionem hyſtericam, propter fœtorem ubi tamen obſervavi, hyſtericas idioſyncraſiæ ſingularis iſtius odore non ſecus ac moſchi fuiſſe læſas, adeoque ſua cuique hyſtericæ eſt idioſyncraſia, quod probe attendendum; cujus ratione aſa fœtida non omnibus prodeſt ob ſui fœtorem, huic incenſum ſulphur, alteri pix incenſa, pauciſſimis aſa fœtida arridet.

Fœtidis emplaſtris) De emplaſtrorum fœtidorum effectu dubitatur; MYNSICHTVS contra veneficia commendat: uſus ſum aliquando in faſcinata quadam noviter nupta ſine efficacia.

Depuretur) Inter præparata ex galbano eſt. Depuratum, nempe cum ▽, ✠to, vino, &c. quæ tamen depuratio ad externa medicamenta non eſt neceſſaria.

Galbanea diverſiformia emplaſtra, pag. 633.) Inter hæc *emplaſtrum de galbano crocatum* MINSICHTI egregium eſt, pro diſcuſſione tumoris mammarum, ex lacte coagulato dependentis, illinendo prius mammam cum ſpiritu ſalis ammoniaci cum calce viva parato, & hinc illud emplaſtrum applicando, deſuper ſacculum oryzâ vel avenâ repletum & calefactum imponendo. Præterea alterum MYNSICHTI *emplaſtrum de galbano* egregium eſt in callis & clavis pedis auferendis; liqueſcunt enim illi ex hujus impoſitione, hinc iis abſciſſis, denuo imponatur, prodeſt quoque contra omnes ſpasmos hyſtericos, colicam etiam abdominis, &c.

Olei) Oleo ſc. deſtillato galbani præfero galbanetum Paracelſi, idque tam ſimplex cum terebinthinæ oleo, quàm compoſitum à SCHROEDERO deſcriptum, ceu nobile topicum in affectibus nervorum, tàm à cauſa interna quàm externa enatis. Et quia galbanum in ſpecie affectibus abdominis ſpasmodicis dicatum eſt, propterea eò magis *Galbanetum* illud *Paracelſi* in paſſione hyſterica, colica convulſiva, pareſi ex colica, contuſione nervorum & luxationibus artuum egregium eſt.

Cera & ſaponis oleo) Modus habetur in AUTORE *pag.* 104. fit enim ſic oleum penetrantiſſimum in affectibus nervinis & articulorum podagra.

Graveolentiora è tartaro) Olea tartari & guajaci egregiè reſolventia ſunt pro tumoribus duris & quaſi venereis: vid. AUTOR *pag.* 104. (ita ut horum gutta æquè penetrans ſit ac ipſa camphora) & rectificata à cornu cervi uſto vel calce viva coloris aurei evadunt. Interim tamen, qui talia horrent, externè uſurpanda recipiunt juxta monitum AUTORIS ℞ ceræ vel pinguedinis alicujus, vel ſaponis (veneri imprimis pro doloribus podagricis) quorum modum deſtillandi AUTOR dedit *ſuprà pag.* 104. egregia quippe hæc ſunt in affectibus nervorum & articulorum.

Suaveolentia gummata) Ex his eligit AUTOR thus, maſtichem, ſandarachamque: quibus & ego moneo, accenſendam eſſe tacamahacam.

Sarcocolla pag. 634.) Sarcocolla eſt gummi temperans & emplaſticum, quam veteres uſurpant

inter collyria sicca, *Sief* dicta, eamque nunc crudam, nunc in lacte extinctam i.e. nutritam: Ast incongruè secundum AUTOREM, cum æque Sief album sine hac egregium sit.

Mastiche) Mastix gummi nobile est ex arbore lentisci sponte exsudans, cujus grana jejuno stomacho deglutita uti stomachalia sunt, ita & similia topica præbent; & in *essentiam* liquidam *stomachalem*, intrà & extrà usurpandam, nec non *anticatarrhalem*, cum spir. vini tartarisato redigi possunt, & præfert hanc AUTOR ipsi aquæ mastichinæ, quam vid. in SCHROEDERO. (præfert etiam decocto extemporaneo, nempe TILEMANNI) Residuum magma post olei destillationem ad instar colophoniæ, pro recentibus vulneribus egregium est, præsertim cum rusticus ille cultrivorus Borussus post excisionem cultri deglutiti, balsamo ex oleo mastichis, internè & externè adhibitis, fuerit sanatus.

Formicarum massa) Sc. formicæ inhabitantes sylvas resiniferas pino & abiete luxuriantes, istæ in specie quæ grandiores apparent, & attactu sui spirant acidum, vescentes solummodo granulis resinosis ex arboribus illis transsudantibus, quæ proinde in acervos colligunt, atque hæc grana acidum spirantia à quibusdam loco mastichis usurpari solent; sicut ea commendat GLAUBERUS *Part.* 1. *Oper.* Interim tamen ea ultra vulgarem resinam nil in recessu habent,

Sandaracha pag. 635.) Est duplex: Græcorum, nempe arsenicum rubrum, Rauschgeel / & Arabum seu gummi juniperinum: quarum hæc loco ligni lentiscini pro basi suffitum catarrhalium quorumcunque accipitur, cui possumus addere mastichen, rasuram succini, thus & benzoen, e. g.

℞. *sandarac. s. gummi junip.* ℥j. ad ℥iß.
ras. succini ℥ij.
mastich. ℥j.
benzoes ℈j. ad ℈ij.

M. pro suffitu adaptando beneficio calidæ frictionis pro meliore sui penetratione.

Benzoe) Benzoe est egregium stomachale & Nervinum.

Styracem calamitam) Hæc egregium est nervinum stomachalibus affectibus conveniens, hincque DIGBÆO & HARTMANNO in emplastro de styrace usitatum. Interim tamen loco illius sufficit benzoe, neque ladano opus habemus.

Ladanum pag. 636.) Ex hoc prostant apud HARTMANNUM pilulæ de ladano analeptico-cephalicæ; item emplastrum stomachale de Ladano CRATONIS *in Pharm. Aug.* Interim loco horum euporiston habemus gummi tacamahacæ, malaxandum cum balsamo Peruviano pro eodem usu.

Tacamahaca) Tacamahacam rejicit AUTOR, quod quidem pro scopo suffitus concedimus: at propter vim nervinam singularem anodynam temperatam blandè discussivam & resolutivam, nobilissima est, hincque emplastrum ex illa cum terebinthina subactâ, & balsamo Peruviano in vitel. ov. soluto malaxatâ paratum; egregium est in cardialgia, dolotibus artuum & malo Ischiadico, resolutione partium, & ventriculi affectibus.

Elemi pag. 637.) Vi sua balsamica ad capitis vulnera commendatum est, indeque ARCÆUS unguentum & emplastrum habet, quorum basis est gummi hoc elemi; interim eidem, in capitis affectibus egregio aliàs, substitui potest terebinthina.

Epilepticis pag. 638.) Sc: epilepsia est vel idiopathica, vel sympathica ex alia parte affecta originem ducens. Jam igitur in idiopathica commendatur ungula alcis ab unico LEVINO LEMNIO *in occultis Naturæ Miraculis*, testante, se beneficio annuli ex hac confecti, ceu amuleto quodam, epilepticum restituisse; ex quo tamen planè dubito: an ungula illa alcis antepileptica sit? sivè internè, sive externè adhibeatur? Sic eadem neque in consensuali epilepsia præ cornu cervi prærogativam quandam habet.

Hirundinum Lapillis) Lapillus hic, *chelidonius* dictus, ad epilepsiam quoque commendari solet: sed subinde imposturæ intercedunt. Præterea de *lapide chelidonio* tàm *falso*, qui *species* est *opali*, quam *genuino* in ventriculo, item hepate pullorum reperibili: vid. VELSCHIUS *Hecatost.* 1. *pag.* 74. Conferatur etiam BARTHOLINUS *Cent.* 2. *Epist. pag.* 438.

Nec humanum cranium, pag. 639.) Hic observanda est differentia inter ossa & cranium, quod ex homine successivè &, ut dicunt, naturaliter mortuo, & quod ex eodem violenter interempto desumitur; quorum illud sicut & ossa, non habent prærogativam præ cranio cervi & osse tauri: ast, quod ex suspenso & rotâ fracto homine desumptum est cranium, alteri substituendum, eò, quod in tali habitet adhuc spiritus insitus parti, unà cum rore seu spiritu influo, qui sub morte concentrati reverà aliquid efficient: id quod & usnea ostendit, ceu specificum epilepticum, unde par ratio habenda de rasura cranii humani violenter interempti, quippè quod ob mumiam sibi inhærentem sub pulveris forma datum, antiepilepticum est non ignobile, non secus ac spiritus cerebri hominis violenter mortui aliquid in recessu habet; alia enim præparata vim mumialem produnt.

Lac pag. 640.) Lac humanum ceu analepticum laudatur quidem: interim Phthisici confirmati non curantur ex ejus usu; contrà mediocriter sanos pro temperandis humoribus scorbuticis juvat sicut & juvenes à venere delassatos mirum quantum reficit, item marcescentes, sive apparenter phthisicos.

Lumbricos, pag. 641.) Lumbricos humanos quidem internè exhibuerunt pro ejiciendis vermibus intestinorum sub forma pulveris sed aliter sentit TABERNÆMONTANUS, lumbricos inde generari potius, adeoque falli nos, ut igitur mercurialia loco horum sufficere queant.

Pulveres, pag. 642.) Sc. suggerit hic AUTOR *pulveres* binos *cephalicos*, *unum pro adultis*, *alterum* vero *pro infantibus lactantibus*; quorum *priorem* ℥ß. dosi usurpandum constituit pro basi quorumvis analepticorum, & loco cujusvis specifici, non secus eundem dosi gr. iij. vel vj. anniculis infantibus præservativè pariter ac curativè, præmisso vomitorio ☿iali, aut quoque laxativo Mercuriali ex helleboro nigro & Mercurio dulci parando, exhibet, interponendo subinde salia volatilia urinosa, & subjungendo essentias nervinas castorei, succini, camphoræ, &c. nec non pro minori spirituum impetu opiata sociando. Deinde *alterum* suum pulverem antiepilepticum anodynum suadet lactantibus, epilepticis pariter ac inquietudinibus, torminibus, vomitibus, diarrhœis, &c. afflictis specificandum contra tormina per olei destillati anisi

parum

parum, aut etiam additione salis volatilis cornu cervi, vel succini.

Auro pag. 643.) usus auri crudi vel minutissimi sub forma pulveris, vel sub forma liquoris potabilis, mediante sui extinctione non adeò insignis est, nec tanti ponderis: de quo confer. HOFFMANNVS *Clav. pag.* 700.

Hystericæ,) Quemadmodum paroxysmi hysterici per suaves odores subindè excitantur, ita iidem per contrarios fœtores ex animali Regno præprimis petitis, ceu in quo regnat sal volatile oleosum, sopiuntur.

Lichenes, pag. 644.) Lichenes equorum, die grossen Pferde-Wartzen/ primitus à PARACELSO introducti sunt pro suffitu hystericarum intra genitalia, addendo iisdem cornu capræ. CROLLIVS ex iisdem parat extractum hystericum: sed castoreum prævalet.

Castoreum) Hoc genuinum recens eligit AUTOR *noster* internè, vel per se in substantia (qua ratione mirificè sudorem movet cum euphoria hystericæ, estque instar omnium ex Regno animali remediorum antihystericorum) vel in essentia liquida usurpandum; quam *essentiam* vulgo parant per simplicem ℣ infusionem & extractionem: Ast essentia hæc est admodum languida; melior fit, si

℞. *castor.* patt. iv. vel vj.
salis fixi tartari vel *nitri* pars j.

hisque mistis superfundatur spir. vini q. s. hac ratione exacta solutio castorei succedit, cuilibet liquido, sine præcipitatione permiscibilis. Essentiam filtro AUTOR separat, liquorem filtratum per spir. vini abstrahit, & liquorem abstractum extracto residuo iterum affundit. Deinde potest eadem parari cum spiritu salis ammoniaci vinoso, ex tempore solvente castoreum in essentiam rubicundissimam, cuique liquori commiscibilem, & hystericis admodum proficuam.

Destillat. oleum) Oleum castorei destillatum per retortam perpaucum est & empyreumaticum.

Pilulis officinalibus pag. 645.) Pilulæ de castoreo sunt vetustæ, & earum ingredientia cruda non tamen inconcinna, præsertim cum constent ex appropriatis & anodynis, atque cum his coincidit, utut magis artificiose paratum, nostrum extractum *laudanum hystericum* usuale *Conerdingii*, ex *extracto castorei, calami aromatici*, lapide bezoardico, laudano opiato &c. constans.

E fragrantibus) Fragrantibus antihystericis ex animali Regno pro Praxi succincta non simpliciter indigemus, præsertim cum præparata ex cinamomo, cardamomo & caryophyllis habeamus. Interim pro diffusiore Praxi locus esse potest moscho & ambræ, illi quidem pro externo, huic verò pro interno usu analeptico. Aromata autem præstanti, & superant hæcce odorifera ex animalibus.

Moscho) Moschus est liquor sui generis, in capsula peculiari prope inguina in ventre animalis moschiferi, in glandulis collectus & repertus, quemadmodum zibethum & castoreum receptacula habent prope inguina. Adulteratur autem Moschus hac ratione à mercatoribus; dum animalis occisi sanguinem sub cute congrumatum eidem una admiscent, & sic omne istud liquamen pro moscho venditant. Cæterum usus moschi genuini convenientissimus est, quo subigitur is cum duplo vel triplo sacchari, sic enim mistura fragrantissima emergit; vel, quod melius adhuc, moschus ab oleis destillatis resolvatur, & sic in effectu & fragrantia sua mirè exaltatur; hinc subigatur cum elæosacchari alicujus parte quadrupla, & sic habebitur elæosaccharum elegans moschatum, quod solidis & liquidis compositionibus facilè misceri & distribui potest.

Ejuscemodi moschata pag. 646.) Sc. notum est, quod talia fragrantia concreta subjectis delicatioribus & hystericis sint perquam adversa, ac viris quoque spiritus animales volatiliores habentibus, nimis generosa, quid igitur tunc consilii? Sanè reverà nocet hisce moschus: ast odoretenus tantum, contra si is hac ratione exhibeatur, ut nares sumentium non feriat, tunc etiam mulieribus hystericis commodius propinari potest: Confer. BARTHOLINVS *in Cent. Anat.* & HORATIVS AUGENIVS, quorum hic habet *pilulas hystericas* ex *moscho, ambra, oleo destillato caryophyllorum*, una cum cautela, ne propinentur eadem ita, ut nares sumentis illarum odor feriat.

Ambra) Hæc contra AUTOREM reverà insignis est vi analeptica in spirituum animalium defectu, tam morboso post morbos, quam naturali, nempe in senio adeoque inter confortantia calida nervina cephalica sit singularis, utut ratione originis occulta. Licet enim KLOBIVS *Tr. de Ambra* 18. opiniones congesserit de ortu ejus, tandem concludens, esse excrementum eam avium quarundam in Orientali India reperibilium, tamen nulla earum satisfacit; sicut nec gallorum eandem compositum ex melle & cera statuentium. Cæterum duo in ambra desiderat AUTOR *noster*.

1. *Fragrantiam,*
2. *Effectum.*

Quod *fragrantiam* ejusdem concernit facile ol. nucistæ imitabilem; alia olea aromatica fragrantia eandem superant: interim si teratur illa beneficio oleorum & oleosorum, v. g. zibetho, aut oleo quodam destillato, tunc hac ratione resoluta penetrantissimum odorem spirat, & animatur quasi hinc ambra: de quo conferatur TACHENIVS *Hippocr. Chym. pag.* 269. Quoad ambræ effectum, quod nempe eadem in granulari dosi, quâ vulgò datur, parum vel nihil operetur, verum illud est: ast modò oleo cinamomi animata ejus plures tales doses dentur, tunc quoque ita erit singulare refocillativum facultatis animalis.

Teneriorum pag. 647.) Sc. literati spiritibus animalibus subtilioribus, & tenera nervorum texturâ præditi, non ferunt ambrata, moschata, zibethina, aut quælibet aromatica penetrantiora, eò quod hæc illis nimis generosa sint & caput eorum repleant, h. e. ab illorum fortiori impressione spiritus animales subtiliores facilius turbantur & moventur, hinc affectum quasi inebriatorum incurrant; præsertim si nares feriant, quod ordinarium est literatis & hypochondriacis: unde cautè ejusmodi generosa talibus subjectis exhibeantur; præsertim caveatur, ne illa horum nares feriant.

Cum saccharo) Sc. duplex est modus usurpandi ambram: sive in forma sicca, terendo eam cum saccharo in pulverem ambratum analepticum summè efficacem; vel quod melius cum elæosaccharo cinamomi vel caryophyllorum: aut quoque in liquida, parando ex ea *essentiam* rubini instar cum *spiritu rosarum*, vel *melissæ*, vel *liliorum convallium* abstractitio, gratam gustui, & effectu efficacem, idque internè; sicut externo scopo inservit *liquor moschatus* ex solutione *moschi* in spiritu quodam volatili,

tili, v. g. rosarum, factus, ceu à quo mire moschus dilatatur. Prævalet tamen essentia ambræ, sed saltem infusa cum ♈. Per destillationem enim & fermentationem vis ambræ perit.

Essentia Ambræ sicca) vid. in SCHROEDERO.

Ambra moschata) vid. in MYNSICHTO, *pag.* 73.

Zibetha, pag. 648.) Hoc rarò usui interno inservit, nisi quod saltem balsamis apoplecticis admisceri soleat, utut sine eodem æquè sint penetrantia.

Febrilibus affectibus pag. 649.) Sc. odorifera in morbis acutis non æquè locum inveniunt; & si conveniunt, hoc faciunt in senibus, vel exhaustis viribus; nisi quod observaverim, confectionem alkermes ægris ejusmodi datam ipsos agrypnos ad aliqualem somnum cum euphoria disposuisse. Ergo odorifera fugiant in acutis.

Pinguia) Sc. substantiarum pinguium ex animalibus desumptarum generalis usus est, ut blandè relaxent fibras nerveas, hinc duras emolliant, itemque spasmum illarum dolorosum sistant, adeoque hinc anodynæ sunt: sicut porrò crudiores & acriores succos hebetant & obtundunt, sicque rodentes dolores sistunt, itemque tandem penetrando coagulata contenta modicè solvant. Interim tamen singulis earum non adeo omnis vis specifica denegandæ est.

Butyrum) Butyrum majale AUTOR vocat Florem vegetabilium vernalem; resolutio autem graminis & transmutatio in lac & butyrum, dicitur solutio quasi semi alcahestina, ab AUTORE *pag.* 650. Butyrum autem majale, præprimis subtilius, delicatius & penetrantius, magisque alcalinum est, quam quorumcunque animalium pinguedines: unde illud sole depuratum pro usu asservandum est. Interim, quibus placet pinguedines animalium asservare, illi eligant taxi ceu temperatiorem, quam caninã vel leporinam, quarum hæc peculiare est tractivum, hinc infantum gingivis illita potentissimè elicere dentes creditur: sicut eadem vulneribus applicata promovet heterogenea iis inhærentia ad exitum sic quoque abscessibus tardantibus apertionem sui, illita, maturat eos, & ad ruptionem disponit.

Oesypum pag. 650.) Sumunt lanam pinguem, mit denen Klumpen/ & ex hac coquendo eliciunt pinguedinem, quam vocant Oesypum: sed loco omnium pinguedinum animalium sufficiat butyrum, & postmodum oleum olivarum cum oleis destillatis animalium.

Alpini muris p. 631.) Pinguedo muris alpini commendatur ad pleuritidem, hinc unguentum pleuriticum MYNSICHTI hanc pro basi habet. Axungia cati sylvestris ad epilepsiam abdomini, nec non in colica umbilico illita; & ursina ad hernias mirè commendatur.

Lucii) Pinguedo lucii piscis laudatur pro infantum tussi, illinendo pedes, ut sic ad somnum disponantur.

Asciæ) Asciæ pinguedo ad cicatrices vulnerum absumendas laudatur.

Erinacei) Erinacei pinguedo præfertur ursinæ in herniis, si lumbis illinatur.

Anguillæ) Pinguedo anguillæ assatæ foliis lauri excepta laudatur ad surditatem & subauditionem.

Suillæ pag. 652.) Suilla temperatissima & maximè mollitiva est.

Sevo Hircino) Hircinum sevum umbilico illitum ad stranguriam commendatur.

Cervinum) Sevum cervinum commendatur ad fissuras pedum.

Medullæ cervinæ,) Ex cruribus animalium nervinorum bovinorumque desumptæ & illitæ in usu sunt in agrypniis, temporibus illitæ; quia disponunt ad blandum somnum in acutis morbis ægros.

Sapo) Duobus modis in usu est: primò per se, ut subjectum alcalinum temperatum, indeq; anodynum externum, exhibet, solutum in spir. vini vel spiritu lumbricorum terrestrium, addendo interdum pauxillum camphoræ; ita Podagricorum pedibus dolentibus cum optimo successu applicatur, & præfert AUTOR *noster* balsamo saponis, quod vid. in SCHROEDERO: Secundo oleũ ejus, quod plurimis modis, ast optime juxta AUTOREM *nostrum pag.* 104. cum cineribus destillatur, est remedium penetrantissimum, & resolutivum potens, cum sit aut oleum olivarum, aut oleũ pinguedinis animalium, saponem ingredientium, præprimis Venetum penetrantissimum: nempe quod speratur in oleo Philosophorum, & oleo pinguedinum, habemus elegantissime in hoc oleo, & hujus respectu oleum ceræ non tantopere requiritur.

Cera oleo pag. 653.) Oleum ceræ penetrans est interne ad affectus diureticos & tenesmum; externè ad ulcera & ambusta expertum, interim loco illius & oleum saponis sufficere potest. Cæterum modum destillandi oleum ceræ quod concernit; optimus est, qui fit cum duplo ossium animalium calcinatorum; sic namque illud penetrantissimum acquiritur: contrà cum ∴ destillata cera flava dat oleum spissius & quasi butyriforme; quod tamen, si per vesicam rectificetur, acquiritur penetrantissimum. Vel etiam potest destillari instar olei Philosophorum, dum nempe carbones candentes injiciuntur ceræ liquefactæ, & hi postmodum destillantur.

Cera flava,) Cera flava, & ex hac oleum destillatum sufficiant.

Alba) *Cera alba est exsucca.*

Magisterio) Magisterium ceræ quidam cum ♈ parant: vid. SCHROEDERUS.

Sperma ceti) Sperma ceti est concretum ex cerebro phocæ piscis, incolæ maris septentrionalis, mediante lixivio acri confectum, & virtute resolvendi sanguinem congrumatum, anticolica, antihysterica, & antipleuritica præditum. Cæterum illud in vehiculo frigido est nauseosum, & non potest assumi, nec in calido, nisi sit fervidum; aliàs mox congelatur, & labra incrustat. Unde essentia ejus desideratur, quæ fiat cum spir. vini rectificatissimo, fereque quasi toto oleoso; ubi tamen hæc & hoc tædii habet, quod vehiculo aqueo combinata mox genuinum sperma ceti sistat. Emplastrum tandem de spermate ceti MYNSICHTI est egregium in lacte incipiente coagulari, mammis applicatum, superimponendo sacculum calidum avena repletum: De quo conferatur TIMÆUS von Gülden-Klee/ in casibus Medicis. Interim loco hujus galbanetæ æquè efficacia sunt.

Succinum, pag. 654.) Ex regno minerali seligit solummodo AUTOR *noster* succinum vulgare ex Borussia ad nos advectum, hocque præfert fossili in maritimis locis & Moravia reperibili; sicuti etiam hic loci ex fossa limosa aliquando insigne frustulum fuit effossum. Sub succino regenerato insinuat

ſinuat BOYLE *de Origine Formarum*, qui ex capite mortuo ſuccini deſtillati ſuccinum regenerare aggreditur. Cæterùm ſunt, qui ſuccinum corpus minerale proclamant eſſe: aſt mihi ſemper vegetabile viſum eſt de natura terebinthinæ. Et quidem prima ejus origo videtur eſſe ex ſuecia, nempe ex hujus promontoriis, multis ableribus aliisque arboribus reſiniferis conſitis, ex quibus tempore æſtivo reſudat liquor reſinoſus terebinthinaceus, qui in mare deſtillans hujus fluctibus mutatur in ſuccinum, & tandem appellat ad littora Boruſſiaca; & argumento eſſe poſſunt producta & effectus ſuccini, non adeo à terebinthina diſtincti. Eſt anticatarrhale. Album quidam flavo præferunt: ſed malè; nam etiam ex flavo, mediante ▽ ſalina, poteſt fieri album, caſtrando: vid. SCHROEDERVS.

Simplex Pulvis pag. 655.) Simplex ſuccini pulvis levigatione cum ▽ ſimplici vel appropriata factus, eligitur ab AUTORE. QVERCETANVS ▽ affundit & ſuper accendit. Sed ſuccini pulvis in ſubſtantia ſuſpectus videtur, quod ſuccinum ſit reſinoſum ſubjectum tàm pertinax, ut nullis ferè menſtruis ſit ſolubile; unde dubito, an in pulvere datum illud, aliqualem in corpore poſitivam habeat efficaciam? quin potiùs ſeligio in affectibus catarrhalibus, ex lymphæ vitio prognatis, ſemper loco ejus ☍ deſtillatum & ⊖ volatile ejusdem.

℞) Seligitur ab AUTORE *noſtro* ℞ ſuccini: ar vix ▽, etiam rectificatiſſimus tartariſatus, aliquantulum ſaltem ſuccini ſolvit, indeque ſi tali tinctura ▽eus liquor combinetur, cremor quidam ſuccineus iterum ſupernatat, atque ita non præſtabit quidpiam præ pulvere ſuccini. Hinc potius oleum & ⊖ volatile uſurpetur; vel fiat contra AUTOREM tinctura illa cum *liquore aleahest Glauberi* ex nitro fixo; ita enim ſolutum hoc ipſo ſuccinum digeri poterit cum ▽ in eſſentiam, præferendam illi, quæ cum ▽ tartariſato aliàs paratur.

Oleum ſuccini) Optimo conſilio AUTOR *noſter* per ſe deſtillare jubet ſuccinum blando igne per retortam; ita prodit oleum & ⊖ volatile, quidam addunt cineres, arenam, & alia: ſed fruſtrà: quidam corallia: ſed oleum coralliorum ſuccinatum parum vel nihil de coralliis participat: vid. SCHROEDERVS *pag.* 340. 110. 4. Cæterum oleum ſuccini dicta ratione deſtillatum rectificandum eſt tàm propter odorem ſuum empyrevmaticum, quàm propter reſinam adjunctam craſſiusculam: Ac quidem rectificatio ejus optimè ſit ex veſica, & eſt egregium penetrans non adeo empyrevmaticum, & ſic habetur craſſamentum inſtar colophoniæ, optimum in emplaſtris: Vel & olei ſuccini nondum rectificati pars j. abluatur in partibus iij. ▽æ ſimpl. ſæpiùs agitentur & miſceantur; ita ▽ illa ſuſcipit empyrevmatica olei excrementa ſalina, ſupernatante oleo puro; quæ ▽ blando △e evaporata dat partem ſalis volatilis ſuccini. Si rectificetur oleum ſuccini per ſe, relinquit caput mortuum iners; ſin cum cineribus, multum perditur: Super ſpiritum ſalis rectificat GLAUBERVS, ſed omnium optimè fit per veſicam.

Balſamum, pag. 657.) *Balſamum ſuccini* cephalico catarrhale ſit, vel miſcendo olei deſtillati ſuccini partem j. cum triplo olei nuciſtæ expreſſo; vel miſcetur pars j. cum part. iij. ſacchari, & acuetur q. ſ. ſalis volatilis ſuccini, & eſt *Elæoſaccharum* egregium.

Sal volatile) Sal volatile ſuccini, præter vim diureticam, quam quidem contra HELMONTIVM, dum ⊖ ſuccini diureticorum apicem vocat, non æſtimat AUTOR, egregium nobis eſt cephalico-nervinum & antepilepticum, & quod optimè medetur convulſionibus. Hoc eſt ingrediens liquoris cornu cervi ſuccinati. ⊖ volatile vero commune eſt compoſitum ex urinoſo ſuccini ſale, phlegmate ejusdem acido, & oleo ſuccini: Facile autem depuratur, ſubigendo id cum ana ſalis tartari & deſtillando; hac enim ratione purum alcali ſuccini volatile acquiritur.

Deinde alii ▽ ablutionis olei per ſe deſtillati, ſale volatili impregnatam ſumunt, & ſal hoc ab ▽ evaporando & cryſtalliſando ſeparant; iterumque affuſione ſpiritus vini extrahunt oleoſitatem adhærentem. Hanc in ⊖ volatile depuratum pro *uſu diuretico* juxta WILLISII verum aſſertum: *ſemper unà cum nitro propinandum.*

Fixi) Succinum calcinatum ulterius, dat ⊖ *fixum.*

Capitibus mortuis) Ex ☉uo ☍ nigrius poſt olei moderatam deſtillationem loco gagatis & asphalti optimè ſubſtituendum.

Petroleum) Petroleum album & rubrum nobile eſt, & penetrans nervinum reſolutivum, conveniens in multis cum oleo deſtillato ſuccini, indeque calidè lumbis illitum in nephritide & doloribus nephriticis eſt egregium. Atque hoc petroleum recentiorum eſt naphtha veterum, flammam facilè concipiens; unde rectificatio ejus periculoſa eſt.

Terra olei pag. 658.) Oleum terræ ex India allatum eſt petroleum ſui generis; aſt penetrantius & ſubtilius præ illo.

Arſenicalia, pag. 659.) Notus ſc. eſt arſenici & productorum ejus effectus, dum internè parva doſi & vomitus & ſeceſſus lethales concitent; externè verò ſuffitus ex arſenico pro phthiſi, & pectoris morbis curandis, veteribus in uſu fuit: de quo vid. RIVERIVS *caſ. ult.* ubi proſtat exemplum phthiſeos curatæ hac ratione. Interim omnia Præparata arſenicalia, quæ vid. in SCHROEDERO *l. 3. pag.* 499. negligi poſſunt; & loco illorum tutiora & parabiliora proſtant. Equidem arſenicum fixum cum nitro factum internè & externè laudatur in phsora & lepra, item in malo venereo confirmato à nonnullis, nec non pro Philtris: ſed minus tutò: Externè ad ulcera deſperata, ſpeciatim cancroſa, tàm mammarum quàm aliarum partium: aſt optatur adhuc certior experientia chirurgica.

Arſenicalis magnes) Magnes arſenicalis paratur ex ana arſenici, ſulphuris, & antimonii, ejusque AUTOR eſt ANGELUS SALA. Præter uſum, quem habet in anthracibus peſtilentialibus, de quibus vid. BARBETTE *in Obſervat.* & ex citandis fonticulis, de quo vid. *idem in Anat. Practica*; item in peſte pro amuleto. Ingreditur quoque emplaſtrum magneticum, quod egregium eſt in quartana regioni lienis applicatum; item in herniis lumbis appoſitum pro rectractione inteſtinorum prolapſorum; nec non in parotidibus pone aures in febribus malignis erumpentibus.

Sequuntur jam Formulæ hujus claſſis: Sic eſto v. g. ▽ *analeptica* in ſubitaneo caſu quodam.

℞. ▽ *meliſſ. ſpirituoſ. c. vino* ℥iß.
apoplect. Autoru (*pag.* 609.) *compoſit.* ℥vj.
cinamomi. ſpirituoſ. ℥iij.
eſſent. ambræ ℥j.

M. S.

Stärck und Krafft-Waſſer.

Sic in Pathematibus muliebribus:

℞. ▽ *hysteric.* (*Aut. pag.* 591.) ℥ij.
essent. castor. ʒij.
aceti rutac. ʒj. vel ʒiß. aut q. s.
M. S.

Köstlich Weiber Schlag-Wasser.

Porro in puncto colicæ convulsivæ:

℞. ▽ *menth. comm.* ℥ij.
menth. composit. (Autor pag. 583. & 585.) ℥j.
essent. castor. ʒiij.
laudan. opiat. gr. iij. vel iv.
elæosacchar. aurantior vel *citr. succos.* (*Autoris, pag.* 598.) q. s. M.

Capiatur cochleatim,

Ulterius pro curanda epilepsia loco vehiculi esse potest:

℞. ▽ *lil. convall.* ℥iij.
apoplect. Autoris ℥iß.
elæosacch. citr. succ. q. s. pro grato sapore.

Misc. pro *vehiculo pulveris cephalici Autoris pag.* 642. & 643.

Loco quorum pulverum & in epilepsia & hic esse poterit:

℞. *rasur. cran. human. violenter mort. pulverisat.* ʒj.
♃ *vel* ♂ii vel *nativæ selectæ* ʒß.
⊖ *volat. succin.* gr. iij.
C.C. gr. vj.
laud. opiati. gr. iß.

M. F. *Pulvis* pro 3. dosibus in præfato vehiculo sumendus.

Porro fit Mistura contra passionem hystericam:

℞. ▽ *puleg.* ℥ij.
hysteric. Autor. cum castor. ʒij.
liqv. CC. succinat. ʒj.
laudan. opiat. gr. ij.
sacchari parum.
M.

Capiatur cochleatim.

Vel

℞. ▽ *fumar.* ℥ij.
puleg. ℥j.
essent. castor. ʒiß.
⊖ *volat CC.* gr. xij.
succin. gr. vj.
laudani opiat. gr. ij.
sacchari parum.
M.

Capiatur cochleatim.

Hæc mistura & in paroxysmo apoplectico & epileptico locum invenit, omisso saltem laudano opiato, & loco essentiæ castorei substituendo ▽ *apoplecticam Autoris.*

Porrò si præscribenda est *Tragea aromatica*, tunc

℞. *cinam. opt.* ʒv.
zingib. ℥ß.
caryoph. ʒij.
cardamom.
macis ana ʒj.
♁ *destillat. cinamom. Autoris*
(hujus loco in pathematibus nervosi generis & ♁ *destillat succini*) ℈j.
elæosacchari citrat. ℥ß.

Misc. pro *Tragea* bis quotidiè manè & vesperi usurpanda.

Quæ & c. s. q. *Conserva rosarum* vel *mentha* in *Electuarium analeptico-stomachico-cephalicum* redigi potest.

Ulterius sit præscribendum *Elæosaccharum confortans* pretiosum pro sene divite:

℞. *ambr.* gr. vij. vel viij.
solve in
♁ *destillati cinamomi* gutt. xij.
cardam. gutt. vj.
adde
sacch. albiss. ℥j. ad ℥iß. l. ℥ij.
M. f. *Pulvis*, subinde usurpandus.

Porrò:

℞. *ess. stomach.* (*Aut. pag.* 590.) ʒiij.
mastich. (*Ejusd. pag.* 634.) ʒiß.
M. D. S.

Vermischt Magen-Elixir/ zu 50. Tropffen.

Tandem pro usu nervino externo:

℞. *galbanet, Paracels.* ʒij.
♁ *destillat. succin.* ℈ij.
spic. ℈j.

M. pro lubitu in variis abdominis dolorosis affectibus, item pro litu brachiorum, nuchæ & aliarum partium nervinarum, præsertim ex lymphæ acidioris nerveas fibras vellicantis vitiis prognatis.

Vel

℞. *emplastr. de hyoscyam.* AUTORIS (*pag.* 628.) part. ij.
gummi galbani vel *ammoniac. in aceto solut.* part. j.

Liquefacta misceantur: hinc malaxata cum ♁ *destillato succini* vel *saponis* induc, super alutam, F. *Emplastrum* in forma transmissa, applicandum locis nervosis nonnihil carnosis in doloribus chronicis.

TIT. XX.

DE MOTUM SPIRITUUM SISTENTIBUS SIVE STUPEFACIENTIBUS, ALIAS NARCOTICIS ITEM ANODYNIS ET EPICERASTICIS VEL LENIENTIBUS, VEL TEMPERANTIBUS, ITEM EMOLLIENTIBUS.

OPtimè hæc sibi invicem sociantur: Nam quælibet urgentia symptomata ex concitatiore plus minus inordinato spirituum impetu originem ducunt; quæ ipsa inter symptomata primarium ferè est dolor. Ea ergò, quæ motum spirituum influentium nonnihil sistunt, eosdemque quasi figere & condensare videntur, ista symptomata palliativè sistunt, & talia cum partis sensum hebetent, hujus respectu *stupefacientia*, Græcis *Narcotica*, dicuntur.

Causæ urgentium symptomatum, speciatim dolor, utplurimum ex internis solet esse acrimonia contentorum, plus minus lædens adeoque irritans, sicque dolorem occasionaliter inferens in parte quadam solida. Hinc conveniunt anodyna dicta, seu blando sensu partem dolentem afficientia; quæ respectu partis læsæ *lenientia*, respectu causæ *temperantia*, dicuntur, idque interno usu.

Externè enim talia *Emollientia* esse solent, quatenus & tensionem fibrarum remitti, & contenta stagnantia fluida nonnihil reddere solent.

Talia

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1268-8 DFG

Talia petuntur ſpeciatim ex Regno vegetabili pauca ex Regno minerali & animali; ſuntque adeò in quadruplici differentia:

1. *Narcotica.*
2. *Temperata dulcia.*
3. *Mucilaginoſa.*
4. *Oleoſa* ſeu *pingvia.*

Inter Narcotica ſufficiunt anteſignanum opium, tam pro eſſentia vel tinctura, quàm pro Extracto; quod etiam commodè pulveribus permiſceri poteſt: idque ferè uſu interno. Nam externè hyoſcyami efficacia ferè potentior eſt, item papaver ſativum, albo pro ▽, ſyrupo papaveris, & diacodion; & papaveris ſemen, ut ex hoc fortmentur Emuſiones:

Temperantia inter eminent paſſulæ majores, & in ſpecie minores, radix glyzyrrhizæ, &, ſi cui placuerint, etiam caricæ, ſaccharum, amygdalæ dulces, flores violarum, præſertim ex his paratus ſuccus ſeu ſyrupus, rapa, item malva & althæa, lilium album, ſpeciatim flores pro oleo, fœnigræci vel lini ſemen, oleum olivarum recens, cumque hoc facilè ad MYNSICHTI imitationem parabile oleum ex 7. floribus anodynum.

Animale Regnum ſuggerit Lac, mel, pingvedinem humanam & hujus loco ſuillam vel vitulinam, item oleum lumbricorum per digeſtionem.

Minerali è regno excellit ♃ ☉li anodynum, à pluribus quæſitum, à paucis inventum; item cinnabaris, tàm nativa quàm in ſpecie ☿ialis: ut taceam ſulphura metallica fixa, exque his paratas tincturas, aut his cognata remedia, quæ cùm vi anodynâ, utplurimum vi diaphoreticâ ſimul, pollere obſervantur.

Hiſce ferè etiam addi ſolent cicuta, mandragora, lolium, ſtramonium, pſeudomelantheum, cannabis, cynogloſſa, papaver nigrum & rhœas, jujubæ, dactyli, ſiliquæ, pruna, ſebeſten, ſemina quatuor frigida, pineæ & piſtaceæ, balanus, myrepſica, alcea, malva arborea, verbaſcum, linaria, melilotus, mercurialis, branca urſina, gummi arabicum, &c.

Opium pag. 660.) Eſt ſuccus papaverum ſativorum in regione Aſiæ orientali elicitus; cujus fœtus nunc proſtans opium eſt utplurimum Meconium ſaltem ex integra illius planta prælo elicitum: Cæterum inſons eſt remedium, nec niſi perverſo uſu nocivum; quin Orientales populi vix ſine eò vivere poſſunt, quod vocant *Affion*: ſed eidem aſſueverunt ita, ut id ad drachmas integras aſſumant.

Ob meticuloſam pag. 661.) Scilicet, plures ſunt noſtratium Medicorum, qui nunquam magis tremunt, quàm quando ægris opiata aut vomitoria exhibenda ſunt: Sed æque nocet, qui ex metu ægros non ſufficienter curat, quàm qui ex temeritate eosdem occidit, cum opium in quibusvis ingentibus ſymptomatibus doloroſis ſiſtendis ſit præſtantiſſimum, modò id dextrè & cum debitis circumſtantiis adhibeatur.

Crudum pag. 662.) Opium crudum hodiè vix, uti olim quidem veteribus, in uſu eſt: interim, in quibus acidum primarum viarum exceſſivum offenditur, illis crudum commodè poterit dari, cùm ab acido illo hoc caſtretur: contra tenerioribus ſubjectis idem exhibere nobis ſit religio, propter funeſta præcordiorum ſymptomata. Atque hinc WILLISIO malè audiunt, cum Angli delicatiores ſint: è contrà nobis, ceu ſubjectis durioribus, & præſertim ſeptentrionalibus, & acido primarum viarum magis activo gaudentibus, tàm crudum quàm præparatum opium, convenit; extractum ſcilicet, nunc in forma liquida, nunc ſicca, propinandum. Ubi tamen, quemadmodum crudum non omnibus exhibendum, ita ſimplex ejus extractio cum ſpir. vini dat remedium ſanè ſtupefactorium, indeque cautione hic opus eſt.

Citra prævias toſturas) Scilicet notum eſt, quod AUTORES præparaturi remedia ex opio, doceant ab eo ſeparare prius gas illud fœtidum & virulentium ibi hærens, quippe in quo vis narcotica imprimis reſidet. Jam igitur fit hoc vulgò opium in tenues lamellas inciſum blandè torrefaciendo, quo ſic evaporet illud gas noxium: Alii contrà ſub toſtione hac opium inciſum ſubmergunt ▽æ ſimplici, vel leniter coquunt usque ad evaporationem ▽æ; & quidem optimè.

Sulphuratione) Alii ſub toſtione opii, id ſulphuris incenſi fumo ſuffumigant.

Crudi in ▽ ſolutio) Scilicet præparaturi & redacturi opium in Eſſentiam ſeu Extractum, curioſi ſunt de menſtruo; hinc duo ſcopi ſunt:

1. *Extrahendi*;
2. *Corrigendi.*

Hinc prioris ratione, præſertim cum opium ſit texturæ reſinoſæ, accommodatus eſſe videtur ▽, ſolvens reſinam; quia opium eſt ſubjectum reſinoſum: Aſt verò pro correctione aliud quid menſtruo aſſociandum requiritur (ſolutum enim opium cum ſpir. vini ſumme eſt ſtupefactivum) nempe narcoſis virulenta corrigenda eſt. Et quidem craſis materialis opii conſiſtit in ſubſtantia pingui oleoſa, viſcida, fœtida & narcotica, & ſociata ſali alcalino acri fortiter ſudorifero: ex quibus duabus ſubſtantiis ſapor amariſſimus quoque dependet. Jam igitur pro harum correctione nunc ſalia alcalia, v. g. ſal tartari, ut hoc texturam pinguem ſulphuream diſſolvat, ejusque viſciditatem corrigat, & vim narcoticam figat; nunc acida, ſed minus rectè, quia illud caſtrant, ut acetum, vel ſuccus cydoniorum, vel ſpiritus vitrioli dulcis, vel ☿ ſalis; quæ ſociata ☿ui vini extrahenti ſuo modo opium corrigunt. Interim excellit illa correctio opii, quæ fit per alcali tartari ita:

℞. *opii,*
ſalis tartari ana ℥j.

quibus invicem tritis ſuperinfundatur

vini Rhenani generoſi ℔j.
(propter acidum)
(✠ non probo)

Stent in digeſtione & ſolvantur, hincque extractio filtrata evaporetur ad conſiſtentiam mellis ſpiſſioris, & poſtmodum ſuperfundendo ſpir. vini elicitur poſtmodum *tinctura* ſeu *eſſentia opii* correcta elegans, facile evaporatione ſpiritus vini in extracti conſiſtentiam pro laudano opiato in forma pilulari redigenda.

Atque modus hic corrigendi opium eſt *du* HAMEL & BOYLEI.

Topicis) Externè non opus eſt extracto opii; ſaltem internè opium cum ſpir. vini extractum ſecundum AUTOREM tutiſſimum eſt: ſed dubitatur, an ſpir. vini ſolus omnem virulentiam deleat?

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1269-6 DFG

Acidulatio) Quod si quidam velint præparare opium per acida, ij. recipiant spir. vini spiritu salis acuatum: nempe

℞. *opii* ℥j.
▽ ℥iij. l. iv.
∽ *vitrioli* (aut, qui elegantior, ∽ *salis* ʒj.)

Ita parata essentia elegantior; & tuta magis est illa, quæ cum simplici spir. vini paratur; imò eadem cuilibet liquori sine ⅋ ratione permiscibilis est.

Ponamus p. 664.) Sc. tria præparata ex opio habet AUTOR, Laudanum sc. suum pro consistentia pilulari, Pulverem, & tincturam seu essentiam.

Laudanum) Extractum opii cum aliis mistum vocatur laudanum; & quidem cum cinnabarina anodyna vi sint instructa, & quietis conciliativa, proin meritò adduntur ab AUTORE extracto opii pro suo *laudano*; quod laudanum variis admisceri potest tincturis: sic v. g. pro *laudano epileptico* misceatur illud extracto castorei, calami aromatici, vel pulveri analeptico, vel pulveri præcipitanti, vel etiam cranio humano, cervino, unicornu verò, &c. vel etiam pro *laudano hysterico* cum extracto castorei & calami aromatici pro scopo pectorali cum extracto helenii, vel hederæ ⅋ stris: ita laudanum opiatum diversimodè specificari poterit.

Pilularum de cynoglossa pag. 665.) Pilulas has veteres usurparunt in doloribus dentium, catarrhis tenuibus, tussi sicca, &c. sed rarissimè usurpantur hodie, & earum loco laudano opiato sumus contenti.

Hyoscyamum pag. 666.) Non internè adhibeatur contra laudanum Crollii. Est succus expressus & inspissatus: ingreditur quidem laudanum opiatum Crollii: at quia hoc est vehementissimum, externis usibus inservit.

Pulverem anodynum) Pulvis hic est egregius: hunc optimè ingrediuntur corallia propter sui vim præcipitantem. Cæterum si mihi optio hic daretur, adderem laudano Autoris cinnabarim ʒii, & loco coralliorum vel matrem perlarum vel lapillos cancrorum: exque his tritis in anatica proportione conficerem *pulverem anodynum*:

Vel

& reciperem
extr. opii part. j.
cinnab. ʒij. part. ij.
& loco coralliorum possunt sumi
lapill. ♋. *præp.* vel *matr. perl. præp.* vel *concretii marini cujusd.* part. iij.

Hæc mista dosi à gr. vj. ad ix. darem, & irrorarem vel *oleo destillato succini* pro scopo nervino, vel *oleo cinamomi* pro scopo analeptico simul, vel *oleo terebinthinæ* pro scopo nephritico.

Magisterio pag. 667.) Magisterium opii fit solvendo opium in aceto, & præcipitando cum sale tartari: sed est maximam partem castratum; cujus loco pulvis anodynus adhiberi potest. Liquor ab ejus præparatione residuus dosi gutt. 10. 20. ad 30. remedium est temperativum egregium & figens, & quasi liquor quidam terræ foliatæ tartari sociatus opio; hincque diaphoreticus, temperans, & simul anodynus. Interim & loco hujus alia prostant; hinc illo in specie non indigebimus.

Trochisci) Trochisci omnes, quorum AUTOR *noster* mentionem facit, animantur ab opio, indeque illis non est opus, sed modo in promptu habeatur pulvis anodynus, tunc ex tempore pro scopo diuretico alkakengi loco trochiscorum ejusdem nominis; vel succinum loco trochiscorum de carabe dictorum; vel denique corallia loco diacorallii, adjungi poterunt.

Ana partibus quatuor pag. 669.) Anodynus liquor paratur ex opio:

℞. *opii* part. j.
▽ *apoplect.*
∽ *vitrioli roridi* ana part. iv.

Verum hic puto sphalma subesse, etiamsi proportio hæc conferatur cum illa, quæ legitur *pag. 663.* sumendo pro ℥j. *opii*, ʒj. ∽ *vitrioli*, & quadruplum respectu opii, ∽ *vini*; & sic etiam hic aquæ *apoplectica* proportio potest esse quadrupla respectu opii, vel crudi, vel evaporatione mitigati; ast ∽ *acidi* tantum ʒj. concedi poterit; secus enim mistura nimis acidula emerget. Potius igitur,

℞. *opii cujuscunque* ℥j.
▽ *apoplect. nostrat.* ℥iv.
∽ *vitrioli rorid.* vel *Phulos.* ʒj.

Hæc digesta & filtrata sint pro *liquore anodyno*. Et hanc præparationem AUTOR omnibus aliis præfert. Essentia opii cum ▽ apoplectica mista dat liquorem anodynum.

Post fermentationes) Intelligit hic AUTOR *noster* extractum opii cum succo cydoniorum paratum Langelotti, quod itidem egregium; cum postmodum illud cum spir. vini extrahi queat.

Hyoscyamus pag. 670.) Neque herba, neque semen hyoscyami adhibeatur cum internè datus perquam sit virulentus, & somnia turbulenta, levia delitia, imò in paulò majori dosi symptomata maniaca quasi conciet; hinc internè non fuit usurpatus, utut à PADUANO & HEURNIO Electuariis contra hæmoptysin semen ejus admisceatur: propterea magis externis usibus ille sit accommodandus. Et quidem pro usu externo generale quasi anodynum est oleum illud compositum flavescens ex semine ejus, cum ana seminis papaveris misto, expressum; ita hoc præter cephalalgiæ sufflamina temporibus illitum & somnum infert, & quosvis dolores sistit; & sic virulentia hyoscyami tam fortis non est.

Unguentum pag. 671.) Fit unguentum ex summitatibus floridis hyoscyami incisis, & in butyro majali, vel alio non salito frixis, valideque expressis; sic unguentum habebitis, quod multis scopis satis est ex AUTORE.

Cataplasmata) Cataplasmata anodyna optima fiunt ex hyoscyamo recenti & viridi, cocto in lacte vel ▽ simplici; hæc uti in scorbuticis abdominis affectibus dolorosis & convulsivis, teste DRAWIZIO, ita quoque in aliis doloribus non rejicienda sunt.

Emplastrum) Pro scopo temperandi & sistendi necessitatis tempore emplastrum de hyoscyamo optime emplastris magistralibus potest addi; vel hæcce emplastra oleo hyoscyami possunt acuari.

Cicutam) Cicuta apud nos non æquè narcotica ac venenosa est, quàm in Græcia.

Cicutariam pag. 672.) Cicutaria, vel etiam Decoctum ejus compositum, mammis conducit pro lactis copia ablactantium coercenda.

Mandragoram) Loco mandragoræ quidam Agyrtæ recipiunt radicem victoriàlis.

Strammoneum) Strammoneum vel Datura Turcarum potens narcoticum, & mirandi effectus est, cum

cum hujus usu ratio amittatur saltem, sensibus reliquis intactis: de quo conf. MANDELSLO. Interim ex hoc BARTHOLETVS *Tr. de Respir.* suum remedium phantasticum parat pro deliriis melancholicis & maniacis curandis, & in melius phantasma transmutandis.

Cynoglossæ) Tota planta, speciatim radix, narcoticâ virulentia etiam est prædita, hinc suo modo respondet viribus & usui opii. Argumento sunt pilulæ de cynoglossa ex basi ejus paratæ, de quibus suprà.

Nimio delectu nigrum) Dicit AUTOR *noster*: nullam esse differentiam inter papaver nigrum & album: FORESTVS *tamen lib. 9. Obs. 14. in Scholio* dicit: longè magis illud præ albo esse narcoticũ; quod itidem POTERIVS confirmat.

Immaturorum capitum extractum) Intelligit hic AUTOR illud *Quercetani papaverinum extractum*, quod describit ex eo SCHROEDERVS *l. 4. pag. 118.* atque hoc pro infantibus seligit AUTOR, quippe quibus pars quarta granuli opii nocet offenditque, & quasi semimortuos reddit. Interim neque illius tanta necessitas est, præsertim cum anniculis quasi gran. j. theriacæ pro j. vel ij. dosibus, reliquis additis, sufficere queat.

E residuorum luxurie) Rejicit AUTOR Papaverina; sed respectu opiatorum possumus retinere syrupum papaveris simplicem, & diacodion Montani seu syrupum de siliquis: Et quidem illum in potiunculis in forma liquida pro usu sudorifero anodyno addendum jubeo; præsertim cum WILLISIVS *in Pharmac. Ration.* papaverina (quæ sunt opiata dicta) præferat in tali casu ipsis opiatis. His potest addi semen papaveris albi ad emulsiones, dosi ʒvj. ad ℥j. exhibendum: è contra syrupi diacodii Montani usus est magis arteriacus, in asperitate sc. & phlogosi faucium, cum bacillo liquiritiæ recenti assumendus; sic enim præstat omnibus Looch officinarum incrassantibus atque expectorantibus. Syrupus compositus est inconditus, sive veterum, sive modernorum: correctior est ZWELFERI.

Actuaris) Reliqui Diacodia quælibet transeant. Syrupus diacodiωn Actuarii compositum est ex Papavere cum variis adstringentibus in diarrhœa, &c.

Looh de papavere) Compositio est horrida: sufficiat syrupus diacodiωn.

Ad libras innoxiè, pag. 674.) Notat AUTOR *noster* emulsiones, quæ recipiunt semen papaveris albi, quæ in morbis acutis vel affectibus ex lympha præscribuntur: scopus est anodynus somniferus, sed quanti sint usus: vid. AUTOR de placentis. Verum quæ sanos non alterant, ægros nihilominus afficiunt: v. g. particula carnis benè coctæ febricitantibus maximè nociva est, non autem sanis, proinde, sicut hoc procedit in diæteticis, idem statuendum eò magis erit in Pharmaceuticis; adeoque par ratio locum habebit respectu seminis papaveris, quod in emulsionibus exhibitum contra AUTOREM non est sine effectu, præprimis ægris delicatioribus, quamvis à sanis in alteratione accipiatur

Ex erratico) Papaver erraticum laudatur peculiariter in pleuritide, casu ab alto, & grumo sanguinis; indeque prostat pulvis flor. papaveris erratici, qui tamen in magna dosi usurpandus, aliàs exiguæ est efficaciæ. Potius hinc seligit AUTOR rectè *extractum florum* ritè paratum, ebullitione sc. in ▽ simplici, & repetitis infusionibus frequentibus, hinc in VB. inspissatum, & cum saccharo in *extractum* redactum secundum QVERCETANVM, dosi ℈ij. est egregium.

Syrupus parum valet.

▽ destillata à novis floribus sæpius cohobatur. Et præter hæc ex Papavere erratico nihil considerationem meretur

E residuis epicerasticis pag. 675.) AUTOR eligit passulas, amygdalas, & glyzyrrhizam.

Passulæ) Passulæ majores egregium dant laxativum; imprimis pro hypochondriacis & scorbuticis in forma vini passulati Timæi exhibita; non secus ac eædem inservlunt scopo lenitivo & epicerastico. Hi purgantia non ferunt, isti eadem digerunt. Minores passulæ sunt temperatiores, succulentiores, & meliores majoribus. Et quidem excellit in passulis succus temperatus dulcis, & in recessu insigniter oleosus, ratione cujus fermentativi passulæ sunt laxativæ; sicut ratione dulcoris epicerasticæ & paratur ex iis in VB. simplex vel etiam composita essentia, nempe ex partib. ij. *passularum & pinguium caricarum* part. ij.

Arillarum spiritu) Arillæ passularum destillatæ dant spiritum acidiusculum cum copioso empyrevmatico oleo; ex quibus & exprimi potest aliud oleum, olivarum oleo non adeo absimile; imo sunt, qui ex iisdem fortiore igne sal volatile se parasse asserunt.

Passularum melle) *Mel passularum* ex passulis coctis expressis inspissatum in usu est. AUTOR habet *mel compositum* ex caricis & passulis, & præfert hoc sapæ.

Sapa) Sapa est mustum concentratum: paratur etiam ex musto inspissato. Ad hæc ipsæ passulæ sunt mustum concentratum. In hac autem sapa subinde concrescunt crystalli tartareo dulces.

Syrupo jujubino) Loco syrupi jujubini, de sebesten, &c. istud mel passulatum optimè satisfacit.

Glyzyrrhiza radix) Ex radice liquiritiæ eligit AUTOR coctione elicitum succum despumatum, saccharo in extractum inspissatum; hocque præfert succo vulgari impuro. Et sane, si quis scite desiderat, quantæ impuritates succo vulgari adhæreant, tunc solvat illum in ▽ simplici, sic namque illæ in copia fundum petunt.

Vnguenta pag. 676.) Sc. prostat. *in Pharm. Aug.* unguentum de glyzyrrhiza ad arcenda erysipelata externè illitum. Aft cautissimus hoc in passu esto usus unguentorum linimentorum, periculum enim est, ne deducant ad suppurationem; quin potius loco ejus (quod tamen in hæmorrhoidum dolore, nunc per se, nunc mistum cum quarta parte olei hyperici, non contemnendum) præferendus erit pulvis erysipelaticus AUTORIS ex *myrrha, cerussa, & farina domestica* in quo tamen loco farinæ domesticæ potius recipiantur

℞. *pulv. flor. sambuc.* part. vj.
cerus. part. iij.
myrrh. part. j.

Irrorentur cum ▽ *tartarisato*, & pulvis calide applicetur erysipelati tuto resolvendo.

Dactyli pag. 677.) Hos rejicit Autor prostat inde emplastrum diapalmæ dictum, ideo quod species baculo palmæ soleant misceri.

Ossiculorum) Ossicula dactylorum lima in pulverem redacta laudantur à quibusdam in dysuria sed nuclei alii nostrates sufficiunt.

Zibeba) Quod de his promittitur, abundè habemus in passulis, item loco jujubarum & sebesten, quæ ex Italia afferuntur: sed plerumque cariosa.

Siliquæ) Siliquæ comestæ nobiles sunt in soda seu ardore stomachi. Ex succo recenti fit elegans Vinum factitium: vid. BORRICHIVS *in Hermet. Sapient. pag.*122. Succus coquendo elicitus viribus convenit cum passulis minoribus aut jujubis.

Pruna Damascena) Ratione succi sui fermentativi blande alvum laxare assolent. Propterea exsiccata, & hinc usurpata, musteo suo dulcore acrimoniam humorum obtundere, partesque hinc læsas lenire assolent.

Jujubæ) Succo dulci & temperato turgent, cujus ratione lymphæ acrimoniam temperando egregii usus sunt; quem in finem speciatim syrupus de jujubis in usu est.

Sebesten.) Ejusdem usus sunt cum modo dictis jujubis, speciatim partibus urinariis, ex urinæ acrimonia læsis; item ipsi urinæ acriori temperandæ conveniunt. In decocto est saltem eorum usus ad ℥vj.

Sacchari) Sufficit simpliciter saccharum commune in metis in ▽ solutum, & in consistentiam syrupi variis addendum formulis. Est autem saccharum sal essentiale, seu quasi mustum concentratum; hinc solvendo cum ▽, spontè fermentat, & potum Malvaticum suggerit. Facile etiam fluit in loco humido. Nunquam usurpetur saccharum in medicamentis, nisi ubi necesse est, ut acquirant consistentiam spissiorem, ne situm contrahant. Præferantur igitur extracta vegetabilium succosa. Pauci saccharata ferre possunt; nec morbi chronici, hypochondriaci, scorbutici, cachecticæ, hystericæ, quilibet alvi fluxus, febricitantes, &c. non possunt eadem ferre, quin majorem noxam inde contrahant.

Sacchari oleum, pag. 679.) Sacchari oleum est illud, quando saccharum solvitur in spir. vini non adeò rectificato (aliàs non solvitur) hinc spiritus vini incenditur & deflagrat; ita enim remanet *syrupus*, quem *oleum sacchari* vocant *simplex*: Vel etiam *compositum*, factum loco simplicis cum spiritu vini fœniculaceo, anisato, vel juniperino vel infusionis Pectoralium, &c. Hocce oleum sacchari nil aliud est, quàm phlegma spir. vini & saccharum; ♃ enim spir. vini per incensionem avolat. Dicta olea sacchari commendant pro usu linctuum in affectibus pectoris & asperitate faucium. Sed perfunctoriè dicuntur Olea ab AUTORE *nostro*. Idem potest fieri abstractione spir. vini à saccharo, vel & dilutione sacchari in ▽ simplici soluti & *inspissati*: Sed quid opus est tanta pompa? Quando per retortam destillatur, dat phlegma acidulum seu spiritum sacchari. Imò & datur *oleum compositum*, *olei ʒii saccharati* nomine veniens, si ex ʒio & *saccharo* mistis destilletur, ubi acidum sacchari rodit regulum ʒii, & secum aliquid rapit per retortam: sicut quidam corallisatum parant ex part. iij. *sacchari* & parte j. *coralliorum*. Interim tamen, quod de coralliis prodit, non meretur operæ pretium.

Spiritum ardentem pag. 680.) Saccharum fermentatum dat potum vinosum, ex quo potest abstrahi ∽ sulphureus vinosus instar spir. vini, & nullam præ hoc habet prærogativam.

Hydrosaccharum) Compositum passulatum, Pecersimenes æmulum, potest parari ex *saccharo passulis* & ▽, mediante fermentatione, & postmodum cum santalo tingendo.

Dulces amygdalæ) Amygdalæ dulces sunt nuclei, succo oleoso quasi lacteo turgidi, indeque temperati, adeoque optimè nutritivæ cujusvis acrimoniæ, præsertim salsæ temperativæ & lenitivæ: unde tam frequens est emulsionis amygdalarum dulcium usus in febribus, etiam in dysenteriis, in quibus commodè cum decoctis vulnerariis paratur; item in phthisicis & emaciatis, speciatim, si his sudores colliquativi nocturni immineant, tales à copiosiore amygdalinæ emulsionis usu multum recreantur.

Pistachiorum, Pineærumque) Pinus sativa in nucibus suggerit fructum, Pineas dictum, quæ ipsæ succo oleoso probè nutriente, humectante, & egregiè temperato impregnatæ sunt; pari ferè ratione atque amygdalæ dulces, speciatim materiam genituræ augendo, ad veneris exercitia conferre solent: hinc quondam oleum ex iis recens expressum cum vino Malvatico pro veneris exercitio à Principe assumptum fuit.

Ejusdem ferè naturæ & usus sunt pistacia; quæ & ipsa eodem modo & conferunt & usurpari possunt atque pineæ, quarum tamen loco amygdalæ dulces sufficiunt.

Oleum è dulcibus amygdalis p. 681.) Amygdalæ dulces, nuclei cucurbitæ, cucumerum, &c. suggerunt oleum ▽osius quidem, sed æquè temperans, ac amygdalarum dulcium. Oleum frigidè ex amygdalis dulcibus expressum eligit AUTOR *pag.* 681. quia hoc durabilius est, cum ex calidis paratum facilè rancescat. Hæc ergo semina cum amygdalis dulcibus sufficiunt.

*Magmate residuo cuticula pag.*681. Cum magmate expressionis amygdalarum dulcium parant sapones cosmeticos cum benzoe in spir. vini soluta, addita farina fabarum, & pulvere Ireos Florentinæ.

Balanoque) Insinuat oleum de been, cum quo paratur *oleum jasmini* faciendo stratum super stratum: vid. PROSPER ALPINVS *in Horto Exoticor.*

Vnguentum Resumptivum) Vanum est, quod inungant dorsum hecticorum hocce par ratio est, si etiam in affectibus pectoris, asthmate, tussi, phthisi unguenta pectoralia pectori illinuntur; ridiculum enim & vanum est. Horum loco si insanire interdum cum vulgo volumus, sufficiat ℥ amygdalarum dulcium.

Amylum pag. 652.) Amylum à quibusdam adhibetur ad temperandas lachrymas acriores: sed male; quia brevi acorem contrahit: Jam si collyriis additur, & hocce lympha oculorum diluitur, acescit, & affectus oculorum asperiores reddit. Par ratio est si commendatur in lymphæ affectibus tanquam incrassans; præstantiora enim prostant.

Arabico gummi) Gummi Arabicum vix verum ad nos venit quodque ex Arabia est. Hujus loco sufficiat tragacantha in ▽ communi facilè in mucilaginem resolubilis, cujus ratione temperandi, acrimoniam leniendi, & mitigandi partes exasperatas, excoriatas, earum fissuras, &c. item urinæ acrimonias mitigandi, egregiè pollet; unde tàm externè, quàm internè mucilago ejus frequenter usurpatur: Externè ad fissuras manuum, pedum, papillarum, &c. cum ▽ spermatis ranarum extracta: Internè verò cum aliis sub trochiscorum forma propinatur,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1272-9 DFG

natur, uti sunt trochisci de carabe de terra sigillata.

Seminibus,) Semina cydoniorum in ▽ macerata dimittunt mucilaginem optimam, tàm in oculorum affectibus; à causa externa natis, quàm in aliis casibus, v. g. fissuris labiorum, narium, & papillarum.

E violis purpureis) Eligit AUTOR saltem Extractum è floribus succosum. Sufficiat hoc & semen ex omnibus.

Essentia melliformis pag. 683.) Extractum hocce seu essentia melliformis vid. apud SCHROEDERUM *pag.* 175. Hoc idem præstat, quod quilibet syrupus & extractum violarum. In usu arteriaco polychrestum est. Hoc extractum cum ⌒u ⊕li irrotarum rubescit, hinc in ▽dat tincturam.

Decoctum pectorale, pag. 684.) Hic scopus est duplex: vel enim constat ex vulnerariis, noxam ex lympha acriori pectori introductam corrigentibus; atque talia sunt scabiosa, alchymilla, hedera terrestris, pulmonaria, symphytum, plantago; vel dulcibus ex temperantibus, incrassantibus, & per consequens expectorantibus. Ex his nunc separatim, nunc conjunctim, omnia decocta pectoralia sunt composita. Utrique scopo ex tempore multa præscribere possumus, adeoque speciebus officinalibus illis pro decocto pectorali non indigebimus. Horum autem usus est, curare phthisin, hecticam, empyemata, &c.

Nec verè phthisicos) Scilicet *phthisis* est vel *vera*, à visceris alicujus exulceratione prognata; & hæc decoctis nullis pectoralibus existit curabilis: vel *notha*, ubi rudimentum quoddam phthiseos ex tussi & sputo percipitur, cui tamen decocta prædicta mederi poterunt, vel noxam inductam à lympha tollendo, vel lympham attemperando, & hinc expectorationem in empyematicis promovendo, superveniente postmodum ipsa consolidatione.

Conserva malva pag. 686.) Fiunt tandem mucilagines, quibus verò non tantoperè indigemus.

Electuaria arteriaca,) Vid. ZWELFERUS, SCHROEDERUS, &c. Rejicit Autor conservas propter saccharum, quæ in morbis pectoralibus plus nocent. Sulphurata non omnes ferre possunt, v. g. qui sunt dispositi ad febrim hecticam. Modò igitur extracta misceantur temperantia ex passulis, glyzyrrhiza, &c. quibus addantur extracta vulnerariorum, hederæ terrestris, alchymillæ, & erunt optima.

Anonymi & Haly,) Pulvis Anonymi & Hali constant ex seminibus oleosis & gummosis.

Sed AUTOR *noster* considerat:

1. Quod semina oleosa facilè rancorem contrahant.
2. Quod in scopo præservandi opiata optima temperativa, vulgò Incrassantia, præstent.

In cura phthiseos & hecticæ etiam non sufficiunt pulveres oleosi ex hisce seminibus; & sulphurea, saturninaque non omnibus conveniunt.

Fungos saligros pag. 688.) Fungi saligni inter muliebria euporista dosi ℈j. ad ʒß. commendantur vulgò, cum conserva rosarum assumpti, ad phthisin; interim frustra, nec videmus hujus effectus rationem, vel sufficientem experientiam.

Species dia Tragacanthi) Specierum dia Tragacanthi usus est, temperare lympham acriorem. Desiderat AUTOR *noster*.

1. Quod Tragacantha parum in singulas doses conferat.
2. Quod pro scopo oblinendi fauces in forma pulveris minus commode usurpentur, quia citò nimis descendunt.
3. Quia facilius ex tempore pulveribus pectoralibus tragacantha addi, & in dosi suppleri possit.

Morsuli arteriaci seu rotulæ pag. 689.) Harum scopus est oblinere fauces & temperare lympham acrem; indeque optima est simplicissima earum compositio ex iride, succo liquiritiæ cum tragacantha, juxta AUTORIS methodum hæc:

℞. *extract. liquirit.* ℥j.
sacch. albiss. ℥iß.
pulv. rad. ireos flor. ʒiß.

Ex his c. s. q. *mucilaginis tragacanth. in* ▽ *veronic. dissolut.* formentur *Trochisci* quasi catholici pro scopo temperandi, incrassandi, & expectorandi, ut loco omnium sufficiant.

E reliquis anodynis ac lenientibus pag. 690.) Pro usu externo eligit AUTOR malvam, oleum liliorum alborum, & oleum olivarum commune.

Malva,) Malva vulgaris tota inter Emollientia, Temperantia, Anodyna, Maturantia, & Suppurantia primatum tenet, ratione mucilaginis cum ▽ extractæ, aut quoque cataplasmatis forma. Et propterea ex malva sufficiunt loco Altheæ, Alceæ, Malvæ arboreæ albæ & rubræ; ex quarum floribus Chirurgi faciunt Gargarismata, nullam tamen habent prærogativam præ malva communi.

Liliorum alborum antheræ,) Antheras liliorum alborum seligunt Autores; sed frustra.

Radices) Seligunt etiam radices liliorum alborum pro scopo emolliendi: Sed ex tempore possunt colligi; hinc non asserventur: vel loco harum cepæ sub cineribus coctæ possunt substitui.

Liliorum alborum oleum) AUTOR *noster* eligit liliorum alborum oleum, quod est anodynum & emolliens, itemque vulnerarium: fiat per simplicem florum recentium in oleum olivarum infusionem: Huic oleo possunt superaddi flores rosarum, violarum, verbasci, chamomillæ, &c. ut habeatur oleum compositum anodynum, temperativum, emollitivum, &c.

Linaria pag. 691.) Linaria commendata est ad hæmorrhoides, & præprimis unguentum; sed sufficit unguentum de hyoscyamo.

Verbasci floribus) Aliàs anodyni sunt hujus flores, & ad tenesmum dysentericum optimi: sed sufficit hyoscyamus. Aliàs est amuletum catarrhale, vid. HARTMANNI *Prax. Chymiatr. l.* 2. *c.* 2. §. 5. Puellæ recipiunt flores flavos, & contusos in vitro soli exponunt, ut in liquorem abeant; quo humectant capillos pro aureo colore conciliando.

Fœnigræci semen) Semen fœnigræci turget substantia mucilaginosa, quæ vim habet temperandi & obtundendi, & quasi inviscandi acres aculeos salinos quorumvis succorum in corpore peccantium, ratione cujus emollire, maturare, & suppurare, & hinc blandè dolores demulcere assolet. Uno nomine: omnia ea præstat, quæ ipsi adscribuntur à SCHROEDERO. Ad eadem etiam valet, ad quæ suprà dicta mucilago tragacanthæ utilis est. Loco autem hujus AUTOR *noster* seligit

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1273-5 DFG

seligit magma ab expresso ♁ lini relictum, vi emollitiva.

Lino) Semen lini mucilaginosum est, cujus ratione convenit in usu suo cum semine fœnugræci; unde sæpè etiam unà solent præscribi. Ulterius suggerit ♁ per expressionem, cui planè singulares sunt vires, internè quidem temperantes, relaxantes, expectorantes, &c. undè speciatim in pleuritide ceu singulare experimentum commendatur: sed necesse est, ut quantum possibile, recens usurpetur. Singulares ejus vires & effectus, quos usu interno exserit, videb. in ZWELFERI *Animadvers. in Pharm. August. pag.* 328. item *M. A. N. C. Ann.* 3. *Observat.* 216. *pag.* 398.

Mirificè valet in affectibus pectoris, ipsa etiam hæmoptysi: Conf. M. A. N. C. *Ann.* 6. *Obs.* 209. *pag.* 307.

Si recens haberi nequeat, istud ad ignem depurandum, & ita reservandum est: Nempe

℞. ♁ *lini,*
▽ *a tepida* ana part. æqual.

Concutiantur benè invicem, & quantum possibile, invicem commisceantur: Posteà ponatur in solem, relinquendo, & semper, quod in fundo impurum est, separando; hocque toties, donec ♁ lini purificetur.

Clysmaticum unguentum pag. 692.) Scopus omnium est vel emolliendi, seu temperandi, vel dolores sistendi. Rarum est, quod pro scopo fortius stimulante usurpentur.

Pomatum) Unguentum pomatum vulgò recommendatum est ad fissuras partium, v. g. narium, labiorum, manuum, pedum &c. loco cujus tamen sufficere potest oleum nucistæ expressum, vel etiam illud sudamen, quod coqui ex cochleari suo mucido ligneo igni admoto eliciunt: sicut in graviore malo solutio lapidis medicamentosi ex SCHROEDERO sufficit; vel etiam *Balsamus sulphuris ad extra*, cum *oleo nucum* paratus, locum invenit.

Unguentum dialthea) AUTOR *noster* substituit unguentum de hyoscyamo, quod etiam loco emplastri diachyli sufficit: cui, si volumus, variæ possunt addi mucilagines.

Olivum) Oleum olivarum recens est egregium emollitivum, maturativum, temperat quodcunque acre, alvum laxat; hinc creberrimi usus est non tantum per se in linimentis, emplastris, & cataplasmatis chirurgorum, sed etiam infusione plurium vegetabilium magis appropriatur, & specificatur ad plures usus. Jam verò, utut probè satisfaciat istis scopis; nihilominus tamen adhuc in se habet acidum satis potens, quod etiam metalla simul arrodere valet: unde, qui ferramenta à rubigine volunt præservare, melius faciunt, si rasuram plumbi oleo infundunt; hoc enim absorbet olei acidum, unde tale oleum ita correctum optimum est ad ista præservanda. Suggerit hoc fundamentum emplastrum chirurgorum veterum & Modernorum, quæ maximam partem ex plumbo & oleo constant: nempe oleum ipsum propter latens acidum, & viscosiorem consistentiam, inimicum est vulneribus & ulceribus, utraque sordida reddens: sed dum ipsi permiscetur plumbum, hoc ab acido arrosum disponitur, ut faciliusacida imbibere queat. Ipsum oleum alcalinum magis magisque subtile & penetrans factum, vi balsamica partibus læsis optimè succurrit, & ita talia emplastra, qualia sunt nutritum, album coctum, de cerussa camphoratum, de spermate ranarum, de nimio, de lithargyrio, &c. pluribus scopis satisfaciunt; undè crebertrimi sunt usus.

Lavare, p. 693.) Lavant quidam ♁ olivarum cum ▽, sed ridiculè.

Philosophicum) Loco olei Philosophorum præstantius est oleum saponis, juniperi, vel terebinthinæ.

Nitri spiritu saturare) Intelligitur hisce extractum seu balsamus nitri ex hujus spiritu & ♁ olivarum, quem SCHMUCKIUS *Secret.* Secreto 7. *pag.* 43. habet.

Sine febre furores & inquietudines) Scilicet pro variis gravioribus paroxysmis anxiosis in morbis chronicis non febrilibus, uti melancholicis, hypochondriacis, scorbuticis, & semimaniacis, opiata sunt frustranea, quin potiùs salia volatilia, speciatim ∽ & ⊖ volatile urinæ aut ⊖*ci, vel &, qui melior, spiritus carminativus de tribus, in talibus casibus optima remedia.

Apes muscarumque mucores) Apes pulverisatas seu muscas cum melle vel butyro commendant ad calvitiem; sed sufficit unguentum Bucretii.

Vel naturæ suæ intuitu pag. 694.) Scilicet mel juxta effatum HELMONTII *Tr. Infant. nutrit. ad vitam longam pag.* 72. continet in se gloriam roris, & extractum florum, hoc est constat ex sale sacchatino roris, quo ceu menstruo extracta est florum substantia gummosa, & utraque ab apibus colligitur; quæ duæ substantiæ constituunt mel. Hinc quidam optimè loco sacchari mel depuratum Electuariis & syrupis addunt.

Depuratum) Sc. optimus modus depurandi mel est, quem habet ZWELFERUS *Pharm. Reg. pag.* 24. & utut in tali supersit adhuc aliqualis odor ceraceus, tamen hic sponte successu temporis perit, vel quoque inspissatione mellis ad blandum ignem exhalat.

Hydromel spirituosum) Paratur ex partibus iv. vel vj. aquæ, & part. ij. mellis, repositis omnibus ad fermentationem; vel etiam additis prius aromaticis nonnullis: sic namque emergit potus generosus & suavis, septentrionalibus locum vini replens. Adduntur etiam varia vegetabilia pro scopis pectoralibus & renalibus.

Spiritus pag. 695.) Scilicet mel per se absque fermentatione destillatum dat phlegma acidulum spirituosum, quod ferè idem est cum spiritu lignorum vel mannæ: ex lignis autem habetur copiosius, ex melle verò promptiùs. Quidam ∽ mellis rectificando & digerendo subtilius reddere conantur: ast in vanum; nam quò sæpius destillatur, eò aquosius redditur. Hæcce ergò menstrua vegetabilium non nimis rectificanda sunt.

Limacum liquorem, pag. 696.) Asperguntur nempe limaces cum sale communi liquor hic suo modo est congener spermati ranarum, adeoque ob vim alcalicam non ineptum erit anodyno-antipodagricum.

Lactis delectu) Sc. inservit lac tàm pro scopo temperandi acidum scorbuticum & podagricum (in quibus casibus sub decocti usu egregium est) quàm pro usu nutritivo, analeptico & antiphthisico. Ubi tamen, cum à confirmate phthisicis non digeratur, sed in stomacho eorum coagulatur, parum in recessu habet, & noxas infert: In scorbuto verò & podagra scorbutica lac est optimum, & non de nihilo. Contrà lac externè ob sui pinguedinem temperatissimam butyrosam pro scopo anodyno, emollitivo & relaxativo excellit, modo eidem tantillum sacchari, vel alcali, ne acorem

illud

illud contrahat, admisceatur. Hinc inter cataplasmata & epithemata emollientia & suppurantia est optimum.

Caseo) Caseus tàm recens non salitus solamen affert quibusdam podagricis, phlogosi erysipelaceâ correptis ob alcali volatile contentum, acidum podagricum temperans; quàm putridus, ceu in quo est sal volatile actius magis extraversum, cujusque ratione non saltem sitis ex ejus usu intensior enascitur, sed & magis resolutivus & anodynus existit: & enim, si societur caseo ejusmodi putrido sal fixum, vel calx viva, & destilletur, tunc interveniente destillatione acquiritur ⊖ volatile & ∽ urinosus satis.

FORMULÆ.

hujus classis variæ possunt fieri, v.g.

Pilulæ antihysterica:
℞. *extract. castor.*
zedoar.
laudan. opiat. Autoris ana gr. iv.
cum ♁ destillati succinis. q. formentur
pilulæ antihysterica, quæ itidem colicæ convulsivæ symptomatibus medebuntur.

Pulvis antidysentericus in statu morbi conducens:
℞. C. C. *ust. præp.* gr. xv.
bezoard. martial. ℈ß.
pulv. anodyn. Autoris gr. iij. l. iv.
♁ *destillat. macis* gutt. ij.
M. F. Pulvis pro una dosi
Detur in vehiculo calido.

Pulvis anticatarrhalis contra tussim nocturnam, ex lympha acrioti oriundam:
℞. *flor. sulphuris* ℈j.
pulv. anodyn. Autoris, gr. iv.
♁ *destillat. succin.* gutt. v.
sacchar. q. s.
M. S.

Fluß und Abend-Pulver.

Potio contra vomitum:
℞. ▽ menth. ℥ß.
cinam. spirituos. ʒiij.
essent. opii Autoris ℈j ad ʒß.
sacchari vel *syrupi* parum.
M. F. *Potio*, cochleatim assumenda

Balsamum hypnoticum:
℞. ♁ *hyoscyam. cum oleo papav. compos. Autoris* ℈j.
nucist. express. q. s. M.

Pro lubitu illinendũ temporibus in nimiis agrypniis, aut cephalalgia.

Emulsio anodyna temperativa:
℞. *amygdal. dulc. ambr.* ʒiij.
sem. cucum.
cucurb.
papav. alb. ana ʒj.
c. s. q. ▽ *fl. sambuci* F. emulsio,
adde
pulveres candidos pro particulari affectu variantes,

D. S.

Stärckende Kuh-Milch.

Usurpetur cochleatim.

Pulvis pectoralis:
℞. *flor.* ♀is
rad. ireos Florent. ana ʒj.
♃ *diaphoret.* ʒß.
extract. opii (scilicet *Laudan. opiat. Autoris*,) gr. ix.
olei fœnicul. gtt. iij.
elæosacch. fœnicul. q. s. M.

Looh ad faucium pathemata dolorosa, ex lymphæ vitio enata:
℞. *mell. passulat.* ℥ij.
extract. glyzyrrh. Autoris ʒj.
syr. diacod. Montan. ℥vj.
Diluatur cum pauco ▽ *scabiosæ* in consistentiam Looch.

D. S.

Safft zum Halse.

Vel Decoctum pectorale:
℞. *Herbar. recent. veronic.*
heder. ♄*str.*
scabios. ana m j.
rasur. ligni sassafras. ℥j.
Coque in s. q. ▽ *simpl.* in vase tecto:
adde in fine
passular. minor. conquassat. ℥ij.
rasur. rad. liquirit. ʒj.
Ebulliant iterum leniter; hinc dum fervent adhuc, suspendantur in Nodulo
cinamom. elect. ℥ij.
Colaturæ refrigeratæ ℞. ℔ iß.

D. S.

Brust-Tranck.

Cataplasma ex speciebus domesticis extemporaneum:
℞. *herb. malv.* m. jv.
hyoscyam. m j.
cepar. nro, ij.
Ebulliant in s. q. ▽ *simpl.* vel *lacte vaccino*: trajiciantur per setaceum;
adde pulpæ
sapon. vulg. ℥iß.
♁ *lil. alb. composit. Autoris* ℥ij.
M. pro cataplasmate.

TIT. XXI.

DE

TEMPERATIS ANALEPTICIS, ROBORANTIBUS, & REFRIGERANTIBUS.

SEligit AUTOR acida vegetabilia temperatiora, & magis nobis convenientia, quàm mineralia nobis generosa. Sunt hæc: Cerasa acida, cydonia, citrus, rubus idæus, vinum ratione substantiæ ♀eæ, rosæ vel sylvestres vel hortenses communes, chermes, radix satyrionis, choccolata, amygdalæ dulces, secale, triticum, gelatina cc., mater perlarum & perlæ, ∽ ⊕li, ⊕i, corallia, crystallus, saccharum ♄ni. His accententur ribes, berberes, granatus, myrtilli, poma, pyra, morus, santala tria, flores tunicæ, borraginis, buglossæ, nymphææ, salix, agnus castus, solanum, sempervivum, atriplex, spinachia, beta, semina 4. frigida majora, cochleæ, ostreæ, scincus marinus.

Ex istis pro selectu sufficiat succus quidam acidus vel simplex, vel compositus asservatus, & ♁is fumo mediante à corruptione præservatus; ex quo additione sacchari syrupus extemporaneus fieri potest, quique cum ▽ simplici dilutus cum vel sine vino julepum in febribus ardentibus gratissimum dat. Confectiones inter confortantes vel confectio al-chermes, vel similis ex rosis secundum imitationem Autoris pag. 708. paratæ, sufficit; item Emulsio quædam ex amygdalis

dulcibus cum matre perlarum præparata addita; item pulvis absorbens ex coralliis, matre perlarum, crystallo, arcano duplicato & laudano opiato debitè mistis & usurpatis: quibus pro vehiculo vel ▽ rosarum vel ▽ rubi idæi inserviet.

Cerasorum acidorum succum pag. 697.) Succus horum & berberum misti sunt egregii.

In vaporis Balneo ad tertias exhalatum pag. 698.) Exhalari jubet AUTOR, succos vegetabilium, fructuum acidulorum, pro sui meliore conservatione: ast, cum tali ratione ab igne mutetur illorum textura, iidemque, nescio quid gummosi contrahant, proinde melius est, ut expressi fumigentur sulphuris gas; sic enim in locum frigidum repositi sponte se depurant. Et talis succus omnibus Præparatis saccharatis præstat.

Cerasa acida) Notum est, quod ægri pro scopo analeptico cupiant condita cerasa, vel potum hordeaceum, qui potest fieri rubicundus cerasis torrefactis; sed illa condita maiè dantur.

Dulcium pag. 699.) Cerasa dulcia nil valent.

Cydoniorum succus) Succus cydoniorum præstat omnibus aliis ex cydoniis paratis.

Syrupalem consistentiam) Syrupus seu miva est vel simplex, vel aromatisata: quæ duo ex tempore ex succo cydoniorum fieri possunt.

Spiritus pag. 700.) Vis analeptica, adstrictoria, stomachi confortativa, quæ in cydoniis est, in spiritu per fermentationem parato planè non reperitur.

Citri limonumve pag. 791.) Mala citria sc. hic venalia sunt saltem Limonia; & genuinum pomum citrium majus est, ad naturam Citroneti ferè accedens. Sunt spirituum corroborans & refrigerans.

Non tam intensioris) Sc. succus citri è pulpa expressus hoc peculiare sibi habet, ut sub △is tractatione nativam suam aciditatē stypticam perdat: hinc sine calefactione per simplicem residentiam & filtrationem deputatur. Unde succus ille, quibus placet, potius cum ana sacchari condiatur, vel quod melius est, fumo sulphuris alteretur pro sui asservatione. Sic & tantillum spiritus ☿li vel nitri eidem instillatum impedit fermentationem ejus metuendam, obtuso sc. alcalino fermentationis autore.

Vino) Vinum citri est succus ejus per spontaneam residentiam depuratus.

Cinamomi ▽ pag. 702.) Si his acidis succis ▽ cinamomi ∽uosior instilletur, mirum est, quantum immutetur sapor, & lignosus fiat.

Destillatio succi) Quidam destillant succum: sed accipiunt nil, quàm acetum, post phlegma.

Granatorum vino) Succus granatorum est triplex: acidus, dulcis, & urinosus medius. De succo granatorum acido eadem valent, quæ de citri succo dicta fuerunt: succus dulcis temperatus est, acrimoniam bilis imprimis mitigans & temperans; unde à BACONE VERULAMIO *in Hist. vitæ & mortis pag.* 179. ceu insigne hepaticum laudatur: Mediæ hæc inter naturæ est succus vinosus pro aliquali confortativo, æstu, siti, &c. morborum acutorum, ferè usurpatus.

Agresta pag. 703.) Gallis pro usu culinari est in usu.

Non myrtillorum) Myrtillorum exsiccatorum usus ferè vulgò contra diarrhœam & dysenteriam commendatur, quia adstringere, fluxumque supprimere, putantur: Sed meritò hic suspicatur AUTOR, metum esse, ne copiosius assumpti fermentationes præternaturales in talibus fluxibus periculosas denuò excitent, propter rob exsiccatione quidem condensatum, sed in corpore denuò resolutum.

Sirupalis) Syrupus interim horum ritè paratus est egregie rubicundus, aliis formulis pro coloris gratia addendus: sed parum habet in recessu pro usu Medico.

De pomis) Ex pomis omnibus Borsdorffiana vi sua temperativa & blande laxativa (jejunè præsertim ab hypochondriacis levioribus comesta) laudem pro usu medico merentur. Non tantum enim blandum aroma spirant, sed speciatim eorum succus egregiè convenit in affectibus hypochondriacis, melancholicis: temperant acidum istud in hujusmodi melancholicis peccans, alvum simul servat apertam, & ita per accidens palpitationem cordis, in æqualem motum sanguinis fermentativum, imaginationes melancholicas tollit, adeoque *cordialia* vulgò talia *poma* dicuntur. Hinc vinum pomaceum ex horum succo paratum, tàm solitarium quàm additis passulis, est egregius potus medicamentosus pro melancholicis; unde & infusa ♂ialia in succo horum pomorum nondum perfectè maturorum sunt egregia in dictis affectibus.

Ex idæo rubo pag. 704.) Rubus Idæus dat contra AUTOREM *nostrum* egregium remedium, non cedens ulli acido fructui, nec ipsis citreis, præsertim cum præter saporem gratum exhibeat odorem suavem, simul quasi aromaticum, indeque in acutis, tàm benignis quàm malignis febribus, pro julepis non omittendus; summum enim est corroborans & refrigerans. Cæterùm succus ejus sulphuratus, aut fermentando in vinum mutatus, præter gratiam coloris evanidam, acquirit saporem aliquem amarum, ut proinde hinc syrupus rubi idæi cum saccharo factus asservari potius debeat. Hinc etiam Augustani maximè commendant ex GESNERO, qui istum *in suis scriptis* tempore pestis perlis & aliis vi cordiali præfert. Et verum est, nunquam in morbis acutis in Julepis syrupus hic omittendus est.

Diamoris) Sumuntur fructus immaturi, & paratur cum melle Rob in affectibus faucium in morbis acutis commendatum; præstat tamen acetum cum ▽. Ipsa mora maturata succo dulci ac temperato, adeoque analeptico quidem turgent sed propter facillimam fermentescibilitatem facillimè corruptibilia existunt.

Rosa pag. 705.) In rosa panacea illa juxta Plinium Pharmacopœorum, tàm odorata quàm incarnata, duplex substantia consideranda: nempe

1. Substantia volatilis odorifera analeptica seu mercurialis, unde ejusdem odor & vis analeptica derivatur, consistens in subtili & volatili sulphure seu oleum admodum tenui diluto à phlegmate nimio, nec in verum oleum concentrato, oleo tale subtile defectu salis volatilis, non sufficientis pro ejusmodi concentratione, ob aquæ seu phlegmatis abundantiam nimis diluitur, hinc statim avolat; minimè verò in dictum propriè oleum coercetur.
2. Ejusdem paulo fixior substantia styptica & adstringens, in recessu alcalina in ipsis floribus exsiccatis, seu materiali florum substantia præsertim observabilis, & coctione elicienda; in qua etiam, ceu blande adstringente fibras partium, consistit

vis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1276-2 DFG

vis rosarum hepatica, & vis refrigerans. Ac quidem alcalinam hanc esse substantiam, probatur ex eo; quod beneficio decocti rosarum rubrarum solutioni vitrioli instillati produci queat atramentum; non secus ac aliud fit ex addita solutione vitrioli decocto gallarum quod sane phænomenon dependet ex absorptione acidi vitrioli, ac alcali rosarum cum aliquali martis præcipitatione ex vitriolo; ita enim nigredo emergit. Cui atramento si denuò instilletur ▽ seu ∽ ⦶i, omnis nigredo perit, acido illorum iterum resorbente martem præcipitatum: atramentum verò colorem egregiè rubicundum acquirit; acida enim vegetabilia in colorem egregiè rubicundum tingunt: ast si denuò addatur alcali, v. g. ∽ urinæ, novus color ater prodit; quia absorbet acidum ∽ ⦶i, hinc deinde alcali rosarum iterum potest agere in spiritum acidum vitrioli.

Tandem inter allegatas has binas substantias mediæ quasi naturæ est Extractum rosarum succosum per repetitam infusionem rosarum in ▽ simplici, & blandam evaporationem paratum, utut hoc ad stypticam facultatem magis inclinet.

Aqua pag.706.) Seligit AUTOR aquam, Essentiam, & Conservam. Spiritum non magnifacit. Eligitur ab AUTORE unica & simplex ▽ *rosarum*, ex rosis suaveolentibus sine additione ▽æ per VB. destillata, & à novis floribus cohobata. Externè in usu ophthalmico frequens est; pro hoc verò usu paranda est ex rosis recentibus, non verò fermentatis; quia ∽ acrior oculorum membranas pungit: par ratio est, si ▽ additur pro majori penetrantia.

Spiritus fermentatitius) Spiritus rosarum fermentativus saltem est egregius, si cum saccharo paratur; fit enim ∽ minus genuinus rosarum, sed dilutior; sin verò ritè paratur, inservit admodum egregiè essentiæ ambræ conficiendæ; sicut & spiritus rosarum ambratus conficitur ex rosis contusis fermentantibus, addendo ambræ quantum satis, v. g. ʒij. pro integro dolio, ut dum rosæ fermentando spirituascunt, ambra dissolvatur, & exactè recludatur, hinc tàm extensiva & diffusiva est: postmodum destillatur ∽ rosarum ambratus, qui est singulare analepticum, quique pro *essentia ambræ* commadè recipi potest.

Oleum parcissimum pag. 707.) Nullum ℞ rosarum destillatum ferè elicitur, sive fermentent, sive per se destillentur, nisi modus BILLICHII *Obs. Paradox. Chym. pag. 29.* aliquid suggerat. Hic beneficio lintei, sub destillatione ▽æ vitri orificio superexpansi, oleum retinetur: Videtur tamen AUTOR statuere, quod si destilletur per retortam vel cucurbitam, dent copiosum oleum, sed empyreumaticum. Ergò ℞ ligni rhodii eidem substituitur.

Rhodiam radicem.) Radix rhodia semper virens est: sed rarò in usum venit; nisi quod pulvis usurpetur in Epithematibus contra dolores capitis. Sed sufficit cynosbati spongia, in qua vermiculi illi cruciformes reperiuntur.

Adjecto verò ana sacchari) Ex raspatura ligni rhodii, fermentando cum saccharo, elicitur ∽ rosatus; qua ratione rasura ligni gvajaci cum copiosioribus vini fecibus combinata & fermentata abit in spiritum.

Melliformis essentia rosarum, pag.708.) Hujus conficiendi exactiorem modum tradit ANGELUS SALA *in essentiis vegetabilium* parandis.

Tincturam) Ex hac essentia diluta in s. q. ▽æ simplicis, & irrotata cum ∽ vitrioli, potest fieri ℞.

Melli) Loco mellis rosati hæc essentia cum melle facilè imprægnari potest.

Confectioni al-chermes) AUTOR Confectionis al-chermes est MESUE *Arabs Monachus*, qui pro scopo analeptico curandi febres malignas, melancholiam, &c. hanc composuit: cujus vis analeptica, maximam partem est ab ambra, parum verò à grano tinctorio, ab ilice coccifera collecto. Basis est sericum in succo chermes tinctum, addito succo pomorum redolentium, auro foliato, lapide Lazuli, perlis, coralliis, ambra; & fit hinc confectio grata analeptica.

Recentiorum) Recentiores digerunt succum chermes, loco serici: Sed AUTOR, dum considerat saporem amarum, odorem aliqualiter nauseosum succi chermes, & vim stypticam nostrarum rosarum; hinc loco illius præparat essentiam rosarum, addendo eidem ambram, margaritas, &c.

Syrupi rosarum solutivi, pag. 709.) Vis laxativa sc. rosarum consistit in succo subtiliori, è rosis rore matutino madidis parato: nam in tali casu acquiritur blandè laxativi & abstersivi quid; secus non.

Pulverem pag. 730.) Hic proponit AUTOR *pulverem* polychrestum *hepaticum* contra æstus vagos, ebrietatem, crapulam insequentes. Parat verò ex rosis, coralliis & santalo: ubi tamen speciebus enumeratis putarem addi posse cremorem tartari, spiritu vitrioli, santalo rubro tincto, acuatum, ita:

℞. *corall. rubr. præp. ʒj.*
crem. tart. spiritu vitrioli imprægnat. i. e. ♀i *vitriolati crystallis. ʒij.*
santal. rubr. ℈ij.
pulver. rosar. ana vel dimidium, respectu horum ingredientium.
M. F. Pulvis contra æstus vagos, ebrietatem, crapulas.

Caryophyllorum hortensium, pag. 711.) Non indigemus his, sed si sunt in copia, possumus miscere cum rosis pro essentia conjuncta rosata caryophyllata. Ex floribus tunicæ parant essentiam per se: sed si ferro contingatur succus vel essentia, colorem obscurum & saporem ingratum recipit.

Cyani flores, pag. 712.) Quibusdam flores cyani pro infuso in vino facto commendantur, & ob sui vim diureticam, & ad partum promovendum: ast iis facilè carere possumus, ▽ alias ophthalmica est.

Borraginis floribus) Flores borraginis inter flores cordiales referuntur flores borraginis & buglossæ; hinc in affectibus hypochondriaco-melancholicis pro scopo temperandi, horum florum syrupos maximè usurpant, ob vim, quod dicunt, singularem cardiacam: sed præstat succus pomorum.

Santali citrini, pag. 713.) Lignum Rhodii ceu præstantius potest substitui loco santali citrini; loco rubri Brasiliense. Aliàs decoctum santali rubri in phthisicis commendatur à FONSECA *in Consultatione*: Si lympha acrior salsa pulmonibus malum inferre vult, superiori decocto addatur radix chinæ, santalum, & sassafras. Quod si volumus parare Epithema penetrans alexipharmacum, sufficiat spiritus vini camphoratus, qui est penetrantissimus: item vinum generosum, pulsibus & natibus applicatum.

Timorenses,) Sc. est Insula Indiæ Orientalis *Timor*

dicta: cujus incolæ febres epidemicas per decoctum santali rubri profligant.

In dispositionibus) In casu sc. lymphæ acrioris salsæ, ad vitia pulmonis disponentis, præter decoctum radicis chinæ egregium quoque est decoctum santali rubri, annotante FONSECA *l. a.* & RIVERIO *in Praxi.*

Pimpinellam sanguisorbam, pag. 715.) Sanguisorbæ folia vino infusa odorem & saporem suavem eidem conciliant.

Cerevisiarum) Sicut radix caryophyllatæ cerevisiæ infusa præservat eandem à sua acescentia & corruptione; sic idem quoque in succis vegetabilium præstat. Commendatur etiam ad vina medicata catarrhalia: vid. PARACELSUS *Tom. 6.* & HARTMANNVS.

Rosam Hierichunticam) Hanc commendant mulieres pro partu promovendo, nempe vino infundenda tamdiu, usque se pandat.

Nymphæa) Hæc & similia vegetabilia refrigerantia respondent ferè spermati ranarum, cum itidem constent temperatissimo alcali abundante volatili urinoso, ratione cujus acidum exorbitans & effervescens sistendo in actione, compescere valent phlogoses: ac probat eorum alcalinam potentiam TACHENIVS *in Hippocrate Chym.* ex eò, quod solutiones Saturni cum aceto factas præcipitent. Eadem planta, præsertim radix, singulare quid etiam contra maniam præstare dicitur.

Vu Anti Venerea) Commendatur Nymphæa vi antivenerea, sed frustrà. Inter hæc autem, præter opiata & camphorata, excellunt magis semen viticis & cannabis, inter omnia tamen nitrum & salix: de quorum illius efficacia conf. *Timæus à Güldenklee, in* Conf. *med.* contrà ex salice prostat aqua, tempore verno è tenellis ejus ramis incisis prolecta, & extractum foliorum salicis Autoris.

Cahwee pag. 717.) Intelligitur hic potus Coffeè ex semine Baan parandus: de quo conf. WILLISIVS *Pharm. rational.* Ejus usus est exsiccans, calefaciens, somnum arcens, antivenereus.

Aberrans chylositas) Intelligitur hic mictus ille lacteus chylosus, der Bieber/ dictus; estque nihil aliud, quàm chylus aberrans ex primis viis per iter urinæ potus ad vesicam delatus, ex quo fiunt atrophiæ: vid. TIMÆVS à Güldenklee.

Fabariam pag. 717.) Commendatur radix fabariæ à BARTHOLINO *in Actis Hafniens. Volum. 1. cap. 57.* & WEDELIO in dorso appensa ad hæmorrhoides cœcas: vid. MA.N.C. *Ann. 2.*

Observat. 195. Solanum) Omnia solana vi narcotica plus minus participare videntur: præterea succo; sale alcali turgido, impregnata sunt, præsertim folia; & ex his multiplices ac varii solanorum effectus commodè possunt deduci. Equidem solanum officinarum internè non adhibetur, sed externè propter dictas causas in erysipelate, cephalalgiis, &c. egregiè confert; speciatim in tumoribus duris scirrhosis, etiam ad cancrum declinantibus, quocunque modo externè imposita, singulare quid obtinet.

Sempervivum majus) Sempervivum majus est experimentum PARACELSI in Angina succi hujus ℔j. cum ⊖✱ei ℥ß. miscentis & destillantis: Contrà alii succum eundem cum saccharo in syrupum redactum ex tempore cum sale ammoniaco miscent, & asservant pro usu.

Anserinam) Anserinam plantis pedum subditam commendant quidam pro curando icteto; sicut fronti applicatam pro cephalalgia in febre ardente mitiganda.

Aquæ Vitis) Vitis ▽ subtilissimo tartaro prægnans confert in casibus detersione aliquâ opus habentibus; adeoque & in nonnullis oculorum affectibus: item commendatur contra picam.

Trochiscis Gordonii) Trochiscos Gordonii commendo ad renum exulcerationes, & constant adstringentibus, & acrimoniam urinæ demulcentibus, & opiatis dolorem sistentibus: sed ex istis demulcentibus facilè potest emulsio parari, miscendo cum opiatis & adstringentibus,

Nymphæa Oleo) Oleum nymphææ temporibus in capitis affectibus & agrypniis inungi solet.

E venereis) Venerea quædam suggerunt succum temperatum chylosum, semen augentem: contrà quædam, quæ acrimonia titillando erectionem & impetum venereum augent. Ex prioribus est præter lac & semina oleosa, radix satyrionis bulbosa recens: ex posterioribus acriora aromatica, purgantia: vid. PLATERVS.

Satyriorum radices) vid. HENRICUS *ab* HEER, HARTMANNVS, & SCHROEDERVS. AUTOR seligit radicem succosam recentem & extractum succosum. Nisi verò ventriculus valet, penis languet; imo sicuti cum stomacho languido non potest exerceri venus, ita etiam ex venere imminuitur vis ventriculi digestiva. Hinc in usu venereorum observetur, ut digestio stomachi conservetur: quapropter cauti simus in saccharatis. Acria tamen hæcce etiam sunt elumbia, nisi adsit robur & tonus testiculorum, sufficiensque spirituum animalium impetus, utut talia aromatica quandoque ad lithiasin disponant.

Chocolatam pag. 720.) Chocolata est fructus ex arbore Cacao: potest substitui emulsio amygdalarum dulcium: temperat omnem succorum acrimoniam, adeoq; præter usum antiphthisicum, antiscorbuticum, & analepticum, egregia est etiam pro usu augendi genituram.

Bange) Bange est remedium in forma pulveris, interdum massæ, in India Orientali apud Indos Javanos, Regni Magni Mogol incolas, usitatum pro scopo venerem stimulandi; & paratur ex cannabis foliis & semine: quod ipsum si verum sit, erit cannabis venereum, quæ tamen aliàs commendatur ad castitatem. Conferatur interim OLEARII *Itinerarium.*

Panis calidus) Panis calidus vino generoso irroratus, & stomachi regioni applicatus, præstat in vomitu nimio, diarrhœa, & hypercatharsi; non secus ac in malignissimis febribus post propinata sudorifera fructum ejus calidum cum fovea, in medio sui theriaca repleta, & umbilico imposita, venenum allicere creditur.

Fermentum piistorium, pag. 721.) Fermentum panis cum aceto subactum, & mentha, caryophyllis, mace, cardamomis, &c. impregnatum, dat *emplastrum* MYNSICHTO *contra* vomitum & *singultum* excellens.

Panis destillatus) Panis destillatus dat spiritum acidum, phlegma, & ☍ empyreumaticum. Spiritus acidus adhibitus est ad varias tincturas pro menstruo: sed est impostura; Cuilibet enim subjecto superfluus illud tingit.

Essentiæ) Essentia panis ceu stomachicum & analepticum commendatur ab HARTMANNO. Paratur,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1278-3 DFG

ratur, cum vino Malvatico extrahendo: sed si habeatur hæc essentia seu magma cerevisiæ resinoso gummosum, idem est.

Secalis farinam) Farina secalina usu externo discutiendi, resolvendi, & suo hinc modo emolliendi, convenit.

Teredinis) Farina teredinis pro exsiccandis ulceribus & intertrigine, palmam præripit cerussæ vel cretæ.

Aquam hordei) Hordeum magis culinare est cerevisiæ ratione, quàm officinale; nisi quod Decocta hordei ceu corpora juleborum quibusdam in usu sint in febribus, aliisque morbis acutis. In decoctione ista ad crepaturam hordei, blanda quædam temperans & aliquantulum nutriens mucilago, & quasi gelatina, elicitur; quæ ipsa vi sua temperativa effervescentias sanguinis aliorumque humorum acrium nonnihil attemperando confert. Sed observetur: ne crebrius aut copiosius usurpetur tale decoctum, quia propter crudam visciditatem cruditates stomachi viscidas, indeque flatuosas generat: Ob id consultum est, semina aromatica, anisum v. g. & coriandrum, in decoctione simul addere. Notum enim est, quod propter mucilaginem illam viscosam hordeum per se ad fermentationem pro cerevisia ineptum sit, nisi prius per germinationis motum hæc ejus viscíditas gummosa nonnihil corrigatur.

Nec perlarum, pag. 722.) Sc. perlæ crudæ usurpatæ nullam habent prærogativam præ lapillis cancrorum, matre perlarum, coralliis, & conchaceis reliquis, sed sunt itidem concretum salino alcalinum, acidum absorbendo ad diuresin disponens: è contrà vanè vis analeptica in iis quæritur. Adhæc omnia earum Præparata per acida sunt destructiva: unde patet, quid habendum sit de perlarum solutionibus, horum in concretum salinum coagulationibus, & variis modis in Magisteria præcipitationibus. Perlæ enim semel extra corpus acido saturatæ, intra corpus instar calcis primas vias infestabunt, unde potius crudæ saltem pulverisatæ propinentur pro acido sui generis, præsertim gravidarum abortum minante, absorbendo; & aliæ quævis solutiones & præparationes intermittantur; nisi quibus mediantibus perlæ in primogenium lac redigantur.

Succi citri pag. 724.) Succus citri solvit quidem talia, sed non diu retinet, dum iterum præcipitat.

Per salia) Sc. perlæ cum sale ammoniaco præcipitatæ ab hujus acido invertuntur; non secus atque eædem cum ☵ sigillata tractatæ ab hujus phlegmate acido rodente in via sicca etiam castrantur.

Verum perlarum lac pag. 725.) Sc. ex PARACELSO HELMONTIVS allegat remedium genuinum ex perlis parandum, resolutione earum in primogenium suum liquorem lacteum, ex quo coaluerunt; quippe hoc est genuinum solamen tabidorum, hecticorum & arthriticorum. Cæterùm requiritur ad solutionem pro hoc negotio liquor alcahest, quò nempe hac ratione sine efficaciæ suæ alteratione in primogenium liquorem sive lac retromeent.

Cochlearum) Cochleæ contusæ, cum testis in consistentiam cataplasmatis redactæ prosunt in resolvendis & discutiendis tumoribus aquosis & serosis. PETRVS à CASTRO commendavit tanquam secretum in ascite, abdomini impositum. Præterea etiam in aliis hydropis speciebus particularibus, quales hydrocele, hydrocephalus, crura arthriticorum serosa, ubi opus est resolutione aquarum ubique convenit; imprimis si ita contusis inspergatur pulvis fimi capilli, & additur semen carvi, & fit cataplasma resolvens.

Scincus, pag. 727.) Scinci ab Italis solent commendari ad stimulandam venerem, item ad resistendum venenis; quo nomine & thetiacam solent ingredi. Sed quoad utrumque: parum his animantibus tribuendum arbitror, præsertim cum Autore FORESTO *l. 26. Obs. 26.* Scinci veri ad nos non ferantur, neque qui Venetiis venduntur, veri sint: nam quos Pharmacopolæ habent, sunt aquatici: at veri sunt terrestres crocodili.

Maslach) Turcarum Maslach quid sit? incertum adhuc, utut D. FOGELIUS Tractatum de hoc promiserit. Hoc certum, Turcas eo uti prælia adeuntes pro magnanimitate sibi comparanda; loco cujus tamen nobis sufficere potest ▽ *Magnanimitatis Laurembergii*, quæ prostat *in hujus Mnemonica*, denuò impressa ad *Ann. 3. M. A. N. C. pag. 605.*

Aliàs intus quidem) Spiritus formicarum, cum spiritu vini vel alio aromatisato paratus per abstractionem, ratione aciditatis suæ volatilis contra AUTOREM *nostrum* singularis est; nec habet alium sibi parem, & doli cochlearis mirè in affectibus animalibus convenit, mirè stomachicus & cephalicus, item genitalis est: non secus ac hic, & lumbricorum ∼, ▽is nervinis & spiritibus articularibus ad extra, e. g. spiritui terebinth. juniperi, spicæ, in casu membrorum distortorum restituendorum, paralysi affectorum, & atrophia particulari post vulnera & contusiones articulorum laborantium, adjiciendus est.

Myrmeciorum insessus pag. 729.) Sc. recipitur integrum cubile unà cum formicis & ovis (den ganzen hauffen Ameißen-Eyer/und Erde) immergatur in ▽am, & post hujus ebullitionem fiat insessus pro malo ischiadico, vel pediluvium pro debilitate pedum paralytica, & debilitate membrorum egregium: Sicut & ejusmodi semicupium non inconsultò suadetur sterilibus mulierculis. Confer. KUNRATHUS *Medull. Destillat.*

Vitelli) Ovi vitellum minus vi medicamentosa, contrà magis vi nutritiva, præ albumine pollet, & ad duritiem coctum in appetitu canino convenit.

Vitelli ☉) Inde quoque ex eodem vitello ad duritiem cocto citra assationem oleum exprimitur, quod externè ad hernias, vulnera, fissuras extremorum, & variolarum foveas est commendatum: ubi postmodum ex residuo olei expressi, retortæ incluso, destillari potest adhuc ⊖ volatile cum copioso oleo empyrevmatico.

Aquam) Porro ex albumine ovi indurato destillando elicitur ▽ ferè inens: contra ex eodem expresso acquiritur liquor limpidus, egregie ophthalmicus in ulceribus vulneribus & pustulis oculorum proficuus, ratione virtutis suæ alcalinæ concentratæ: ut taceam, ovum ad duritiem coctum, &, ex empto vitello, pauco vitriolo albo repletum & in cellam repositum, liquescere in humorem egregiè ophthalmicum.

Mercurialis secreti edulcoratio) Intelligitur hic ☿ii præcipitati edulcoratio illa, quam ex PARACELSO mance habet SCHOEDERUS, paulo

verè exactiorem invenire licet in *Theatro Chymico Volum. 6. pag.* 456.

Gravidarum pag. 729.) Sc. mulieres gravidæ comestione gallaturatum ovi num. 9. se ab abortu præservari vane credunt.

Inter refrigerantia) Inter famosissima refrigerantia animalia excellit rana & sperma ranarum, sive ova earum, copiosa genitura mucilaginosa diluta, quæ seponantur pro usu Medico & Cosmetico.

Spermatis liquor) Cæterum turget idem sperma ranarum copioso sale volatili urinoso, admodum temperato, ratione cujus destruendo acidum peccans refrigerare dicitur, & convenit in inflammationibus podagricis loco anodyni; sicut & medetur ambustionibus & maculis faciei variis, ab acido oriundis. Porrò, ut asservetur eò melius, illud variis encheiresibus subjicitur, ubi ZWELFERVS *Animadvers. in Pharmac. August. pag.* 409. illud per saccum lineum transcolatum alumine imprægnat: quod tamen hac ratione præparatum non æquè convenit.

Simplex) Interim, cum facilè per se putrescat, hinc potius vasi clauso inditum tempore æstivo soli exponatur; ita enim per incipientem putredinem alcali volatile ejus exaltatur: deinde per residentiam seced t, se ipsum depurat, qua per filtrum separata aqua remanens in loco frigido per 2. vel 3. annos commodè asservatur.

Spermatis ▽) Similiter sperma illud ranarum aliquot dies ante novilunium collectum (quò minùs fœtorem contrahat) destillari potest in ▽am, quæ, cautè procedendo, multum *talis* volatilis secum rapit: Alio tempore verò collectum, quanquam centies destillatur ejus ▽, fœtorem tamen contrahit.

Oleo cocto) Sc. ranæ bullitæ in oleo commendantur pro inflammationibus externis; loco cujus tamen vel ▽, vel liquor spermatis ranarum, melior est.

Emplastro de spermate) Spermatis ranarum emplastrum est anodynum & antipodagricum propter ejus copiosum sal volatile urinosum, acidum destruens: Valet etiam contra ambusta.

Emplastri de ranis pag. 730.) Emplastrum hoc de ranis Vigonis cum Mercurio, sine depravata correctione ZWELFERI, paratum contra AUTOREM *nostrum* egregium est in chronicis doloribus, & duris tumoribus, tàm Gallicis quàm aliis, hinc & cephalalgiis contumacissimis & splenis affectibus propriè sic dictis confirmatis, ob penetrativam Mercurii vim: qui tamen Mercurius vivus cum saliva vel pinguedine porcina in mortario lapideo extinctus, & emplastro de meliloto, vel de hyoscyamo, vel emplastro dia sulphuris Rulandi sociatus, idem pro plurimis scopis præstat; quod antè dictum emplastrum Vigonis.

Corallia) Corallia rubra revera sunt mediæ naturæ inter vegetabilia & mineralia, rectè id statuente ANGELO SALA *l.* 1. *Aphor. Chymic.* 40. In se quippe sunt frutex marinus, adeoque vegetabile. Interim, dum deficit eorum vis vegetativa, & cessant crescere, substantia ejus interior lignosa spontè induratur in duritiem lapideam, cortice externo muscoso facilè vel separabili, vel in ▽a fatiscente & decidente: non secus ac perlæ sunt medium quid inter minerale & animale; quippe succus animalis sponte sua petræfactus sunt. Jam verò corallia in concreto suo materiali sunt reverà salinæ prosapiæ, & de alcali pariter & de acido participant, ita tamen, ut in compositione materiali natura terrea alcalina præponderet, ratione cujus quælibet acida iis effervescendo absorbent; item calcinata intensius, calcem relinquunt: non secus ac eadem per se destillata phlegma acidulum præbent cum pauco oleo empyreumatico; quæ posteriora aliquod vegetabile innuunt. Porro quoad usum coralliorum is habetur triplex:

1. Est sanguinem depurativus, quatenus in primis viis præcipitant & absorbent vitiosa salia sanguinis crasin inquinantia, quibus destructis ad debitam temperaturam redit ille & hinc motu sui intestino feculentias præcipitando deponit.
2. Eadem corallia roborare dicuntur, quia constant ex sulphure seu pinguedine tingente, naturæ solaris nonnullis æstimata, aliis aliter: ubi tamen minus dicere poterunt participare de sulphure solari, utut post sui lapidescentiam rubicundæ in iisdem particulæ appareant; quin potius sulphur id dicendum est martis, præsertim cum ☉ & ♂ propter △ ♀ conspirent. Probabilè videtur, quod corallia lapidefacta acidis tractata, non secus ac Martialia, fiant styptica, & acido austera.
3. Denique dicuntur corallia sistere quascunque hæmorrhagias, & alios fluxus præternaturales: quod fit, quatenus hi dependent ab acriori acido, uti v. g. hæmorrhagiæ scorbuticorum, dysenteriæ benignæ, hæmorrhoidum & mensium immoderati fluores; in quibus corallia absorbendo acidum illud acrius stypticam vim acquirunt, sicque fluxus sistunt.

Sicuti autem in Chymicis præparationibus, prout diversis salibus tractantur, etiam saporem diversum repræsentant; ita etiam intra corpus pro varietate succorum varietatem in effectu solent exhibere.

Calcinationibus) Calcinata corallia acidum △ copiose arripiunt, hinc saturata eodem pondere augentur; hinc frustrà ferè intrò propinantur, utut calcinatione ista sint apta redd ta ad deponendam suam tincturam: de quo vid. TACHENIVS *Hippocrat. Chym. cap.* 27. & *in Clave pag.* 177. Nam, utut calcinata sic corallia penitus albescant, hoc non fit propter jacturam tincturæ, sed propter acidum △, rodens corallia & hinc texturam nonnihil immutans: fortiter sic calcinata, corpus instar calcis vivæ repræsentant, dum ▽æ affusione effervescunt: ex quo verò labore sal quoddam elicere gestiunt, cum tamen levis saltem cremor sit, qui supernatat.

Lactentibus pag. 731.) Sc. quia corallia sunt dura concreta, indeque forte postulant acidum pro saturatione, hinc etiam pro infantibus nimis fortia minus convenire videntur.

Magisteria pag. 732.) Si aliquid recipiendum est, sumatur saltem solutio coralliorum cum succo citri.

Bezoarticum corallinum pag. 733.) Bezoarticum corallinum est Magisterium coralliorum cum succo citri paratum quod ex omnibus Magisteriis adhuc minus saturatum existit; reliqua verò omnia magis styptica existunt, & in recessu vitriolacei quid sapiunt pro quo tamen scopo non paranda illa sunt, cum alia prostent.

Vitrioli) Quando Corallia cum spiritu vitrioli vel

vel æruginis tractantur, semper aliquid venerei participant, propter simul præcipitatum liquamen metallicum.

Berberum succo) Si tamen volumus habere Magisterium, sufficiat, dum in succo berberum solvuntur corallia, instillatur postmodum ∽ vitrioli, sic exaltatur rubedo, & cadit magisterium suaviter rubescens; sed nè nimio calore tractentur, aliàs obscurum colorem contrahit. Cætera Magisteria nullius sunt valoris, sive sint communia, per præcipitationem coralliorum solutorum mediante alcali factam, sive sint butyracea, sive farinacea, aliàs dicta solubilia: Quorum optimus modus est hic, qui fit cum spiritu vitrioli Philosophico: solutio filtrata præcipitatur cum spiritu vitrioli rectificato, Magisterium edulcoratur & usurpetur. Nam priora ista communia sunt planè calces inutiles, ex corpore coralliorum cum particulis acidis & alcalinis coagmentatis constantes, nullius plane usus interni; posteriora vero butyracea aut solubilia; quia jam acido sunt saturata, intra corpus nihil usus obtinebunt: nam impossibile est, etiam mille edulcorationibus acidum separare.

Solutiones pag. 736.) Solutiones tales cum acido in ☵re facilè liquescunt; hinc in forma sicca non possunt administrari.

Per olea destillata p. 735.) Duo imprimis sunt olea, quæ putantur extrahere corallia: nempe ♁ destillatum citri, & anisi; sed adhuc est incertum. Solutio coralliorum cum oleo destillato citri, quam habet SCHROEDERVS, parum de coralliis participat; sicut & illa LANGELOTTI *in Epist. ad Curiosos* cum ♁ anisi facta.

Æruginis spiritu pag. 736.) Cum coralliorum solutiones cum ⊕is spiritu nonnunquam coloris viridis conspiciantur, probabile est, de cupro participare eadem.

Dulce sal) Multi crepant sal coralliorum dulce: vid. SCHROEDERVS. Sed genuinum sal sine additione externi corporis salini hactenus non fuit visum. De ♁ coralliorum vid. BORRICHIVS *de Sapient. Ægypt.*

De liquido quopiam) Sc. Autores post PARACELSVM soliciti fuerunt de sulphure coralliorum martiali extrahendo, id quod duplicem operam requirit: nempe solutionem corporis coralliorum; & hinc soluti ejusdem cum menstruo homogeneo, v. g. spiritu vini, extractionem. Verum ℞ coralliorum nulla datur genuina, ob defectum resolutionis illorum substantialis, sed saltem superficialis. Et hactenus notæ tincturæ coralliorum sunt nil aliud, quam plus minus subtiles solutiones eorum, particulis solutis cum menstruo vinoso combinatis; indeque, quicquid efficiunt, illud præstant vel ratione particularum coralliorum adhuc integrarum; vel ratione texturæ novæ, quæ solutione sui acquiritur, ratione menstrui; vel denique ratione additorum aliorum. Interim tamen vidi aliquando Londini apud Dominum FEBURE tincturam coralliorum cum sale volatili Tartari per retortam, coloris rubicundi destillatam, quæ per retortam, vel quæ rarior, per alembicum evectio, & postmodum hinc denegata coralliorum præcipitatio docimasia est veræ illius tincturæ.

Cum cordis sanguinisque Cervi spiritu pag. 741.) Parata ℞ coralliorum, addita essentia ambræ & Q.E. MATTHIOLI, non tàm illorum, quàm horum ratione aliquid præstabit.

Guttulas) Corallia cum duplo sacchari trita & destillata dant ♁ rubicundum, saccharo maximam partem, paucum vero coralliis, in acceptis ferendum.

Tincturam cum mellis spiritu) Omnes tincturæ à spiritibus acidulis, panis, mannæ, mellis, &c. sunt partim solutio coralliorum, partim ipsorum spirituum tincturæ: dum enim rodunt corallia, ipsorum proprium oleum à recondito proprio sale alcalino resolutum, extravertitur & in tincturam assurgit: Et sanè omnes processus nihil valent, nisi salia volatilia sublimiora aliquid faciant. Cum spiritu ergò mellis simplicissimè paratam sibi eligit AUTOR (cum ∽ hic attactu concreti ♀ei sponte rubescat) vel & cum spiritu quodam acido volatili, nempe vel lignorum composito, vel ligno sassafras confectam.

Crystallus pag. 743.) Crystallus inter præcipitantia, & absorbentia acidos succos in primis viis, optima est: sanè in pertinacioribus infantum tormintibus, ab acriori acido oriundis, est egregia, & dum acriores succos imbibit, diureticam vim in textura mutata acquirit: inter Lactifera præter flores sambuci in lacte coctos commendatur crystallus montana.

Solutiones pag. 744.) Crystallus cum aceto destillato post sui calcinationem, vel & cum spiritu salis, tractatus abit in liquorem diureticum, post magmatis deliquium.

Saturnina) Saturnus est quasi ♄ quidam coagulatus, hincque pro natura Mercurii & de prosapia alcalium participat, ratione cujus alcali sui absorbet quæliber acida, & una cum istis in texturam tertiam quasi aluminosam abit, sicque sapor stypticus emergit à Saturno ab acidis tractato. Hinc in morbis ab acido natis, & phlogosibus ab acido effervescente confert, & externè pro inflammationibus superficialibus ab acido oriundis, remedia saturnina ex minio sunt usitatissima, non secus ac in ambustionibus & ulceribus eadem prosunt, relictum ab igne acidum absorbendo; itemque in vulneribus & ulceribus, quorum acidum imbibendo, & aluminis texturam acquirendo, poros stringunt, eademq; simul ad consolidationem disponunt. Pari ratione internè saturnina pro correctione acidorum saporum sunt in usu, non tamen cruda, sed potius ab aceto in formam salinam ita redacta, ne penitus ab acido saturata sint; sic enim promptè acida sylvestria imbibunt.

Lithargyrum) AUTOR seligit Lithargyrium vel minium. Non plus recipit ♄ ab acidis, quàm recipere potest, vel respondet poris. Saturnina autem non omnibus conveniunt; cautè ergò propinanda: Hypochondriacis conveniunt vel istis saltem, qui declinant ad melancholiam, vel etiam Maniam, ubi saccharum ♄ni aliquandiu continuatum est egregii effectus: indeque optimè prodest saccharum ♄ni quartanariis ad gr. x. vel xij. vel xv. cum lapillorum cancrorum ℈j. vel ʒß. pro 1. dosi ante paroxysmum repetitis vicibus exhibitum. Interim notandum: subjecta ægrotantia pro usu horum saturninorum debere habere ventriculos robustos, h. e. fortiori acido præditos; secus enim saccharum saturni usurpatum nauseam crebriorem concitat, interdum etiam vomitum. Ad tabidos seu phthisicos & hecticos etiam quidam saccharum saturni commendant, sed hoc in casu non adeò multum valet.

Pro communi saccharo pag. 746.) AUTOR seligit saccharum ♄ni, loco aceti destillati cum spiritu ⊕is paratum; quia non sit adeò nauseosum.

Magiste-

Cryſtalli) *Cryſtalli ſaturni* ex minera ſaturni parantur, nunc cum ſpiritu nitri ſimplici, nunc cum ☿o, ſpiritu nitri acuato: hoc modo paravit D. MICHAELIS cryſtallos in morbis chronicis hypochondriorum ſibi familiares. Accipitur ☵ nitri, ut contagium ☽æ eliciatur & extrahatur.

Magiſterium volatile pag. 746.) ♄ in ▽ vel ſpiritu nitri ſolutus, injectione muriæ præcipitatur pariter ac ☽ ſed ſicut hoc modo fit ☽ cornea facile liqueſcibilis; ita etiam ♄ facilè fuſilis & præcipitabilis, ſc. ☵ nitri ſemper ſuâ in corpora metallica actione hæc ſolet figere: contrà ſpiritus ſalis communis ſua in corpora metallica actione volatilia reddere, quod ex hiſce Magiſteriis poteſt videri. Rationem dicit BECCKERVS eſſe hanc: quod in ſpiritu nitri ſit ☵ tingens ſulphurea & metalla figens; in ſale verò communi terra Mercurialis volatiliſſima, illudque de alcali Mercuriali ſolvente participare. Interim ſal hoc ♄ni ejusdem eſt cum ſaccharo ♄ni vulgari uſus: qui ergò nauſeant, hoc Magiſterium ſumant ex AUTORE doſi gr. vj vij. viij, &c.

Liquidi quidpiam pag. 747.) Pro liquido remedio eligit AUTOR ſolutionem ♄ni cum ☵ æruginis paratam & inſpiſſatam, poſtmodum cum ſpir. vini dilutam in formam eſſentiæ.

Diſſolutionibus ſeu Saturninis Balſamis) Hæc balſama ſunt egregia in abſceſſibus meſenterii occultis, dyſenteria benigna, hæmorrhoidibus exulceratis, ulcere renum, & gonorrhœa: non autem deſtillari debet ſecundum SCHOEDERUM.

Tincturis pag. 748.) Tincturæ ſaturni genuinæ ſunt nullæ; rem ſi exactè ſi conſideremus, nihil acquirimus, quàm menſtruorum, aliorumve additorum colorationes, plus minus de ſaturni ſaccharo participipantes: unde loco horum ſufficiat vel tinctura antiphthiſica vel ſimplex cryſtallorum, vel ſacchari ſaturni cum ſpir. vini ſolutio & extractio, quam SCHROEDERVS ſub *tinctura* 3. inſinuat.

Antiphthiſicam,) Tinctura antiphthiſica paratur ex ana ſacchari ♄ni & vitrioli ♂is, invicem in ſpir. vini ſolutis & digeſtis. In uſu eſt quibusdam pro ſputo cruento, quibusvis ſanguinis excretionibus à vaſorum laceratione dependentibus: de quo vid. HOFFMANNVS *Clave pag.* 247. Sed ſolutio *noſtri* AUTORIS, loco hujus, facilè poteſt ſociari cum vitriolo Martis. In phthiſi incipiente eſt egregia. Sed in confirmata infida.

Magmatis ſpiritus) Inſinuat hic AUTOR *noſter*, ſpiritum iſtum ardentem & oleum flavum ex ſaccharo ♄ni, vel magmate ♄ni, parato cum aceto ſimplici, eliciendum, & aceto in ſaccharo ♄ni regenerato in acceptis ferendum. Deſtillant nunc ſimpliciter, nunc addendo ∴m, nunc bolum, nunc alumen, & eliciunt ſpiritum nonnihil ardentem, poſtmodum oleum. Vocant ſpiritum ♄ni refrigerantem melancholicum; item *menſtruum pro paranda tinctura ☉is & auri potabilis Franciſci Anthonii* Londinenſis: vid. GLAUBERVS *in Operibus edit: in 4to pag.* 402.

Olei pag. 749.) Oleum ſaturni eſt oleum aceti; in aceto enim eſt ſpir. vini occultatus, eſt etiam oleum, quod docet ☵ foliata tartari, quæ deſtillata dat oleum, attactu verò ♄ni acidum aceti figitur & concentratur; hinc dum concentratur in ♄no, ſui juris fit ſpiritus iſte, & oleum, & ſic prodit ſub ignis examine.

Spiritus è ſale tartari ſaturnique vitro) Recipiunt Glauberi ſal pro liquore alcaheſt, cum vitro ♄ni miſcent & deſtillant. GLAUBERVS hinc elicere vult menſtruum pro Mercurio Philoſophorum, item remedium ad morbos chronicos: ſed elicitur nil, quàm ☵ acidulus volatilis naturæ nitroſæ: nempe eſt tantillum acidum nitri, quod in iſto ſale latet, & quod prodit in ſpiritum fumidum acidulum nonnihil ſtypticum; quia tantillum de ſaturno participat.

Topica) Ceruſſa cum aceto impregnata, & ſ. q. olei cocta, ſuggerit unguentum præ omnibus ſufficiens. Scopus eſt, ut ſub ebullitione acidum olei & aceti rodant & diſſolvant ſaturnum, ſed non ſaturent, ut poſtmodum acida heterogenea in ulceribus, inflammationibus, &c. abſorbere poſſit: vid. ZWELFERVS. Huic poteſt addi camphora oleo amygdalarum dulcium ſoluta, ſic habebimus *unguentum album camphoratum*: ſi adjiciatur pulvis aloes & myrrhæ, habetur *mundificans* & deterſivum ſordium: ſi lapis calaminaris, *epuloticum & cicatriſans*: ſi ſub finem præparationis ſulphur auratum antimonii, vel mediante oleo nucum paretur *balſamus ſulphuris* ex hoc ſulphure, habebitur unguentum polychreſtum.

Ad membra peruſta pag. 751.) Sc. ad ambuſta fiat unguentum ſimplex, ſed elegans ex minio, aceto ſimpliciter impregnato, hincque ſolutioni nonnihil inſpiſſatæ adjiciatur ℞ raparum quantum ſatis, quæ calidè omnia probè in mortario ſaturnino calido miſceantur.

Habetur ſic ſimplex, ſed optimum Linimentum, ad ambuſta, quod loco omnium aliorum abundè ſufficit.

E litharGyrio) *Emplaſtrum ſaturninum* quaſi catholicum ſuggerit AUTOR *noſter*: nempe

℞. *litharGyr.* part. ij.
✠i,
olei ana part. iß.

Hæc ritè invicem ſubigantur, & blando igne inſpiſſentur, aut addatur camphora, emergit inde *Emplaſtrum ♄inum* quaſi catholicum, *Norimbergenſi* ſimile.

De ranarum ſpermate pag. 752.) Caſtigat AUTOR *noſter* emplaſtrum de ſpermate ranarum; cujus vis eſt à ſaturno, vitriolo, & ☉e; ſperma enim ranarum & ▽ exhalant ſub coctura, hinc parum tribuunt.

Liquidum) Pro hujusmodi epithematibus, liquoribus nigris, lactibus virginum, ſufficiat ſimplex ſolutum cum aceto & lithargyrio.

Quodvu lac virginis pag. 753.) Lactis Virginis duplex eſt Compoſitio: quarum una procedit per præcipitationem cum ▽ aluminis, hancque deſcribit ZWELFERVS *in Animadverſionibus in Pharm. Auguſt. pag.* 299. Altera verò per ſimplicem miſtionem ſaturninorum cum aceto & aquis appropriatis, juxta SCHROEDERUM. Omnium tamen baſis eſt ſaturnus.

E Marcaſitis) Hæ dicuntur bismuthum & zinckum, utut bismuthum κατ' ἐξοχὴν marcaſita vocetur: vid. SCHROEDERVS *pag.* 456. Cæterum internus bismuthi uſus nullus eſt, ex eo, quod ſit validum venenum, & in radice ſui venereo argenteum minerale nondum perfectè maturatum, & arſenicali ſubſtantia impregnatum, hinc ab eo hactenus abſtinuerunt Autores. Uſus autem illius externus eſt hic: quod aliqua portio Jovis cum bismutho liquefacta abeat in ſtannum durius, ſplendidius atque laboribus magis appropriatum, ſtanno Anglico ferè ſimile; non ſecus atque aliàs in præparati-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1282-4 DFG

paratione antihectici Poterii stannum additione reguli ℥ii durior & melior fit.

Zinckum pag. 754.) Quoad zinckum, confer. GLAUBERUS *in Oper. Edit. in 4to p.* 402. ERCKERS Probier-Buch/ unà cum *Commentar.* CARDILUCII *pag.* 303. proximè hoc accedit, quoad externam faciem ad naturam jovis, in recessu tamen saturninæ & mercurialis naturæ volatilis, indeque facili igne totum in flores abit: sicut zinckum fusum injectione picis suggerit Regulum, non secus atque idem quoque præ cunctis subjectis metallicis in quovis acido facillimæ est solutionis, atque soluta per acida facta, optimè præcipitat. Interim flores illi zincki non sunt arsenicales & corrosivi, sed dulces aut insipidi, indeque juxta BARBETTE commendationem *in Praxi cap.* 4. *p.* 42. oculorum affectibus, v.g. defluxionibus, ophthalmiis: & lippitudinibus dicatis. Aliter zinckum & sub fusionis Δe se stnnao sociando, hoc nitidius facit: Imò idem zinckum à saturni consortio liberatum separatumque, veneri sociatum, tingit hanc in aurichalcum. Zinckum enim ordinariò reperitur mistum cum minera saturni; hinc, dum minera funditur, ♄ colligitur, zinckus verò in flores elevatur, avolante sub fusione ipso cum saturno, nomine *Cadmiæ non fusilis* veniente. Tandem hoc zinckum propter sui solubilitatem arbitrarer prodesse in ulceribus, æquè ac saturnina & mercurialia, sicut CARDILUCIUS *suprà allegatus* suspicatur, flores ejus interno usu convenire pro absorbendo acido hypochondriaco: sed deficit experientia.

Magisterio Marcasitæ) Inter cosmetica itidem eminet magisterium marcasitæ, imprimis Clavii: vid. SCHROEDERUS.

FORMULÆ

Hujus classis, ex qua facilè variæ possunt fieri:

Esto v.g. ex acidis vegetabilium succis *julepus* suavis præscribendus in febris siti & æstu:

℞. ▽ *fontan.* ℔j.
succ. cerasi. nigr. composit. Autorii ℥iij. vel jv.
syrup. rubi idæi ℥iß. M.
Hauriatur pro lubitu.

Vel sit compositus magis:

℞. *Decoct. rasi. CC.* (propter gelatinam) ℔iß. adde
succi cydon. ℥iij.
syrup. papav. alb. ℥j.
rubi idæi ℥ß.
∽ ☉*i dulc.* parum.
M. pro *julepo.* Vel:

℞. *pomor. citr. in taleolas incis.* nro. ij. adsperge pulverem *saccheri albi*;

Hinc coqu. in s. q. ▽ *simpl.*

℞. colaturæ ℔iß. adde
succ. citr. recent. ℥j. ad ℥iß.
flor. rosar. rubr. Mj.

Stent in loco calido seu tepido ad extractionem Tincturæ. Colatura vel per se detur, vel cum pauco *saccharo* ad gratiam saporis ulterius edulcoretur. M. D. S.

Kühlender Stärck-Julep.

Porrò si *pulvis hepaticus* refrigerans præscribendus *ad imitat. pag.* 710.

℞. *Corall. rubr. præp.* ℥ij.
crem. tart. ℥j.
pulv. rosar. rubr. ℈ij.

Irrorentur cum ∽*u* ☉*li*, *tinctura santali* impregnato. M. D. S.

Leber-Pulver.

Qui & nondum irroratus excipi potest dicto modo, cum conserva rosar. ex tempore vitriolata pro Electuario grato, temperante phlogosis, & bilis acrimoniam obtundente.

Ulterius esto *Pulvis antifebrilis pro Tertiana*, ante paroxysmum exhibendus horâ unâ atque alterâ:

℞. *corall. rubr. præp.* ℈j.
⊖ *absinth.* ℈iß.
ol. Nat. caryophyll. gtt. ij. l. iij. M. D. S.

Fieber-Pulver.

Vel *ad Quartanas*:

℞. *corall. rubr. præpar.* ℥ß.
sacch. ♃*ni* gr. xij. ad xv.
laudan. opiat. gr. j.
M. D. ante paroxysmum.

Pulvis absorbens antihypochondriacum acidum:

℞. *Corall. r. præpar.*
margarit. præp. à ℥ß.
⊖*is absinth.* ℥ß. ad ℈ij.
Sacch ♃*i* gr. xv. M. pro 4. vel 5. dosibus.

Sic pro bile æruginosa circa præcordia ebulliente temperanda:

℞. *Magister. corall. cum succ. citr.* ℥ß.
crystall. præp. ℈i.
laud. opiat. gr. j.
M. pro duabus dosibus.

Tandem esto *Confectio analeptica loco alchermes.*

℞. *extract. s. essent. rosat saccharat. Autorii* ℥iß.
elæosacch. succos. cort. citr. ℥vj.
perlar. vel lapill. cancr. præp. ℥j.
Magister. corall. cum succo citri ℥j.
pulv. cardam. ℥iß.
ambr. gris. cum ol. Nat. cinam. dissoluta, & c. s. q. *sacch. subacta* ℥iij. vel lil. or c. s. q. ▽ *cinnam. spirituos. vel lil. convall. spirituos.*
f. *Confectio alchermes.*

TIT. XXII.

DE VULNERARIIS, ADSTRINGENTIBUS, DETERGENTIBUS, ATQUE TOPICIS RESIDUIS EXTERNIS.

A *Vulnerariis, pag.* 754.) Vulneraria vegetabilia in recessu constant sale quasi nitroso salso, sed occultè alcalino, in textura concreti plus minùs adstringente; inde præter vim vulnerariam vel saporem ex amaro ☉osum, talia fiere semper simul sunt diuretica, detersiva, item & resolutiva sordium in ulceribus & vulneribus ratione salis nitrosi enatarũ: sicut contra ratione alcali sui occulti acidum ulcerum & vulnerum, acrius quidem in his, mitius in illis, absorbendo corrigentis, *ulcerum mundificativa* & *consolidativa* dicuntur, sive externè applicentur, sive internè propinentur, ut in stomacho temperato acido & alterato, certo modo chylo, facilior hinc fit sanatio: Qualia sunt cancri fluviatiles, eorumq; lapilli, plantago, sanicula, &c. Adeoque vis vulnerariorum non in substantia volatili, neque in fixa per ignem producta, sed in media & quasi sale essentiali plus minus tartareo nitroso consistere videatur.

Adstringentia verò ratione texturæ stypticæ plus minus austeræ operantur, & vel fluida quodammodo incrassando aut coagulando eadem sistunt, vel partium fibras sui applicatione stringi faciunt, ut ita magis corrugatæ fiant: v.g. cornu cervi ustum, ⊽æ metallicæ, balaustia, tormentilla, &c.

Texturam istam stypticam in *Mineralibus* ex ⊽eo, cum acido plus minus intenso juncto, oriri palam est; Ex ⊽is nempe mineralibus cum acidis, aluminis concretum repræsentantibus, item ex austero adstringente vitriolo, ex acido cum minera metallica ⊽ea nato; qualia sunt colcothar vitrioli, Martialia quæcunque, in specie adstringentia, corallia, osteocolla, hæmatites, ○, &c.

In *Vegetabilibus* omnia ſtyptica ſeu adſtringentia alcali, ſed paulo fixioris naturæ, effectus in acida agendo, & eorum ſolutiones ☿ando, exhibent, ut in gallis, roſis, horumque medio factis atramentis, notum eſt. Sed alcalinum hoc concretum vel ex ☿eo cum acido ſubtili ſociatum, vel in ipſo corpore ex hujusmodi particulis arctiſſimè junctis genitum videtur, ut ita Vegetabilia adſtringentia vulnerariis admodum affinia ſint, ratione alcalinæ naturæ. Talia ſunt plantago, hypericon, ſanicula, & hujus nobilior ſpecies alchimilla millefolium, momordica, ſymphytum, portulaca, bajula, hedera terreſtris, prunella, quercus, ſorbus, tormentilla, vel hujus loco biſtorta, crepitus lupi.

Referuntur ad hæc etiam perſicaria, pyrola, acorus adulterinus, ophioglossum, pimpinella polygonatum, equiſetum, ſcrophularia Telephium, virga aurea, hedera arborea, nummularia, perfoliata, herniaria, muſcus, conſolida ſaracenica, Vincapervinca, geranium, piloſella, rubia tinctorum, uvularia, liguſtrum cherefolium, burſa paſtoris, polygonum, Lyſimachia, quinquefolium, meſpilus, rhus, ſanguis draconis, &c. Ex regno Animali: ☿ri, horumque lapilli, ſanguis hirci, os ſepiæ, &c.

Inter *præparata* & *compoſita* ſit inſtar aliorum omniũ *pulvis vulnerarius* ex lapillis cancrorum, ſanguine hirci, & coralliis, debita proportione miſtis: hinc *Potio vulneraria* ex decocto cancrorum, bugulæ, hederæ terreſtris, millefolii in ▽ ſimplici vel cereviſia decoctis, item miſtura vulneraria ex lapillis cancrorum, pauco aceto addito, in ▽ millefolii cum ſyrupo plantaginis miſtis & propinatis. Tandem externè *oleum vulnerarium*, quævis balſama etiam ex mille Ingredientibus æquans, ut oleum momordicæ, vel *oleum hyperici ſimplex* ex ſemine expreſſum, aut *compoſitum* ex eodem oleo, propriis floribus infuſo, & cum pauco oleo terebinthinæ acuato, concinnatum; vel *balſamus ſulphuris* cum hoc *oleo* factus; item Balſamus Peruvianus.

Fit etiam *pulvis ſtypticus* ſeu *adſtringens*, internus quidem ex *CC. uſto, croco ♂is per ☿ationem, ☿ ſigillata, extracto tormentilla*, & convenienti *laudano opiato*: ℞ ſeu eſſentia quædam adſtringens ex ♂e parata, ſpeciatim iſta, quàm vulgò ℞am ♁is vitrioli appellant: Rob ſorbi torminalis, ex fructibus nondum perfectè maturis paratum, quælibet electuaria, aut compoſita ſimilia æquat. Tandem *pulvis ſtypticus* abſorbens externus ex *croco ♂is per ☿ationem, creta, ceruſſa*, & pauco *pulvere nucis moſchatæ*.

Plantago) Præter uſum internè temperatum, & hæmorhagias ſiſtentem, externè ſuccũ ejus expreſſum, inſtillandum vulneribus recentibus, exhibet inſigne vulnerarium; item crurum ulcuſcula levia plantaginis folia optimè curant. Syrup⁹ in hæmoptyſi optim⁹ eſt.

Semen pag. 755.) Semen plantaginis doſi ʒj. laudatur aliàs ad dyſenteriam & diarrhœam, ſed fruſtrà. AUTOR eligit extractum ſuccoſum, & poſtmodum ▽am deſtillatam ex julis ad flores ſe accingentibus.

Tuſſilago pag. 756.) Vulneraria internè vix uſurpantur, niſi pro ſcopo pectorali, vel miſta cum pectoralibus: hinc tuſſilago quoque uſurpatur, quia præter vim vulnerariam eſt ſimul incraſſans pectorale egregium; indeque in floribus & foliis ſuis pro decoctis & infuſis pectoralibus ſeligenda; adjungendo eidem pulmonariam maculoſam, ſymphyti ſpeciem, & ratione hujus non opus habemus hiſpidula aliisque.

Hypericum pag. 757.) Hypericum ſibi non habet par in uſu vulnerario.

Extractum) Seligit AUTOR *noſter* extractum cum ſpiritu vini non dephlegmato, & poſtmodum oleum per infuſionem: Extractum cum ſpir. vini extrahendum eſt; eſt enim ſubjectum reſinoſum, & ſummitates tritæ terebinthinam ſpirant.

Oleo) *Oleum hyperici ſimplex* præſtat quibusvis balſamis & linimentis vulnerariis ad PARACELSI modum optimè confectum, recipiendo ſc. *oleum ex ſemine hyperici expreſſo*, huic infundendo *flores hyperici*: & ſic emergit oleum rubicundum, egregium vulnerarium.

Balſamicarum ſolutionum pag. 758.) Hoc oleum infuſione florum ſulphuris, & intercedente blandiſſima ebullitione, conficiendum, redigi in *balſamum ſulphuris* nobiliſſimum.

Alchymillam, pyrolam) Hæc plantagini, hyperico vel tuſſilagini ſociata, omnium horum farraginem abundè ſupplebunt.

Saniculam) Sanicula inter vulneraria excellit, & interno & externo uſu in vulneribus ac ulceribus quarumvis partium uſurpari ſolet.

Hederæ folia) Folia hederæ internè nullius ſunt uſus; utut externè optimè imponantur fonticulis, item veſicis ac ſimilibus ulcuſculis artificialibus: poſt ablatam eſcharam, ſicuti globuli ex ligno hederaceo confecti, imponuntur optimo cum ſucceſſu fonticulis jam factis, ac meliorem ibidem præſtant uſum, quàm impoſita piſa.

Baccis) Baccæ hederæ equidem communiter inter Purgantia referuntur; ſpeciale tamen quid obtinent contra peſtem, ſi pulveriſatæ ʒj. pondere aſſumantur cum vino albo, excitato ſudore: proſunt admodum in peſte, quod olim annotavit PALMARIUS *de morbis contag. pag. 453.* & obſervavit BOYLE in ultima peſte Hibernica, has baccas commodũ vulgo dediſſe remediũ.

Polychreſtum extractum, pag. 759.) Præter decoctum, extractum poteſt parari cum ▽ ſola; vel poteſt ex pluribus fieri *extractum compoſitum* polychreſtum, quod cum melle ſubigi, & cum Balſamo ſulphuris impregnari poteſt; vel poteſt addi emplaſtro, diſſolvi in ▽is deſtillatis & ſociari cum lapillis cancrorum cum aceto; ſicque dabit potionem vulnerariam optimam.

Herniariam) Hæ & harum præparata communiter internè & externè commendantur ad hernias; plus tamen præſtabunt externè.

Polygonatum pag. 760.) Polygonatum dat cosmeticum non poſtremum; ex eo paratur ▽ contra livorem faciei: radix ſymphyti cum radice polygonati in ▽ cocta dat cataplasma, ad ſanguinem grumoſum diſcutiendum optimum.

Equiſetum, pag. 760.) Equiſetum eſt ſimplex potenter adſtringens; unde in fluxibus quibuscunque ſedandis quocunque modo in uſu eſt, ſpaciatim partibus ⊡tiis, renum nempe & veſicæ vulneribus & exulcerationibus, confert.

Catagmatica) Sc. fracturis oſſium ſubvenientia remedia optimè fiunt juxta WURZII methodum ex extracto quodam vulnerario, cum reſina miſto.

Perſicariam) Perſicaria duplex eſt: vel acris vel mitis: Acris uſu interno eſt egregia alterativa in morbis hypochondriacis, ſcorbuto, aliisque cognatis affectibus. Præterea egregia eſt in affectibus nephriticis, cum ▽ ejus ſæpius à recenti planta cohobata ſit nobile præſervativum à calculo, Anglorum quorundam experimentum, uti hoc refert BOYLE: Eadem ▽ contra ulcera Gallica etiam egregia eſſe ſolet. Uſu externo quævis Perſicaria nobiliſſimum eſt vulneratiũ, magnetico more vulnera, ulcera, contuſiones, & inde nata ecchymomata, odontalgiam curans; ſi nempe planta recens, in ▽ fontana abluta, applicetur partib⁹ hujusmodi affectis: hinc tepefacta ſepeliatur ſub fimo aliove loco, ubi facilè putreſcit, quod vel primò

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1284-6 DFG

primâ; vel secunda, vel si gravius sit malum, tertia vice curat: de quo magnetismo persicariæ vid. primus ejus AUTOR PARACELSUS *in Herbario*, item MARCUS MARCI *in Philosoph. Veter. Rest. P. 5. Sect. 1. subsect. 6.* item HELMONTIUS *de Magnetica Vulnerum curatione*. Utut autem magnetica vi dicta mala curet, nihilomin⁹ tamen etiam corporali contactu ipsa planta contusa applicata, vel cum aliis Cataplasmatis forma imposita, dictis malis egregiè medetur.

Hæmorrhagiam) Notatur hic LIPSIUS, jubens puris variolantibus, in principio variolarum hæmorrhagiam narium esse concitandam mediante millefolio, vel radice crocodili, anteriora narium perfricando. Usurpatur aliàs pro curatione hæmorrhoidum contra inflammationes mammarum & ulcera.

Stomaticorum) Stomatica in oris affectibus conveniunt, sc. pro angina & prunella febrili in decocto, loco Gargarismatis usurpando. Prostant autem meliora; vel & sempervivi majoris succus cum sale amoniaco mistus; itemque nitri & ⊖is ammoniaci ana in crucibulo fusa, & in ▽ soluta, dant ⊖ in affectibus oris & faucium præstantissimum.

Consolida bugula) Consol da bugula egregia est vulneraria, quocunq; modo adhibita, speciatim partium externarum exulcerationes, & imprimis phthisin, pulmonemque exulceratum, curat, alvum simul crebriori usu subducit: id quod propter aliqualem ☉ositatē ☉osam, primas vias abstergentem, pervenit.

Ad coagulata pag. 761.) Pro sanguine coagulato ex casu aut plagis collecto dissolvendo sufficere potest vel extractum vulnerarium ex hyperico aut plantagine, vel lapilli 69. cum aceto assumpti, vel sanguis hircinus cum aceto, superaddendo diaphoretica: vel danda hæc sunt in jusculo temperato pingui butyrato vel sufficiat ♁ olivarum cum cerevisia calida; utut nec chærefolium propter vulnerariam vim in decocto usurpatam pro hoc scopo sit contemnendum, & suave aroma continet.

Balsaminam) Balsaminæ seu momordicæ poma coccinea spinosa maturata nobilissima sunt pro oleo parando per infusionem cum oleo communi, vel nucum oleo, in ambustis mammarumque fissuris & ulceribus mirabili, & pro lubitu sociando cum oleo hyperici; utut hoc per se & illi æquipolleat.

Polygonum pag. 762.) Polygonum propter singularem vim adstrictoriam, & imprimis sanguinis fluentis suppressoriam, frequentis est usus externi; quocunque enim modo usurpetur aut applicetur, sanguinem undecunq; fluentem sistit. Nempe polygonum hoc contusum & applicatum sistit sanguinem fluentem, propterea etiam sanguinaria quibusdam vocatur. Sanè mulier quædam, cum laboraret hæmorrhagia narium desperata, aliis omnibus remediis generosis irritis, venit vetula, coquit polygonum in ▽ simplici, herbam coctam applicat sub axillis illis, & mox supprimitur fluxus. Hæmorrhoides nimis fluentes etiam sistere solet: conf. M.A.N.C. *Ann. 3. Observat. 22. pag. 40.* unde etiam succum ejus cum vino styptico in vomitu sanguinis multum commendat PAULI *in Quadrip. Botan.*

Stypticæ Vernaculæ pag. 762.) Sunt gallæ, tormentilla, terræ medicatæ, alumen, caput mortuum vitrioli: Ergo non opus est, ut anxiè quæramus exotica, v.g. sanguinem Draconis, & similia.

Draconis sanguine) Huic soli contra AUTOREM *nostrum* minùs fidere possumus; idque ideò quod is sanguine hircino utplurimum adulteratus sit.

Lycium) Quid sit Lycium? nescio.

Hypocistidem) Hypocistis vera rarissimè ad nos venit.

Citra incinerationem pag. 763.) Intelligitur hic BORELLI & FORESTI inventum, suber doliis vini detractum, & incineratum, contra dysenteriam & nimium fluorem hæmorrhoidum commendatum.

Gallæ) Gallæ Internè & externè potens dant stypticum alcalinum remedium, & excellunt, utut aliàs præter gallas tota quercus, folia, glandes & cupulæ eundem effectum promittant. Cæterum usurpantur illæ vel in substantia, vel in decocto pro *decoctis nigris* Chirurgorum, cujus specimen habet *Mynsichtius armament. Chym. pag. 139.* procedentis ex vitriolo, alumine & gallis; quæ illa præcipitant in atramenti formam: atque illud decoctum egregium existit in ulceribus putridis, gangrænam minantibus, itemque in inflammationibus contusiones sequentibus, ubi gallæ additis myrrhâ & olibano sunt convenientes.

Mespili) Fructus mespili conditus in specie usu adstrictorio convenit in dysenteria, diarrhœa, vomitu nimio; sicut FORESTUS aliquando diarrhœam ferè desperatam mespilis curavit.

Sorbique fructus) Hujus, tàm aucupariæ quàm in specie torminalis, fructus perquam stypticus dat nondum maturatus per decoctionem *Rob* præstans in fluoribus intestinorum, & appetitu dejecto celebre.

Muscus pag. 764.) Quilibet muscus siccatus est stypticæ naturæ, indeque AUTOR *noster* omnes pro eadem efficacia venditat; ubi tamen usnea ex hominis cranio violenter necati petita, prærogativam præ aliis ex eo habet, quod rore microcosmi, h. e. succo nutritio, & hinc mumia spirituosa latente, per mortem impregnata sit.

Dysentericus) Sc. proponit hic AUTOR legitimā curandi dysenteriam methodum, ubi vulgaris est: ut primò laxantia per os, & clysmatum formâ, abstergentia præscribantur: dein styptica & vulneraria. Ast sicut hic modus in dysenteria benigna, ex malæ diætæ vitio contracta, aliquo modo succedit, ubi Laxantia aliquid valent: ita in epidemica & maligna, in qua fermentativum miasma utramque facit paginam, vanus est; nec in hac laxantia, nec adstringentia proficua sunt, sed magis nocent; quin potius fermentum illud malignum vel specificis corrigendum, vel sudoriferis alexipharmacis sociatis eliminandum. Etenim adstringentia, qua talia, in hac epidemica nil valent, nec opus est iis, cum adhuc urgeat irritatio, potius removenda est hæc spina contra si stringatur alvus, anxietates præcordiorum & jectigationes superveniunt. Porrò externè applicanda in hoc epidemico malo sunt calida; secus enim plus nocent; sic & sint eadem penetrantia, non verò styptica; aliàs enim saltem quoad cutim operantur, & ad interiora minimè penetrare valent: indeque acetum & quælibet cum hoc applicata propter sui penetrantiam juvant. Interim si in hac dysenteria tenuia intestina affligantur, enemata nil valent; contrà, in qua crassa, quod tamen rarius est, sunt afflicta intestina, cum hæc à materia jamdum irritentur, cur eadem ulterius stimulemus? præsertim cum videamus & clysmata demulcentia ex lacte cum terebinthina parata dictum factum post sui applicationem eiici, & impossibiliter posse retineri, adeoque nullum usum habere. Atque cùm exulceratio intestinorum in hac epidemica non sit causa efficiens, sed saltem productum adeoque & opiata doloris intuitu à posteriori saltem juvare videantur; propterea scopus totius curæ sit miasma illud acerrimum purgans specificis corrigendo, & sudoriferis alexipharmacis ejiciendo. Nempe semper in dysenteria

præsertim maligna, principium curæ fiat à sudorifero alexipharmaco, quale dat theriaca, diascordium Fracastorii, Bezoardicum minerale, terræ sigillatæ minerales cum aceto & extracto tormentillæ, ceu pariter sudoriferæ: vel recipiantur hepata viperina cum præcipitantibus cervinis, cinabarinis, sociando iisdem semper in principio primo opiata, ita quidem, ut spatio 24. horarum 3. 4. & 6. grana laudani opiati assumant: nam dysenterici hoc dato, quod mirandum, nihilominus agrypni sunt, vel si dormiant est saltem quadrans vel dimidium horæ. Porrò si major adfuerit malignitas, proderunt calidiora spirituosa, ut spiritus theriacalis camphoratus, essentia & extractum croci, ▽ cinamomi, oleu destillatum cinamomi: sicut in minori malignitate martialia, coralliã Terrea, animalia usta, ut CC. ustum, &c. una cum opiatis, expectando desuper sudorem, sunt optima.

Tormentillam, pag. 765.) Tormentilla inter adstringentia in dysenteria aliàs primatum ducit, simul diaphoretica & alexipharmaca existens, maximè ejus rob & extractum duplici modo parandum: vel enim radix ex succo tormentillæ infusa coquitur in s.q. ▽ simplicis, hinc decoctum inspissatur in Rob, hoc cum spiritu vini extractum denuò inspissatur in pulverisabile corpus, quod opiatis, Bezoardicis, Terris sigillatis, coralliis & Theriacalibus mistum, non contemnendum dat remedium.

Bistortam pag. 766.) Affinis tormentillæ est, saltem, quod radix tormentillæ acrior & quasi aromatica sit; bistortæ vero radix mitior, sed magis adstrictoria: unde in quibusvis per quævis corporis partes fluoribus compescendis est egregia. Rectè etiam à SCHROEDERO ad abortum laudatur, quatenus ejusdem decoctum vitiosum acidum uteri corrigit, uteriq; fibras firmat, ut felicius retineant fœtum. Inter Alexipharmaca etiam, non secus ac tormentilla, refertur, tùm imprimis convenientia, quando intensior sanguinis æstus simul erit conjunctus, quem temperant hujusmodi Adstringentia, & mitigant.

Symphyti radicem) Symphytum seu Consolida major est unum ex primariis vulneratiis, præsertim radix, & hinc etiam folia: utraque in se continent substantiam mucilaginosam singularem, quamvis acrimoniam humorum temperantem, glutinositate sua partes vulneratas quasi consolidantem: balsami instar quasvis læsiones corrigit, acidum vulnerum & ulcerum corruptivum temperat, & optimè quibusvis læsionibus & erosionibus partium externarum & internarum opitulatur; hinc ad hæmoptysin, & omnes sanguinis fluxus decoctum compositum cujus basin constituit, parat TIMÆVS von Güldenklee/ *in Epist. pag. 127.* item symphytum vino infusum potum, angustat & strangulat fauces, assumpto tamen aceto, denuò relaxantur: vid. HOECHSTETTERVS *Decur. 3. Cas. 5.* Quoniam verò mucilaginosa est, propterea cautè coquatur pro usu interno Modum hic docet ZWELFERVS *Pharm. Reg. pag. 233.* Usu externo celebris est mucilago symphyti vulnera optimè consolidans; hinc radix hæc frustis carnium, dum coquuntur, addita, eadem dictæ mucilaginis beneficio denuò conglutinat: Item eadem mucilago herniis imposita post repositionem, easdem restituit: conf. ZWELFERVS *Pharm. Reg. pag. 311. & 312.* Unde non ipsa saltem mucilago instar optimi Balsami vulnerarii sufficit; sed commode etiam emplastris admiscetur: quod jam fecit BARBETTE *in Chirurgia.* Loca nervea contusa, & consequenter miserè dolentia, decoctum mucilaginosum symphyti majoris optimè solet curare: similem effectum idem præstat symphytum, si in Venæsectione vena pertundatur & subjacens nervus lædatur, in quo casu, tumore & dolore enormi superveniente, symphytum dicto modo applicatum pathemata tollit; qualem etiam effectum betonica applicata præstare dicitur. Radix ▽æ incocta, ac balnei loco usurpata (quod jucunda historia docet HOECHSTERVS *Dec. 3. Cas. 5.*) mirè adstringit mulierum partes genitales.

Trochiscos de Carabe, pag. 768.) Trochiscorum de carabe compositio ex omnibus veterum est optima, indeque & iidem à ʒß. ad ʒj. cum pulvere hepatis viperarum combinati, egregii sunt in casu dysenteriæ. Interim si recipiamus quoque eorum Ingredientia, qualia sunt ♁ sigillata, gummi Arabicum, succus acaciæ, corallia, C.C. ustum, tragacantha, & hisce sociemus opium, tunc eundem effectum, quem aliàs à trochiscis illis, similiter expectabimus.

Sief) Sief sunt pulveres subtiles ophthalmici, qui extempore fieri possunt ex tutia, saccharo, & osse sepiæ.

Externos adstringentes pulveres) Inter pulveres externos adstringentes excellit colcothar, quippe quod ad ipsas arterias incisas egregium est recipiendo ♁am vitrioli dulcem & ♁am sigillatam: hæcque albumine ovi excepta applicanda vulneri arteriæ cum forti compressione, ita optimum est stegnoticum. Sic quoque contra hæmorrhagiam narium egregius est pulvis ex alumine crudo pulverisato, & cum nonnihil laccæ pictorum tincto, cum turunda, ovi albumini intincta, applicandus naribus quocunque modo.

Lupi crepitum pag. 769.) Crepitus lupi est fungus sui generis notissimus apud Chirurgos ad sistendum sanguinem undecunque manantem; spongiæ instar hunc imbibit, qui coagulatus acquirit talé texturam, ut exinde obturetur orificiũ vasis sanguinẽ fundentis. Præstantioris effectus observatur; si ad modum FELICIS WVRZII in der Wund-Artzeney præparetur, forti nempè compressione in se ipsum quasi cogatur.

Olea) Pro scopo adstringente, firmante & roborante, quidam parant olea: sed ridiculè. Interim, qui considerat olea quælibet, quatenus sunt pinguia, semper emollite, impossibiliter ea adstringunt; quin potiùs magis resolvent. Atque par ratio est cum unguento Comitissæ.

unguentum pag. 770.) Loco unguentorum omnium ad vulnera recentia sufficere possunt balsamica quædã: v.g. balsamus *hyperici* supra memoratus, qui cum *terebinthina & cera* facilè in *unguentum* redigi potest; vel balsamus Peruvianus simplex calidè vulneri instillatur; vel fieri potest *Balsamum Vulnerarium* catholicum hoc modo, loco omnium aliorum:

℞. *olei hyperic.* ℔ß. *sulphuris* ʒj.

Hæc sub blanda ebullitione redigantur in *Balsamum sulphuris*: Hinc adde

ceræ novæ ℥iij. *terebinth.* ℥ij. *oliban. myrrh.* ♁ *vitrioli dulc.* ana ʒiij.

Misceantur probè omnia, & usurpentur pro *Balsamo vulnerario*, facile in consistentiam *emplastri* redigendo, imminutione sc. olei & auctione ceræ & reliquorum ingredientium siccorum. D. S.

Köstlicher Wund-Balsam oder Pflaster.

Emplastrũ) In emplastris luxuriant vulgo AUTORES; cum tamen pro scopo vulnerario omnia basin agnoscant concretum saturninum, unde hoc ex tempore haberi potest, eidemque potius associari possunt Balsamica, v.g. Myrrha, aloe; item ☿ialia, ut crocus ☿is ♁atus, vel ♁ vitrioli dulcis: quæ omnia, exceptâ ceràvel melle dabunt emplastrum egregium; tàm pro vulneribus, quàm pro ulceribus: Vel

℞. ♁ *olivar. litharg.* ana ℔j.

Coque invicem ad debitam consistentiam, spissam sc. & donec nonnihil obscuri coloris contrahant, hinc successivè interea adspergantur *aloes*

aloes succoter. myrrh. elect. ana ℥ij.
Deinde liquefactis omnibus, adde
sevi hirc. vel *cerv.*
cerae flav. ana ℥iij. *resinae albae* ℥j.
Agitata postmodum ab △e remove, & adjice tandem
camphorae in ☾ hyperic. solut. ℥iß.
Mista compingantur in emplastrum, in vesica oleo illita asservandum, & ubi discussione & emollitione opus est, usurpandum.

Defensivo pag. 772.) Sic enim defensivè excellit ○ in albumine ovi solutum: v. g.
℞ *album ovor.* nro. j. ij. vel iij.
Hoc in scutella detentum agitetur cum frustro integri aluminis tamdiu, donec invicem abeant in consistentiam albam instar flocculorum, quibus stuppa cañabina vel linteum intinctum & applicatum esse poterit, loco omnium defensivorum ad arcendas inflammationes in casu luxationis.

Item epithema in erysipelaceis dispositionibus & ophthalmicis egregium est, hinc in ossium fracturis, ubi opus est externo defensivo resolutivo.

Catagmaticum) Ad fracturas ossium emplastrum optimum est illud FELICIS WVRZII, quod & instar omnium esse poterit. Equidem vulgò & pro scopo hoc oxycroceum adhibetur: sed tamen illud per observationem HILDANI non usq; tutum est.

Ad hernias,) Pro herniis curandis omnis labor est frustraneus, nisi vulnus debitis subligaculis firmetur, & unà cum his unguenta & emplastra adhibeantur: indeq; egregium est externè oleū hyperici jam allegatum, quod cum floribus *sulphuris in balsamum* redactū pro litu adhiberi quoq; potest; postmodum desuper imponendo emplastrum saturninum aliquod, cui sociatum sit vel gummi galbanum, vel caranna, & hisce tandem applicetur subligaculum: Contrà internè, præter plantaginem, vel herniariam, vel pyrolam, vel alchymillam, perfoliatam, & flores hyperici, in decocto vel extracto usurpare possumus. Pro scopo anodyno & temperativo sunt oleū hyoscyami vel oleū florum, vel unguentum, vel emplastrum hyoscyami sufficiunt.

Detergentia pag. 773.) Inter hæc etiam referuntur Ptarmica: Ptarmicum ex ⊖e vitrioli cum ▽ majoranæ vel cum ▽ liliorum convallium egregium sit.

Paracoculi, pag. 774.) Cum butyro subacti statim pediculos expellunt.

Masticatoriorum, pag. 775.) Masticatorium optimum est ex solis foliis nicotianæ; vel quando extractum nicotianæ dosi pisi circumvolvitur in ore.

Quæ vermibus opponuntur) Remedia eaquè generosiora, prodeunt ex marte & venere: Hujus nempe *flos viridis* dictus, quem habet ZWELFERUS *in Mantiss. Spagyr.*, cujusq; effectum tradit TIMÆVS *in Casibus.* Interim tamen suspecta est ipsa venus cruda propter nauseam & vomitus, læsionem stomachi; & contrà tutiora sunt martialia, atque inter hæc limatura martis cruda præparata; quâ ipsa tamen melior adhuc est crocus martis ex vitriolo ♂is soluto, oleo tartari per deliquium præcipitatus, qui edulcoratus & exsiccatus omnibus aliis martialibus his præstat, & etiam infantibus tutò datur. Ubi tamen pro his commendanda, ceu tutissima mercurialia, sive in forma sicca, sive in humida propinentur: in sicca quidem, dum recipitur ☿ vivus, hicq; cum s. q. sacchari tritus in formam pulveris dosi ℈ß ad ℈j usurpandi: Vel & ☿ dulcis præscribi potest, non quidem in forma pulveris, cùm sic oti noceat; sed cum s. q. conservæ rosarum redactus in consistentiam boli, aut pilulatum majorum. Hæc est via sicca. In liquida verò prostat ▽ *Hermetica Horatii Augenii* vel *Helmontii*, nempe
℞. ▽ *hyperic.* vel etiam *comm.* ℔j.
Huicque inditur
☿ii *vivi* ℥ß. vel ℥j.
Agitando probè, vel blando igne aliquandiu ebulliendo, hinc aquam claram decantando, relicto in fundo mercurio, qui abjicitur: Ipsa verò ▽ cochleatim propinatur infantibus non sine efficacia pro ejiciendis vermibus.

Sic externè pro eodem scopo optimè convenit aloë hepatica, c. s. q. fellis tauri recentis subacta in formam linimenti, & frusto vesicæ palmam manus æquanti illita, sicq; calidè regioni umbilicali applicata, id subindè, ni pertinaciter adhærescat, repetendo.

Santonico) Veterum Santonicum ex absinthiorum genere non obtinemus pro nunc, sed est nobis semen tanaceti cujusdam loco ejus in usu: Confer. FETRIVS *de Absinthio p. 16.* & BAVHINVS *Tom. 3. Theatr. Botan. p. 382.* Santonicum autem dicatum est infantibus, quia generosiora ex venere & ☿io & marte non possunt ferre.

Vermium umbilicalium, pag. 776.) Vermis umbilicalis mentionem facit SENNERTVS *lib. 3. Prax*, Germanis dicti der Zehrwurm oder Geißwurm: & AVTOR *noster* originem ejus duplicem agnoscit. Cæterum pro eo latente explorando applicetur fundulus vivus, quippe hujus applicatione ille inescatus allicitur, ut incipiat pisciculum depascere, quo apparente, certi sumus de ejus præsentia; hincque applicemus dimidium corticem juglandis, repletum melle, vitro veneto, & pulvere sabinæ; Sic namque ab hujus misturæ comestione vermis enecatur, ut extrahi queat

In aut sub poris pag. 777.) In aut sub poris cutis delitescentes crinones optimè inescantur illitu mellis, ut foras prodeant; hinc vel vossellâ vel novaculâ, vel crustâ panis acutâ abradendi, utut & svaserim post affrictum mellis lavandas esse infantum scapulas & dorsum ▽ Hermetica Horatii Augenii.

Scrophulariam) Hæc vulgò commendatur internè & externè tanquam summum specificum contra hæmorrhoidum tumores, aliosq; earum affectus, in quocunq; sint statu; & certum est, quod radix ejus appensa recens externè scapulis, foliaq; internè omni mane cum butyrato pane comesta, egregia sint pro hoc scopo. Unde cum nuper haberem fœmellam secunda vice gravidam, & pessimmo cum cruciatu hisce tumentibus hæmorrhoidibus afflictam, ita, ut alvum intra annum sine dolore non dejicere potuisset, suasi eidem radicem scrophulariæ alligare coxæ, folia verò ejus omni manè cum butyrato pane comedere, aliamq; radicem ejusdem nodulo inclusam potui infunderet, & felix inde effectus relictus est. Præterea eandem radicem scrophulariæ Chirurgi cataplasmatibus suis pro duris & scirrhosis tumoribus partium, præsertim glandulosarum emolliendis, non sine successu admiscent. Ex hac sola recenti mundata & contusa fit unguentum cum butyro recenti in olla nova, per dies noctesque 15. in cella aut loco humido reponantur, dein liquefacto sensim igne lento butyro, servatur linimentum egregium externo usu contra hæmorrhoides. Radix hæc in tessulas dissecta & filo connexa vino injiciatur, de quo 9. diebus patiens in nimio fluxu bibat: post radices siccentur, & eò modo, quo siccantur radices, etiam hæmorrhoides imminui & quasi siccari asserunt: sin verò rursus aperire velimus, vino vel aquæ rursus imponendæ sunt, atque tunc iterum nonnihil hauriendum.

Sideritidem cum filagine) Sc. hisce duabus plantis, nunc solitariè, nunc verò cum hypetico & tanaceto, mulieres utuntur pro balneo infantum, si sunt incantati (wenn sie beschrien sind) fricantes eosdem unà

cum herbis istis, quando lavantur infantes; & cum hæ mucilaginem fundant, ab acido cutis per frictionem transspirante coagulabilem, hinc comparent quasi copiosæ sordes extrinsecus, in quibus latere existimant fascinum illud, indeque nati æstus vagi, dejectiones itidem non rarò alvi, & tabescentia corporis: cum tamen per balneum istud potiùs aperiantur pori cutis obstructi, acidumque latens sub hac transspiratione, coagulando dehinc mucilaginem herbarum; in visibilem substantiam abeat. Conf. HOEFERVS *Hercul. Med. pag.* 207.

Lapathi acuti) Hoc oxylapathum majus aliàs dictum egregium est pro scabiosis & serpigine laborantibus, teste SIMONE PAVLI *in Botan. Quadrip.* Imò ego ipse novi hujus radicis cum aceto subactæ Insignem effectum pro litu scabiosi insignis.

Contra scabiem) In scabie autem pauca quædam sufficiunt: in forma liquida prodest hoc:

℞. ▽ *calc. viv.* ℔ iß.
infundatur
△ *pulveris.* ℥ iß.

Ebulliant invicem aliquandiu.

Aqua hac eluantur membra scabiosa & evanescet scabies.

(Quod si autē scabies illa fuerit malignior, & magis ferina, tunc loco sulphuris addatur ▽æ illi calcis vivæ ☿ dulcis q. s. ad ℥ij vel iij. pro lubitu; qui quidem in illa præcipitatur; interim eadem illius contagio erit impregnata & egregia.)

Sic porro in forma lituum prostant duo remedia: nempe

℞. *unguent. alb. camphor.* ℥j.
☿ *dulc.* ℥ij. vel iij.
& cum s.q. ♁ *nicot.* f. Linis;

Externè præmissis præmittendis usurpandus, illinendo circa articulos manuum & pedum.

Vel quod melius & tutius:

℞. *ungv. albi camph.* ℥j.
flor. ♃ ℥iß.
⊖☿ ℥ij.

c. s. q. ♁ *nicot.* f. Linimentum; præmissis præmittendis usurpandum.

Os sepiæ: pag. 779.) Aliàs usu interno est insigne præcipitans & invertens omnia animalia & cancrina vincens, hincq; *Præcipitantiu Magni* nomine quibusdam veniens: Externè verò illud martialia & alia mineralia superat.

Vulgares struma) Contra has HELMONTIVS *Tr. Tartaru non est in potu*; duo habet euporista: nempe pulverem internè, & ♁ externè usurpandum. Spongia calcinata à ℥j. ad ℥ij. contra strumas commendari solet. Decocta scrophulariæ & vincetoxici totius etiam commendantur, vid. M. A. N. C. *Ann.* 1. *Observat.* 57. *pag.* 155.

Glandularum maxillarium tumores,) Tumores glandularum colli quasi strumosi affines sunt strumis propriè sic dictis, iidemque vix comparent, nisi præexistentibus similibus in mesenterio, observante hoc SCULTETO *in Armamentar. Chirurg.* in quo casu ad tabem universalem disponunt. Interim si recentes illi fuerint, optimè tolluntur, præmissa internè purgatione ex helleboro nigro cum ☿io dulci; externè per Emplastrum de Ranis Vigonis cum ☿io, ceu optimo resolvente tumores ejusmodi: sic ut in contumaciori malo nescirem, an melius inveniri queat remedium, quàm salivatio mercurialis, ceu morbis ex acido viscido lymphæ enatis, optimè succurrens.

Sartoriam costam) Sartoria costa est subjectum non perfectè osseum, sed in recessu mucilaginosum: hinc ∽ ⊕i per hanc abstractionem secum rapit, & paucum magma relinquit.

Vrinatoribus pag. 780.) Sc. pro iis, qui noctu stragula permingunt, comendantur vulgò vesicæ animalium exsiccatæ & propinatæ: sed potiùs convenit SOLENANDRI *Euporiston*, guttur galli probè exsiccatum seu tostum exhibentis, in desperatis urinæ incontinentiis, in quo invento etiam acquiescit AUTOR *noster*.

Stercoreos scarabæos) Scarabæos stercoreos vel pilulares, in oleo præsertim violarum infusos, comendant pro anodyno hæmorrhoidum cœcarum; non secus ac oleum asellorum.

Oleo lacertarum) Oleum lacertarum ex SCULTETO contra hernias laudat ZWELFERVS *in Pharm. Regia*; quod tamen non sufficit, nisi subligacula apta concurrant.

Martem, adstrictioni) Sc. quò magis mars ad ♀eam naturam redactus est, eò magis imbibendo & absorbendo adstringit; atque hinc calcinetur pro croco ♂is adstringente. Martialia autem adstringentia dividit AUTOR in externa & interna: Externè sufficit ♀ vitrioli ritè calcinatum, vel sumatur ♀ ⊕li dulcis, quæ externè pro scopo adstrictorio sufficit; Internè crocus martis, & ex hoc ℞ ♂is adstringens.

Inter manus) Sc. per accidens non rarò enascitur crocus martis adstringens; quippe dum juxta TACCHENIVM ex vitriolo martis puro in ▽ simplici soluto cum oleo tartari per deliquium paratur *tartarus vitriolatus*; præcipitatur ad fundum minera illa martis anteà soluta sub *Croci Martis* nomine, qui ablutus pro croco martis adstringente optimè dari potest: Vel & idem hic crocus in crucibulo aliquandiu calcinetur; nam & hac ratione adstringens evadit: Sic & idem Crocus præcipitatus & non calcinatus solvi potest in s. q. ∽ ⊕i (ubi minor æstus & ebullitio exsurgit, atque comparet) & hinc soluto croco per retortam denuò abstrahatur ∽ ⊕i ad consistentiam mellis (quod notetur) remanentem: atque hoc postmodum magma affuso ▽ digerantur aliquandiu; sic namque emergit ℞ ♂is *adstringens* efficax & elegans, nec adeò dissimilis, si non eadem ℞ ♃ ⊕li.

Croci Martis pag. 781.) Sc. solvitur mars in ▽, hinc solutio filtrata abstrahitur ad siccitatem usque, deinde calx relicta ulterius ignitur forti igne, ut omne contagium ∽ ⊕i exhalet; uti imperfectè insinuat hunc processum SCHROEDERVS *l.* 3. *pag.* 379.

Ferri batitura,) Elegit Autor noster batituram ferri pro croco martis adstringente; item squamas ex craticula furnorum ♏atoriorum, calcinando in crocum redactas.

Capite mortuo florum salis ammoniaci,) Hunc processum habet SCHOEDERUS sub nomine *salis martis purgantis*: ex quo capite mortuo mediante ▽ extrahitur ℞; vel & illud forti igne exuritur, ut omne acidum salis communis abscedat.

Tinctura, in se neutrales, pag. 782.) Fiunt sc. ex calcinatis quibuscunque martialibus aceto fortissimo infusis, illoque abstracto per ▽ extractis.

E solutione Martis,) Sc. GLAVBERVS martem cum duplo tartari ebulliendo in ▽ simplici tractat, & in rob redigit; hocque ♏at in *Spiritum*, uti putant, *tartari martialem*, & in oleum spissum; quod tamen productum similiter est tartareæ prosapiæ.

E florum pag. 784.) Triplices suggerit flores, in infimo loco nigricantes, qui fluunt in liquorem maximè stypticum sed nauseosum. Isti croco martis superiori si affundatur spiritus salis, acquiritur liquor stypticus aurei coloris, sed maximè nauseoso-sulphureus. Hæ tincturæ, solutis martialibus cum spiritu salis, alio modo etiam fiunt: Isti flores cum ⊖e ammoniaco adhuc calidi irrorentur ▽u, sic tingitur hic;

vel

vel recipiatur solutio martis cum ~~u~~salis facta, coagulata sic forti △e in retorta ℞etur, illudque sublimatum adhuc calidum spiritui vini immergatur.

Alumen rupeum, pag. 784.) Alumen rupeum est minera quædam terrea saturnina, de natura cretacea, spiritu sulphuris acido soluta, & in corpus tertium, alumen vocatum, coagulata: Sicuti enim idem Spiritus sulphuris rodendo mineram martis vel veneris abit in vitriolum; ita rodendo terram saturninam coit cum eadem in aluminosum corpus: vid. JUNGII *Doxoscop. Phys. cap. de ☉lo & Alumine.*

Per se intus) Quidam alumen internè rudum usurpant: sed crudum vix usurpatur, nisi quod aliquando illud in hæmorrhagia uteri nimia post partum cum fructu dederim; aliàs non suadeo: econtrà externè sulphur lacti vel Epithematibus pro gangræna arcenda adjungitur. Intus datum contra febres, non facilè svadetur.

Sanguine draconis) Sanguis draconis adstringit potenter, & refrænat enormes quorumvis humorum fluxiones: sed observandum, rarò ad nos genuinum apportari, quin sæpius sanguine animali, præsertim hircino adulteretur; hinc & cum aceto aliisque acidis mistus, effervescere solet. Unde propter suspicionem talis adulterii rarus ejus sit usus: quin magis æstimo extractum tormentillæ similis coloris, consistentiæ, ac effectus.

In Chymicis utilus: pag. 785.) Pro usu Chymico est conveniens, ut sc. alumen admisceatur aliis concretis ℞ndis, ut ratione phlegmatis sui abundantis spiritus horum difficulter prodeuntes diluat, atque hinc spiritus salis & nitri hoc modo ℞entur; non secus ac salia fixa additione aluminis in spiritum volatilem rediguntur, hacque ratione sal tartari volatilisare putant: Verùm hic ~~u~~ volatilis ex alumine est, non ex salibus fixis: Nam si sumatur aliud alumen, & addatur sal ♃i, nihil habitur, prout alumen plus minus de urina participat: Item si loco aluminis factitii sumatur alumen illud fossile Moscoviæ Lusatorum reperibile, nihil salis volatilis acquiritur: cujus rei ratio est, quod hic desit urina; artificiale autem alumen pro sui coagulatione meliori recipiat urinam humanam vel alius animalis, sicut aliàs pro crystallisatione salis communis vel sanguis vel fel bovinum adhibetur seu adjicitur, ut adeò volatilitas in illo casu sali aluminis volatili, quod habet, ingredienti urinæ adscribenda sit. Sine urina enim alumen ferè non potest coagulari in massas crystallinas, plus minùs tamen pro natura aluminis.

Magisteriis Vegetabilibus & Mineralibus, pag. 785.) Vegetabilia si ebulliant in lixivio, postmodum filtrantur & præcipitantur cum aluminis ▽, ~~▽~~ aluminosa se adjungit Magisteriis: unde hæc illà adulterantur.

Phlegmaticum acidulum, pag. 786.) Per ℞ionem acquiritur phlegma acidulum in fundo remanente alumine usto.

In externos usus) Sc. alumen ustum convenit pro Epithematibus in carne ulcerum excrescente ad ulcera manantia, non secus ac idem quoque ingreditur lapides medicamentosos, nec non cum melle subactum adhibetur pro faucium excoriationibus.

Sacchari pag. 787.) Sc. saccharum aluminis est Magisterium aluminis vi præcipitatoriâ pariter ac styptica pollens, posteaquam acida eorum vis penitus inversa est; indeque antifebrilia se sistunt, ante paroxysmum sc. data. Interim tamen eadem minus tutà sunt, quin potiùs, nisi tales ægri cautius tractentur, febris facilè recidivat.

Hæmatitem pag. 788.) *Hæmatites* est concretum ex ☿e & ♀a minerali ♂iali; indeque reperitur nunc purior in lapidis forma, nunc impurior, martialibus striis insignitus, conspicuus, hicque *Schistus*, Germanicè der Glaß-Kopff/vel der Eisen-Wurm/vocatur. Jam igitur, quicquid hæmatites operatur, id facit virtute martis, hinc loco croci ♂is adstrictorii adhiberi potest; habet enim vim adstringendi.

Vt pe[illegible]ptum) Scil. hæmatites quidem nunc plus nunc minus confert pro usu sistendi sanguinis fluxum; ac conf. BOYLE *in specim. de Gemmu, pag. 198.* ubi singulare experimentum habetur. Interim, quisnã hæmatites hac vi excellat? non, nisi per experientiam cognosci potest.

Flores) Flores hæmatitis sunt egregium remedium diaphoreticum atque febrifugum, præsertim in quartanis; egregium etiam digestivum quasi martiale in morbis chronicis utile.

Ætiten, pag. 789.) Ætites qui fovet intra se terram ochream, seu bolarem, vocatur *Geotes.*

Magnetem, pag. 790.) Sc. cum ex magnetis minera non rarò mars eliciatur; proinde martialia pro usu medico idem præstabunt.

Alabastrum) Alabastri calcinati lixiviũ non differt ab aqua calcis vivæ; inde hæc illi surrogari potest.

Amianthum) Amianthus ritè præparatus diduci potest in fila, ex quibus linteamina incombustibilia confici possunt, & in hisce, quicquid conclusum concrematur, illudque fit integro manente continente involucro. Tale mansupium ex amiantho confectum vidi Mediolani apud Canonicum Septalini, artificium hoc præparandi amianthum callentem, servoque adhuc aliquot fila mihi dono data. Porrò sunt, qui in furno Athanoris, loco ellychnii vulgaris, assumunt fila amianthi, eaque oleo immergunt; sic enim flamma semper in eodem gradu persistit: interim tamen & tali modo ab olei fuligine alteratus amianthus extinguitur. Tandem metallarii amiantho utuntur pro depurandis metallis, eò quod absorbeat quæcunque heterogenea ipsis adhærentia.

Talcum vulgarem, pag. 791.) Talcum album est corpus ex mineralibus fixissimis & igni resistentibus, nec meristruis quibuscunque domandum, nisi quod adjecto borrace, interveniente extremo ignis gradu, in crucibulo fusile evadat. Cæterùm *liquori* seu *oleo talci* parando lucem aliqualem affert tritus ille Langettotti, quo ipso forsan subigi, & in genuinum olei corpus redigi poterit; contrà reliquæ præparationes vulgares talci sunt saltem ejusdem in minima redactiones sine spe liquoris obtinendi.

Calaminaris lapis) Lapis calaminaris à GLAUBERO solaris, ab aliis martialis naturæ habetur: sed rectius est naturæ saturninæ, unde quælibet acida & humida absorbet, indeque vel per se ulceribus manantibus & dolentibus pro imbibendis sordibus inspergitur, vel cum aliis in forma liquoris applicatur, & egregius est.

Osteocollam, pag. 792.) Hæc igne invincibilis, egregia est in promovendo callo, & ferruminandis ossibus: posito nempe, quod festucæ ossium coalitum impedientes non adsint: Conf. HILDANUS.

Cadmia nativa metallica communis pag. 793.) Cadmia nativa metallica comũnis vocatur *Cobaltum*, ex quo cœruleum istud, die blaue Farbe/ fit, estque in recessu naturæ veneteæ, atque ob hanc crudam & volatilem arsenicalem existentiam est virus enecandis muscis appropriatum. Equidem GLAUBERUS ex eo quoq; voluit elicere ☽am: sed frustrà. Aliàs potius pro enecandis muscis, quàm parandis medicamentis, inservit.

Chrysocolla) Chrysocolla, das Berggrün/aliàs vocatur:

catur: est minera veneris, in loco natali ab acido quodam volatili corrosa, & quasi in æruginem seu vitriolum conversa.

Lapis quidam medicamentosus) Lapidis medicamentosi variæ sunt descriptiones externè pro ulceribus & gangræna, itemque faucium gravioribus exulcerationibus, accommodati: vid. etiam SCHROEDERVS. Ast eligit AUTOR *noster* simplicem illius Compositionem, hoc modo:

℞. *æruginis* ℥iv. *aluminis* ℥ij. *ceruss.* ℥iij. *colcothar.* ℥iß.

Hæc pulverisata infundantur in pauco aceto, coquendo leniter, sæpius agitando & pedetentim inspergẽdo *myrrh.* ℥j.

usque dum omnia evaporando in lapidem quasi coagulentur. Cujus usus est, ut ℥j. ejus dissolvi possit in ▽æ mensur j, & pro eluendis ulceribus & locis gangrænosis, itemque abstergendis oris exulcerationibus adhibeatur; sic & ejusdem lapidis ℥ß. dissolvi potest in ▽ plantaginis ℔j. & colaturæ immitti spongiola, applicanda ulceribus faucium pro sui mundificatione & tibiarum depascentibus, desuper imponendo emplastra vel lintea. Sic tandem eidem colaturæ infundi potest gummi laccæ & hinc liquore hoc gingivæ fricari in casu tumefactionis scorbuticæ gingivarum.

Mercurialium ad Topica) Sc. Mercurius vivus emplastris addendus cum saliva (eaque acidiore quàm hypochondriaci possident) extinguitur, terendo sc. eundem in mortario lapideo cum pistillo simili, & successivè immittendo salivam, donec pulvis spissus evadat. Dicit AUTOR ligationem hanc tantum superficialem esse, & non, nisi apud hypochondriacos, propter eorum salivam acidiorem quærendum. Potest autem simpliciter subigi cum axungia porcina vel terebinthina pro litu externo ad instituendã Mercurialẽ. Salmationẽ Amalgamata ex ♀ii part. ij. & ♄ni part. j. cum Emplastris, tàm venereis quàm non venereis, commodè usurpari potest. ZWELFERVS pro Emplastro abstrahit ▽ sed malè; saturatur enim. Sic & mercurius dulcis superior, vel Turbith minerale commune ex sublimato præcipitatum, vel & cinnabaris, huc advocari potest, subigendo scil. singula horum cum pingvedine porcina, vel terebinthina, pro litu ad salivationem instituendam.

SEQVUNTUR TANDEM FORMULÆ HUJUS CLASSIS.

Decoctum vulnerarium:

℞. *Hb. plantag.* m. ij. *pyrol. alchymill.* ana mß. *Comar. hyperic.* florent. Mj. *rasur.* CC. ℥j.

coque in ▽ *simplici*.

℞. colaturæ ℔iß, adde *sacchari* parum, vel *syrup. de symphyt. Fernelii* q. s. M. Hinc

℞. *lap.* ♋ *præp.* ʒij. *aceti vin.* ʒvj.

Mista asserventur pro usu:

Hujus misturæ cochlear j. semper propinetur unà cum haustu calido superioris Decocti Vulnerarii.

Horum loco sit sequens *Mistura Vulneraria*:

℞. ▽ *julor. plantag.* ℥iij. *extracti plantag. succos. comp. Autoris* ʒiij. *lapid. cancr. præp.* ʒj. *laud. opiat.* gr. iß. M.

Detur pro dosi subinde cochlear j. repetitis vicibus.

Mistura contra hæmorrhagias, & in specie *contra hæmoptysin*:

℞. ▽ *plantag.* ℥ij. ℞ ♂ *adstring.* ʒj. ad ℥iß. *syrup. papav. alb.* ʒvj. M.

Capiatur cochleatim. Vel ad imitationem illius *Sylvii mistura ad quasvis hæmorrhagias*:

℞. ▽ plantag. ℥iij. acet. vin. ℥iij. ad ℥ß. ♁ sigill. ℥ß. corall. rubr. præp. ℈j. (aut loco horum *croci* ♂*is adstring.* gr. vj.) *laudan. opiat.* gr. iij. *syrup. portulac.* ℥ij. M. pro aliquot dosibus. *Bolus antidysentericus*:

℞. rob sorbi torminal. ℥iß. bezoard. martial. gr. xv. croc. ♂*is* adstring. gr. vj. laudan. opiat. gr. ij. M. f. *Bolus*.

Aut in forma *Potionis*:

℞. ▽ *a plantag.* ℥iij. ∽ *theriac. camp.* ℥iij. *extr. torment.* ℥iß. *corall. r. præp.* ℈ij. *croci* ♂ *adstring.* ℈j. *laud. opiati* gr. iij. *sacch.* parum. M.

ubi & loco coralliorum rubrorum croci martis & laudani opiati, recipi poterint trochisci de carabe.

Pulvis contra lumbricos:

℞. ♀ *dulc.* gr. xv. *sacch. albi* ʒß. M. F. Pulvis pro aliquot dosibus, dando plus minus pro ratione ætatis infantum. Vel in forma *Boli*:

℞. *conserv. flor. persic.* vel *rosar.* ℈j ad ʒß. *pulv. Merc. saccharat.* gr. xij. xv. ad ℈j. vel ʒß. M.

Gargarisma in prolapsu uvulæ faucium que excoriatione & ulceratione:

℞. *HB. prunell.* M. ij. *plantag.* M. j. *gallar. pulver.* ℥ß. ad ʒvj. Coqv. in s. q. ▽ *comm.* seu *ferrarior*: Colat. ℥x. adde *alum.* vel *crudi* vel *usti* ℈j. ad ʒß. *syrup. rosar. rubr.* ℥iß. Misc. pro colluendis faucibus.

Cataplasma ad Contusiones graviores:

℞. *radic. consold. maj.* ℥iij. *polygonat.* ℥iß. ad ij. fl. *cham.* mj. *croc.* ℥j. Coq. in s. q. ▽ *simpl.* vel *vini*. Et hoc decocto foveatur locus contusionis crebrius, vel massa cocta applicetur iustar Cataplasmatis, post prægressam cum spir. vini camphorato inunctionem.

Litus pro scorbuto gingivarum:

℞. *gumm. laccæ* ʒiß. ○*is usti* ℈j. Pulverem excipe cum *mellis rosat.* ʒvj. adde ⊖*is* parum & q. s. pro grato sapore; Affricetur subinde gingivis.

Pulvis ulceribus tibiarum manantibus inspergendus:

℞. *lap. calam.* ℥iij. *croc.* ♂ *adstring.* ℥ij. *ceruss.* ℥iß. *pulv. mac.* ʒß. ad ℥j. Mista successive inspergantur.

Emplastrum Mercuriale:

℞. *Emplastr. Saturn. Autoris* (p. 770. descripti) ℥iij, adde ♀*rii viv. cum ol. laur. subacti* ℥iß. vel *amalg. ex* ♀*io vivo* & ♄*no* ʒv. Et cum *axungia porcina* q. s. F. Emplastrum ductile. Vel (quod *Patavii* in usu est) *pro Tumoribus & ulceribus Gallicis*:

℞. ☍ *commun.* ℔. viij. *min. optim.* ♀*præcip. seu Turpeth. min. Autoris* ℔j. *ceruss. cereæ albæ* ana ℔ij. M.

Coque cum continua agitatione ad consistentiam Unguenti vel Emplastri.

F I N I S.

MICHA-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1290-2
DFG